BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F
23
NAPOLI

Digitized by Google

V. Marosa
F
123

Digitized by Google

ANTONII BARRA
PRACTICARUM OBSERVATIONUM

Digitized by Google

597798

PRACTICARUM
OBSERVATIONUM
RERUM SINGULARIUM
IN FORO FREQVENTER OCCVRRENTIVM;

C V M

Deciſionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium

CENTVRIÆ QVINQVE

In quibus Civiles, Feudales, Canonicæ, Criminales, aliæque materiæ continentur.

A V C T O R E

ANTONIO BARRA

IVRECONSVLTO NEAPOLITANO

In prædictis Supremis Tribunalibus Advocato

AC OLIM

In Criminalibus Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ

Cum Indice rerum omnium memorabilium locupletiſſimo Per V. I. D. Carolum Loffredo Auctoris Alumnum congeſto.

OPVS NON INIVCVNDVM

SED

Iudicibus, Advocatis, omnibuſque in foro verſantibus Apprimè utile, & neceſſarium

NEAPOLI MDCLXXXVI.

Apud Salvatorem Caſtaldum Reg. Typogr. *Superiorum permiſſu.*

SVMPTIBVS IACOBI RAILLARD.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO DOMINO
D. DIDACO SORIA, Y MORALES
MARCHIONI CRISPANI

Regni Neapolitani Regiam Cancellariam Regenti, Status, Regiſque à latere Conſiliario, ac generali Campaniæ contra Exules Superintendenti.

ANTONIUS BARRA FELICITATEM.

QVod intereſt de Senecæ ſententia ad Lucilium inter metentem agricolam, & ſerentem, hoc etiam inter eum, qui jam paravit Mæcenatem, & qui parat; immò verò etſi jucundius ſit ex Attalo Philoſopho amicum facere Principem aliquem, quàm habere; utrumque tamen ſuavius, opportuniuſq; eſt meo quidem judicio, & habere, & facere. Siquidem, Illuſtriſſime Domine, mecum ipſe cumulatiſſimè gratulor, cùm prona in obſequium cervice, quin etiam corde uni tibi dicatas ex integro velim legales haſce meas Obſervationum Centurias, non tunc primò te meum parare, ſed jam paraviſſe Mæcenatem. Iam enim longa annorum ſerie amoris, & favoris tui emeritus ſum ſtipendia, tùm meis erga maximum meritum tuum exquiſitis ſemper obſequiis, tùm etiam tuis erga eximiam obſervantiam meam ingentibus beneficiis. At verò ſi benè rem metiar, non mihi tantummodò de hoc gratulandum; ſed ferè omnibus, qui vix te novere de facie, cùm tanta enim poſt longum temporis jactum uberrima floreat ſeges, tùm benevolentiæ, tùm patrocinii tui, quanta omnibus non modò ſit ſatis, ſed frugi; atque cùm ipſa in hoc Neapolitano ſolo non herbeſcat modò, ſed ultra ſpem, ultra votum attollat ſe, induatque in uberes calamos

mos ad exoptatam maturitatem uſque producta eſſe videatur, ad eam equidem ultrò fateor pro ea quæ mihi contingit parte, ſed maxima, non me ſerentem acceſſiſſe, ſed metentem. Nec quicquam de te ſemper verius, quã de Veſpaſiano olim Plinius in majus mutavit fortunæ amplitudo, niſi ut prodeſſe tantundem poſſes, & velles. Cælum ipſum non tanta celeritate faciem mutat, ut Terrarum Orbi multò plus proſit, quanta & ipſe mutaſti in muneribus, togiſque gradum, ut communi omnium utilitati præſtò adeſſes; prætextam vix induiſti in primo juventæ flore, cùm illicò ad ſumendam Sacri Neapolitani Conſilii Togam nè dicam, electus, ſed coactus fueris, quia jam præcellebas cæteris merito, & virtute, ſi minus ætate; Verum enimverò brevi temporis intervallo, & Curiæ, & Aulæ aſcendiſti Cœlum, & omnia illius Zodiaci ſuperiora impleviſti ſigna coruſcantibus undique ſolaribus radiis tùm ſapientiæ, tùm probitatis tuæ, adeò ut ad aliam, atque aliam induendam togam veluti advolares ſemper latiori clavo pro majori tua dignitate, & Reipublicæ emolumento; Vix igitur ab Vrbe Neapoli ad Capuæ regimen profectus, cùm ſubitò ad Regentiam M. C. V. aſſumptus fuiſti, utpotè ad omnia munia unicè factus è tota felici Campania, & Regno infelicium hominum, quia ſceleratorum capita, aut ferro vindicares, aut metu longiſſimè relegares, undè mirante fortaſſe natura Feliciorem Campaniam, & Regnum noſtrum, & ubertate Camporum, & ſanctitate morum; adeo ut Duce te videretur adeſſe non Bacchi modò, & Cereris, ſed Pacis, & Næmeſis optatiſſimum certamen: ſed ecce Tibi ab Hiſpania nouum, majuſque demandatum eſt munus, nec mirum, quia ad illam perveneras, & plenè impleverat fama fortitudinis, & ſapientiæ tuæ, quamobrem nulla interpoſita mora ad deſtinatam properaſti Provinciam, relicta Neapoli ſatis tuo de diſceſſu mærente, ad Vrbem Meſſanam regendam, tuendamque toto animi conatu mentem illicò applicuiſti, & manum. Hic enimverò te volebat virtus tua, hic te deſtinabat felicitas noſtra, ut in hoc munere aleà pleniſſimo pro certo omnibus pateret, quantum tu poſſes, & velles, quia profectò jacta jam videbatur alea in illo ſummo utriuſque Siciliæ, diſcrimine, niſi unus ipſe, omnes adimpleres partes, & Gubernatoris, & Ducis, & quod olim erat paternum noſtri Regis Alphonſi, habuiſti firmius in animo, ut non abhorreres pericula, cum ſinè illis nemo unquam gloriam conſecutus ſit. Et hæc maxima gloria, quæ tota quanta eſt, tota tua eſt, quod

aⷣm ſci-

ſcilicet novum illud, & non fabuloſum Polyphæmum monoculum, & deforme prodigium, rebellionem nimirum Meſſanenſium oppreſſiſti primò ſumma dexteritate, mox demum erumpens in pejus; tua prius fortitudine, deindè conſilio dediſti viam vi ad funditus opprimendum, vaſtandumque communi omnium bono, & gaudio, atq; adeo ex tanto, quod timebatur malum, nullum in poſterum ſit. Quã unam ob rem benè geſtam, ſi cætera deeſſent quidquid ſpiritus, ac vocis, vel noſta Syren, vel Sicelides muſæ habent, omne id in laudibus tuis non occupatum modò, ſed etiam videtur aſſumptum. De reliquo ſi quis vellet non ad oratorios, ſed ad arithmeticos calculos omnes laudes tuas percenſere ſæcula ſibi exoptaret, & innumerabiles annos, aut potius quantum tu mereris ætatem in hoc maximo munere, quod nunc geris inter primarios Regis lateris Regentes, & totius noſtri Regni eximios moderatores Toga utens latiſſimo, & munificentiſſimo clavo, non tantùm tibi, quantum nobis, nam tua ſumma dignitas noſtrum ingens commodum eſt. Quis te non miretur? quin ſtupeat, tollatque ad Cœlum ætatis noſtræ decus conſpicuum, Neapolis jugè præſidium, ſcientiarum, & virtutum non aſſertorem modò, ſed ducem, & juriſprudentiæ in primis cultorem excellentiſſimum, ex quo rependere jam incipias optimum Aſtreę officium; ſentiatque tandem juriſcientia non æſtimatorem, arbitrum vindicem te, ſed etiam quod unum ſupereſt Mæcenatem. In hac quoque laude non parem te gerere debes majoribus tuis, ſed uti in cæteris multò majorem; Poſſunt enim illi Viri opprimè Illuſtriſſimi, quà armis, quà Togis, ſi adeſſent, & gentilitiis, & propriis æquè præclariſſimis coloribus adumbrare tuum meritum, tuam virtutem, tuam ſapientiam, animum demum tuum, ſed nihilhominus ad unguem exprimere (pace eorum dicam) non valerent, magnum ipſi excitarent Theatrum, in quo admiraretur Hæroum ingentem ſeriem, & ſelectam frequentiam, ſed fortaſsè non eſſet par gloriæ tuæ hoc Theatrum, quippequi non à ſummis, & maximis, atque excellentiſſimis majoribus tuis mutuaris gloriam, ſed fœneraris; Tutè Theatrum es tibi, ut de ſapientibus dixit ſapiens, ſed etiam tutè Theatrum es illis, & ſi armorum gloria nobiliſſimis, etſi litterarum ſcientia eximiis, & ſi ſanctitatis fama præclariſſimis, quos verò omnes majores Tuos, ſi quis ſideribus compararet in fulgentiſſimo ſtemmate Familię tuæ, te tamen Solem conſtituat,

illos

illos ad inſtar ſtellarum, nec enumerare quis poteſt, nec melius exornare. Te verò etſi omnes benevolum, propitiumque, & experiri poſſumus, & exoptare, dignam nihilominus, vel unam non poſſumus rependere laudem, dum à Principe luminum Sole, accipere omnes poſſumus lucem, reddere tamen non valemus; Quæ cùm ità ſint, Tuo ſub patrocinio latere omninò non poteſt quin poſteritati éluceat quodcumque illud eſt, Tuo dicatum nomini obſequii mei monumentum, planè, ut gloriari poſſim exceptum à me ad mei patrocinium Mæcenatem, cujus ope ita non timent hæ meæ centuriæ operis humilitate jacere, quin potius audeant tanto ſub Duce vehi, quo ipſe veheris curru immortalitatis, & gloriæ; Vale, & Fave.

AD

AD LECTOREM

THOMAS BARRA V. I. D. AVTHORIS FILIVS.

S*I quis me unqunm in hac prima Libri facie ſciſcitaretur:* Quid eſt mens Authoris *equidem purum, ac putum Chryſippi reſponſum darem* : Eſt fons ſermonis. Stab. ſer. 1 *Enimverò abditiſſima ſapientis viri mens panditur ex ſermone; quemadmodùm ex aquarum alveo patet etſi remotiſſimus fons. Quà de re nihil hic habeo, ut morari paulispèr Te, amice Lector, velim; quippequi intimam, abditamque Parentis mei mentem in hoc opere elaborando, concindandoque, ut præintelligas, opera pretium eſt ab ipſius potiùs, quàm meo ſermone; atqui illud unicum, atque maximum incitamentum eſt, quo nihil ſuprà: undè ſtudium erigere, & in arrepto munere fieri alacrior valeas, ſi ſpe aliqua oblectante non modò capi, ſed trahi animus videatur. In exoticis, & peregrinis Naturæ theſauris conquirendis ſponte ſua quiſque fertur animo libentiſſimo, quia uſu ipſo experimur, quanti valeant aurum, gemmæ, ferrum, & reliqua rerum pretia, & ad opes, & ad delicias; quapropter pari quidem, etſi diſſimili ratione putandum reor, quodcumque opus ingenii, novum veluti ſapientiæ theſaurum ſatis ſe poſteris commendaturum, &, quo maximè pollet, eo ſemper apud omnes in pretio fore; ſi ſtudioſorum præſertim animus illum legendo apprimè diteſceret, & peregrinum intelligentiæ guſtum perciperet præſtantiſſimæ. Nihilominùs dicam etiam, quod ſentio: ſecùs omninò accidere vitio ne ætatis, an inertiæ non dum planè novi; cùm tanta ſit hac noſtra ætate horum copia theſaurorum, librorum volui dicere, ut plerumque inopes pleroſque faciat abundantia; & ideò ſæpiſſimè evenit, cùm non poſſint omnes libros legere, eos tantummodò velle, qui ſpectatiſſimè florenut. Adeò ut in iis ipſis comparandis ſcientiarum theſauris delectum in præſentia Lectores habeant; neq; proindè velint, primò legere, deindè æſtimare, ſed æſtimare priùs velint, ut legant, Librorum quidem opes, molemque non amplius curant proprio ſtudio præcognoſcere, ſed alieno compendio ab ipſo libri cortice, ut ità dicam, noſcere præoptant: quis foliorum, & florum fructus? & quis libri ſuccus, & medulla? Igitur faciam omninò, ut me accommodem non neceſſitati rei, ſed temporis; interpetris enim, & exceptoris, non proluſoris provinciam iniã, & uno, aut altero verbo Parentis mei mentem, conſiliumque depromam: & quod mea ſit, ex eo facilè intelligitur, quia nulli potiſſimum, quàm filio datum eſt, intimum Patris animum pervadere; quid quod non tàm ingenii beneficium eſt, quàm Naturæ, ut Nati vultum, habitumque Patrum, hoc eſt interna eorum mentis proſpectum illicò ſpectantibus referant concolorem. Quamobrem ſcire oportet unam omninò ob cauſam alterum hoc volumen legalium Obſervationũ Typis datum eſſe, &, (ſi ſperare fas eſt) numeris omnibus abſolutũ, ut non præſentium modò, ſed poſterorum negotium ageret mens Pater, & illis aliqua, quæ ſummoperè prodeſſe poſſent ſummo ſtudio, & labore conſcriberet; & hæc eſt omninò Parentis mei mens, hoc ipſius omne conſilium, quod non utramque modò ſed omnem paginam facit; ſcilicet ut prodeſſe pluribus poſſit. Et quod ità ſit, non memet ipſum palpo, non canere videor mihi triumphum ante pugnam. Ad Amicorum conſeſſum provoco; ad eorumdem ſententiam omnium ſuffragio datam appello: Ipſi verò non perſuaſerunt modò, ſed veluti extraxere de manibus, ut illicò darentur in lucem hæc paternarum lucubrationum monumenta poſterorum utilitate plenisſima; imò verò ut omninò exorarent, paternis auribus inculcarunt ſæpisſime contrà omne jus faſque eſſe amicitiæ, ſi ſua quiſque propria ad participandum alium ab alio, communicandumque non vellet; Amicitiæ enim, ut Tullius ait*, Lib. 1. de legibus *ea vis eſt, ut ſimul, atque ſibi aliquid, quàm alteri maluerit, nulla ſit. His igitur Amicorũ placitis, ſententiiſque factum tandem, ſartumque eſt bono fortaſsè, & omine, & nomine, ut hæ quinque quà Iurium, quà Legum Centuriæ prodirent in publicum, Silvæ nimirum non ignobilis filiæ jam adultæ non in alto Parnaſſi bicipite, ſed in privato Neapolis ſuburbano, firmis profectò radicibus immotæ ſtetere per longum temporis ſpatium, & ventorum minas, & publicæ auræ frementis ſibilos ſummo cacumine vix nutantes, vel exhibi la-*

vere, vel irriſere; nunc demùm ad Amicorum arbitrium, & commodum Cælum, & ſolum verterunt; jam in voluminis hujus formam traductæ, veluti in onerariam Navim, & inter ſluctuum vortices experturæ undarum diſſidentium Alpes, & publicæ auræ popularium, Ventorum velut impetu hàc, illàc diſtractæ toto Terrarum Orbe errabundæ per mare, per terras calcaturæ iter periculis ſtratum, & lineas expanſuræ alas, hoc eſt, alites Famæ timores, & textile fortunæ, ſi minùs naufragium, certè diſcrimen. Namque tantæ molis eſt citrà jactantiam, novum doctrinarum, ſententiarumque Theſaurum ad Poſterorum utilitatem quacumque ex parte proponere Terrarum, Mariumque. Verumenimverò Supremorum Regni Neapolis Tribunalium ſententiæ, & placita tanta authoritate prolata nonnè inſtar opulentiſſimi Theſauri æſtimanda ſunt? Quem hominum latet, Neapolitanum Togatorum Senatum, vel in Curia, vel in Aula conſultum apprimè divitem eſſe in dicendis, ferendiſque ſententiis, quippequi quà ingenio, quà dicendi vi, tanquã Herculeis manibus aurea nõ Heſperidum, ſed Iuriſprudentiæ Poma è Cælo ipſo deducant? Nonne commune Iurium ærarium facilè peſſum iturum niſi tantorum Virorum ſapientia ſuſtentaretur? Itaque multo habenda eſt in pretio libri hujus materies, ut ſi auro, ſi unionibus ſi cæteris Naturæ theſauris comparavi, non proinde excreſcit ultrà, ſed infrà meritum metaphora; & quod caput eſt, eam æſtimari debere inſtar recentis theſauri ab omnibus opulentiſſimam, non alieno favore indicet, ſed ſummoperè comprobat merito ſuo. Rurſus ſi hoc ipſum confirmare ultimo loco placet; ponite, quæſo vos, omnem vitæ rationem Parentis mei veſtros ob oculos; de cujus laude, (ut decet filium) cùm omnia taceam, ne propria, quia paterna laudem; tamen illud unum, etſi ſilentio premam, ex ore omnium loquitur, Parentem meum per omnem ipſius ætatem eum extitiſſe virum, ut ad omnium utilitatem natus, factuſque eſſe videatur; ſed in comperto eſt, clientibus patrocinium, amicis tutelam, reis defenſionem his ipſis legum, juriumque monumentis, veluti domeſtico ærario, & præſtitiſſe, & præſtare ſemper. Theſauros ex Plinio ideò inquirimus, & donamus, quia gemmæ ſunt ad delicias, ad opes aurum, ad bellum verò pretioſius, quia opportunius ferrum. Exquiſivit etiam Pater meus exoticos, & peregrinos juriſprudentiæ theſauros, ſententiarum ſcilicet gemmas, doctrinæ aurum, authoritatis ferrum, ut Orator ipſe gemmas, & aurum abundè profunderet ad honorem, dignitatem, divitias, deliciaſque Amicorum, Cliẽtiumque augendas, tuendaſque, at verò deinde Togatus haberet ferrum, quò Aſtreæ enſem pretioſiorem, quia firmiorem redderet & ad bellum profligandum, pacemque firmandam & quod ſolùm supereſt, ut has omnes divitias in has quinque Centurias, veluti in tot pretioſa mobilia Poſteritati donaret. De reliquo hæc paucis retuli, non quia arridet animo, pretioſiores has centurias videri, paternum Nomen veluti ex auro cuſtodientes; ſed quia, quod tantummodò in votis eſt, pretioſius, & ideò ſtudioſius Poſterorum ingeniũ diteſcat, & diſcat. Quidquid cauſa utilitatis aſſumptum, datumque eſt; tamdiù placuit, quamdiù utile fuerit, quod ex iis, quæ dixi, æternum fore, facilè ſperandum eſt. Vale, & fave.

Plin. lib. 35 in proemio.

AD

Digitized by Google

AD ANTONIVM BARRA

ELOGIVM.

NEAPOLIS

Qui juris prudentiæ ſcientiam, & Praxim requirit,
Antonium exquirat.
Vtriuſque juris, & dicta, & facta unius ſunt Monumenta.
Hic exuit ſe olim privatum, ut togatus ageret, quod doceret.
Rediit è Toga ad Pallium, ut doceret, quid alii agerent.
Profuit Omnibus:
Dùm jura dixit, dùm dicta juſſit.
Vis ſcire? Quid egit? quod ſcripſit? quid ſcripſit? quod egit.
Vt omnibus adeſſet non modò, ut Præceptor, ſed ut Exemplar.
Togatorum decus, Privatorum decor,
Et calamo, & gladio Aſtreæ moderatus lances
In utroque ſe geſſit, ut abſolutiſſimus Prototypon.
NEAPOLIS
Legum Defenſori, jurium Doctori ſuo
Aeternum gratiſſimi obſequii Teſtimonium
Sacrat.

IN PARENTIS OBSEQVIVM FILII LVSVS de gentilitio ſtemmate.

EPIGRAMMA.

Ad Antonium Barra Thomas Barra.

Stemmata, quid referunt? tria ſidera; ſidere terno
Aſtreæ lances, & Themis, & Nemeſis,
Sidera ſunt radiis; ſunt omine Numina, quorum
Hoc opus, hic labor, hoc nomen in orbe nitet.
Aeternam ne neges an Famam? quam Numina ad Aſtra:
Aſtra ferunt proprio Numine tergemino.

Ad Antonium Barra Dominicus Barra V. I. D.

EPIGRAMMA

IMperium ſine fine dedit Fortuna; triumphis
Auſtriacis Mavors victor ab Orbe redit.
Proice nunc lances Aſtrea, ſed exere ferrum;
Vno ictu Imperii Thracia Regna cadant.
Fallor; & Eoi monuit Victoria Mundi;
Mars Armis, ſed lex imperat Armigeris
Antoni, nunc tempus adeſt; tua jura per Orbem,
Vt volitent, Victrix Auſtrica portat Avis.

AD D. ANTONIVM BARRA OLIM M.C.V. IVDICEM,

Nunc Practicarum obſervationum ſcriptorem.

Incerti epigramma.

IVra dabas Iudex, ſcribis nunc jura Magiſter,
Crimina uti calamo, ſic priùs ore, feris.
Ambigitur forſan quid ſit præſtantius in te,
Dicere jus lingua, an ſcribere jus calamo?
Barra utroque viges, magnum dos utraque reddit,
Seù libeat prælo, ſeù dare jura foro.
Sed ſi dicta cadunt, ſi quæ ſunt ſcripta perennant,
Plus decoris calamus, quam tibi lingua, dabit.

V. I. D. CAROLI LOFFREDO

EPIGRAMMA.

OMnia ſi cupias peragrare volumina legum,
Quod tibi Barra dedit, perlege lector opus.
Perlege, non alios opus eſt evoluere libros,
Si benè, quæ claudit, percipis, iſte liber.
Parva quidem eſt materies, ſed corpore parvo
Non tibi perpetuò deſpicienda tenet.
Quiſquis enim cauſas regit, aut mala crimina torquet,
Perlegat, & certum ſic habet indè Ducem.

AD PARTHENOPEN

Sub Pacati Crateris Allegoria Compoſita Fori jurgia commendat poeta Opera

Eruditiſſimarum elucubrationum Doctiſſimi Iuriſperiti Antonii Barra.

ODE.

EXere undoſo maris è theatro
Blanda, Crateris Dea blanda, Siren,
Vividis circum rutilam corallis
exere frontem.
Spumeas, cernis? vaga ponit iras
Vnda, ventorum ſiluere rixæ:
Pax aquis regnat; reſonant modeſto
Litora fluctu.

Te-

Tethyos neſcit rabies avare
Mercibus viſis inhiare: ſalſam
Quin ſitim ſerto bene temperare
Vindice diſcit.

Permeant tutæ vada cæca; merces
Et ſuas tutæ revehunt carinæ
Fluminum tutæ ſubeuntque, paſſis
Oſtia velis.

Nulla ſperatum prohibet procella
Navibus portum: ſibi prædo nullus
Fidit: injuſtas mare nullus urget
Auſter in iras.

Bella ſi quando ſtatuere venti,
Axe ab adverſo pelago irruentes,
Bella componit nova norma duræ
Neſcia rixæ.

Vnda ſi quando furit æſtuoſo
Vortice, aut pulſu ſcopulos fatigat,
Detumens legum poſitos adorat
Cernua fines.

Legis expertes ſua jura, & ipſæ
Sentiunt undæ; ſua vel procellæ
Sentiunt; æquor ſine lege neſcit
Surgere in iras.

Tanta non unquam mare temperavit
Pax: quies undas peregrina mulcet,
Tanta non unquam cubuere rauco
Otia ponto.

Auream quamvis cytharam canoro
Sæpe tentares, Dea blanda, plectro,
Sic procelloſum male niſa cantu
Sternere pontum.

Ergo jam partæ, Dea, noſce Tantum
Pacis autorem, fremituſque Lympha
Immemor rauci, fremat in canoros
Excita plauſus.

Ille, ſi neſcis, tuus eſt alumnus
BARRA, qui ventis ſua jura fixit,
Qui ſua iniecit bene temperatis
Frena procellis.

Perlege. hic cunctis data jura læta
Mente percurres: premit hac fragores
Lege, & aurato calamo protervos
Faſcinat Auſtros.

DE DOCTISSIMO VIRO
DOMINO ANTONIO BARRA V.I.D.

Aſtrææ alumno, atque Aſſertore.

ODE Anonymi Poëtæ.

QVid ò relictis jam nimium diu
 Aſtræa Regum ſedibus exulas?
Huc, Diva, præpes, huc citatos
 Flecte iterum per inane greſſus.
Huc te ſevera fronte Modeſtia,
Huc fas, & Aequi ſedula veritas
 Invitat, huc ficta doloſi
 Simplicitas ſine nube vultus.
Hæc Turba quondam (ſecla negabitis
Futura probrum) dum ſcelus, & Nefas
 Impune regnarent profanis
 Longe aberat male pulſa Terris
At Barrianis territa legibus
Liquere ut Aulas Crimina, inhoſpitos
 Olim, reviſit nunc Penates,
 Et reduces agit axe currus.
Bene ominatis vectus Io! eſſedis
Tu Barriani gloria ſtemmatis
 Quà Phæbus aſſurgit, mentes
 Quaque premit Pelago Quadrigas
Diceris ultor Criminis (horruit
Quod lora dudum frangere pertinax)
 Rectique, & Aſtrææ, & labantum
 Præſidium columenque legum; &
Tutela præſens. Fallor? an aurei
Es alter qui conditor, auſpice
 Vt Te renidet haud ſubactos
 Rite ſeges cumulares ariſtis
Injuria Campos! dulcia quercubus
Vt mella manant! munere quin tuo
 Non hoſtis umbroſo colonum
 Emeritos ſepelire ſoles.
Vetat ſub antro; tutus obambulat
Dumeta Taurus; dum procul immemor
 Daphnis laborum feriata
 Alituum bibit aure cantum.
Sic eſt: Procacem jura licentiam
Frænis coercent, te Duce; jam diu
 Non arma, non fraterna Cives
 Ira juvat, geminæque ſtrages.
Sed lenitres Palladis otia
Neglecta quondam, ſed fora litium
 Percuſſa delectant tumultu, &
 Innocuæ ſine cæde rixæ.

Quod

Quod ſi juventæ robora martiæ
Ardor Palæſtris belliger excitat,
Parvique ſi reptant nepotes
Tela per, & Clypeos, & haſtas
Iam nunc feroces; non tamen imbuant
Cognato ut enſes ſanguine perfidos,
(Fata omen avertant) ſed Vrbes
Vt Geticas ſuperant opimo.
Diſcant triumpho: Quę freta Biſtonum
Non cęde tingent, Quæ Maria annuis
Non decolorabunt Scythiarum
Funeribus, tumido ſtupentum
Vincente ripas ſanguinę fluminum:
Quę nec jacentum buſta Arabum, neque
Trophęa fręnabunt, nec alti
Prępedient ſpoliorum acervi.
Videtis? en ut Cynthia ſyderum
Depulſa cętu deſtituit Polum,
Imoque luctatur cruentos
Danubio occuluiſſe vultus!
Poſthac ſubactæ per juga Thracię,
Per arva denſis obluta cladibus,
Arator invertet probroſos
Aemoniæ cumulos ruinę.
Et fęda paſſim vomere Biſtonum
Sepulcra adunco ſubruet, alitum
Prędam nefandoſum, & cruenti
Ludibrium furiale Fati.
Mox & nefaſtos relligio atteret
Latina ritus, Templaque; & impiam
Fugabit è Templis Erynnim
Edomitis metuenda Diris.

AD PARTHENOPEN

Vt ab Antonio ſuo Iuriſticam pro Lyra Libram mutuetur.

PROTREPTICON

NAturæ lubentis opus, cui plurimus Aſtris
Incubat, ac teneras invidet Axis opes.
Vere ſata, illecebra primum ridente marita,
Parthenope, Mundi riſus, ocellus, amor
Seu te Sebethi complectitur inclyta Lympha
Seu te Pauſilypi nexilis umbra tenet
Hùc ades, Ingenium, atque artes tibi vertere fas eſt.
Blanditias, aſtus dedidiciſſe decet
Exue Sirenem, fraudes dedocta canoras,
Mellea rectorum funerà, dulce malum.
Pone chelyn, nitido quà ſe tuus æquore Crater
Sternit, aquis meritam, ſi ſapis, abde chelyn.

Ex Gentilitio Siderum Stemmate Apotheoſis

AD ANTONIVM BARRA

Franciſcus Savaſtanus

DEcede Cælo, Libra, micantibus
Illuſa Stellis, Libra, tuum Themis
Fulgentiori debet aſtro
Aequa locum: propriora paſcit
Aſtræa, Barræ, Nomina, nomina,
Pingenda ſtellis. Ergo age, vel loco
Decede, vel dignatus aſtris
Hic rutilas regat uſque lances.
Spectatis? an me ludit amabilis
Imago pompæ? iam videor, polo
Aſtræa, qua fulget propinqua,
Stelligeras potiore lances
Dextrá regentem, Te decus additum
Spectare Cælo, Barra; Tuo libens
Aſtræa libro en docta diſcit
Numine ſe gerere æquiori
Fallor? Supremo Diva an ab æthere
Tuo, ter ingens Barra, volumine
Illecta. pernici volatu
Labitur, aſtrigeraque ſede.
Procul relictà, rursùs amat diù
Terras peroſas viſere? ſcilicet
Sic ridet Aſtræę, volumen
Barra tuo ingenioſiore
Stylo exaratum, Diva ſuperbior
Vt te, vel aſtris gaudeat inſeri
Sibi propinquum, vel ſupremo
Ipſa volet revocata ab axe,
Rapique malit, ni rapiat. nova eſt
Hæc nempè Barræ gloria, ut ætheri
Vel Auctor inferatur, ipſam
Vel revocet ſuo ab axe Divam.

RE-

REVERENDISSIMO SIGNORE

IL Dottor Antonio Barra olim Giudice Criminale di Vicaria, eſpone à V. S. Reverendiſſima, come deſidera dare alle Stampe un ſuo libro intitolato *Practicarum Obſervationum rerum Singularium, cum deciſionibus Supremorum Regni Tribunalium*, & un'altro intitolato *Enucleationum Iuris. Proprietatis, Dominii, & Poſſeſſionis, De Emptione pro perſona nominanda, & fiduciariis actibus*, & un' altro intitulato *Reſolutiones Criminales*; Supplica V.S. Reverendiſſima reſti ſervita commettere la reviſione di detti Libri ad alcuna perſona dotta della profeſſione legale, che meglio parerà à V.S. Reverendiſſima, e l'haverà à gratia, ut Deus

V. I. D. Carolus de Roſa revideat Opus prædictum, & in ſcriptis referat. Neap. die 7. Menſis Februarii 1685.

F. VERDE VIC. CAPITVLARIS.

REVERENDISSIME DOMINE

VIdi Librum Practicarum Obſervationum rerum ſingularium, Authore Dom. Antonio Barra I. C. præſtantiſſimo, olim Iudice maleficiorum, in quò nil reperi, quod bonis moribus, aut Chriſtianæ diſciplinæ præceptis repugnet, ideò imprimi poſſe cenſeo. Neap. nonis Maii 1685.

Dominationis Veſtræ Reverendiſſimæ

Servus
Carolus de Roſa

Stante dicta relatione. Imprimatur 8. Auguſti 1685.

FR. VERDE VIC. CAPITVLARIS

EC

Digitized by Google

ECCELLENTISSIMO SIGNORE

IL Dottor Antonio Barra, eſpone à V. E. come deſidera dare alle ſtampe un ſuo Libro, intitolato: *Practicarum Obſervationum rerum ſingularium cum pluribus deciſionibus ſupremorum Regni Tribunalium*, & un'altro intitolato: *Enucleationum juris, proprietatis, dominii, & poſſeſſionis de emptione pro perſona nominanda, et fiduciariis actibus*; & un'altro intitolato: *Reſolutiones criminales*. Supplica V. E. ſi degni commettere la reviſione di detti libri ad alcuna perſona dotta, che meglio parerà à V. E. e l'haverà à gratia, ut Deus, &c.

Mag. Emilius Gaudioſus videat, & referat.

CARRILLO R. SORIA R. MIROBALLVS R. IACCA R. PROVENZ. R.

Proviſum per S. E. Neap. die 11. *Decembris* 1684.

Anaſtaſius.

EXCELLENTISSIME DOMINE

EGo ut morem geram Excellentiæ Veſtræ libros evolui, quorum tituli ſunt; unus ſcilicèt *Practicarum Obſervationum rerum ſingularium cùm deciſionibus Supremorum Regni Tribunalium*, alius *Enucleationum juris proprietatis, dominii, & poſſeſſionis, de Emptione pro perſona nominanda, & fiduciariis actibus*; Alter verò nempè, *Reſolutionum Criminalium*, Authore V.I.D. Antonio Barra Advocato primario in noſtris ſupremis Tribunalibus, & olim integerrimo, & vigilanti Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ in Criminalibus. Et quia nihil contrà Regalem juriſdictionem, ac bonos mores in eis reperi; Quin immò ſi liber primus *Controverſiarum Forenſium cùm deciſionibus Supremorum Regni Neap. Tribunalium* in lucem proditus, multum luminis legum Profeſſoribus attulit, plenior inſurgit ſpes ex prænarratis libris per eundem Authorem præmaturè congeſtis, poſſe multum ad publicam conferre utilitatem. Ideò in lucem dandos, ſi Exc. Veſtræ, cui me ſubmitto, ità videbitur exiſtimo. Neap. die 8. Iulii 1685.

Excell. Veſtræ

Humiliſs. Servus
Æmilius Antonius Gaudioſus

Imprimatur, verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica.

CARRILLO R. SORIA R. MIROBALLVS R. IACCA R. PROVENZ. R.

Proviſum per Suam Excell. Neap. die 12. *Octobris* 1685.

Anaſtaſius

PRA-

PRACTICARUM
OBSERVATIONUM
RERVM SINGVLARIVM

Cum Deciſionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium.

CENTVRIÆ QVINQVE

AVTHORE

ANTONIO BARRA IVRE CONSVLTO,
& Advocato Neapolitano,

AC OLIM

IVDICE IN CRIMINALIBVS MAGNAE CVRIAE VICARIAE.

CENTVRIA I.

OBSERVATIO I.

SVMMARIVM.

1 *ORdo quid ſit?*
2 *Ordo in omnibus ſervandus eſt.*
3 *Votare priùs debet, qui eſt dignior authoritate.*
4 *Præcedere debet antiquior inter Clericos, Canonicos, & Doctores, licèt junior ſit ætate, & quid inter alios?*
5 *Religio antiquior aliis eſt præferenda.*
6 *Advocatus actoris in proponendo, & allegando præfertur Advocato Rei.*
7 *Torqueri priùs debet debilior, quàm robuſtior.*
8 *Mortuus priùs præſumitur pater, quàm filius.*
9 *Debitor principalis priùs eſt conveniendus, quàm fidejuſſor.*
10 *Ordo ſcripturæ attenditur, ut prænominatus à Teſtatore eligat.*
11 *Tutor, qui priùs adminiſtravit, priùs conveniendus eſt.*
12 *Solutio in quam cauſam priùs facienda ſit à debitore ex pluribus cauſis?*
13 *Stipulationi interrogationem præceſſiſſe præſumitur.*
14 *Doctor juvenis priùs votare debet.*
15 *Advocatus juvenis priùs Iudicem informare debet, quàm Advocatus ſenex.*
16 *Præcedentiam inter æquales in dignitate, is habet, in quo plures dignitates concurrunt.*
17 *Dignitas addita auget dignitatem.*

18 *Comes ſimul, & Marchio præfertur ſimplici Marchioni, & adducuntur plures deciſiones.*

19 *Præcedentia in ſedendo, vel loquendo quanàm detur inter Titulatos?*

20 *Archiepiſcopus præfertur Epiſcopo, & inter Epiſcopos præfertur, qui priùs fuit ad dignitatem aſſumptus.*

21 *Officialiũ Regiorũ. Inter ipſos præcedere debet, qui priùs fuit doctoratus, niſi aliquis eorum priùs fuerit in dignitate conſtitutus.*

22 *Iudex M.C.V. ſi quis olim fuerit, & deinde ad aliud majus munus aſſumatur ſimul cum alio ſimplici Advocato, ſemper præcedere debet, eò fortiùs, ſi actu reperiretur in adminiſtratione.*

23 *Præcedere quis debeat inter Advocatos?*

24 *Conſiliarius Regius, ſi in aliqua cauſa gerat vices Advocatì ex Regia diſpenſatione, ubi ſedere debeat?*

25 *Advocati vices gerens ſi habeat aliquam dignitatem, ubi ſedere debeat?*

26 *Epiſcopus accuſatus debet ſedere in inferiori loco cum Iudicibus?*

27 *Titulati dum aſſiſtunt pro cauſis propriis, quæ referuntur in S.R.C. vel in Collaterali Conſilio, ubi ſedere debeant?*

28 *Regentes Regiam Cancellariam, & Regii Conſiliarii. Si aliquis eorum fuerit titulatus, quomodo aliis præcedat, & quos titulos habeant?*

IN exordio hujus operis nonnulla circa Ordinem, & præcedẽtiam obſervare operæ pretiũ duximus. Cùm enim Ordo omnia diſponat, primũ ſemper habere locum non in congruũ
1 erit. Eſt igitur Ordo modus rectè cũctæ agendi, ad *l.quæcunque, ff.de actionibus, & obligat.* ad *Bald.in tract.ſchiſmatis, col.3. in auth. hoc ampliùs, col.*
2 *pen. C.de fideicomm.* Ideò in omnibus ſervandus, ut in reformationibus, & conſiliis priùs proponatur, deinde cõſulatur, demum reformetur, *Bart.in l.2.ff.ad Vellejan. in l. 2. C. de Decu-*
3 *rion. lib.* 10. & dignior authoritate primùm votet, *gloſ.in cap.placuit, 16. diſt.Bald.in cap.1.verb.priùs, de contr. feud.ap.par.terminand.*
4 Sic quoque inter Clericos, Canonicos, & Doctores, antiquior præfertur, ad *l.primam, C.de conſul.lib.12. gloſ.in cap.fin.17.diſtinct. Bald.in l.cũ olim, de conſuetud. Bart.in l.fin.C.de Tyron. lib. 12. in l. 1. & 2.ff.de albo ſcrib. Iaſon in l.cùm quid, in 2.lect. col.pen.ff.ſi cert.pet.* & à dextris ſedet, *Bald.in l.decernimus, in 2.notab.C.de ſacroſanctis Eccleſ.* eſto quod junior ſit ætate, ad *l.2.Cod.de offic.mag.offic.* ut is cæteros antecedat, quem longiora ſtipendia, vel labor prolixior fecerit anteire, *Felin. in rubr. de major. & obed. gloſ.in l.1.ff. de poſtul.*
5 Antiquiorque Religio pariter eſt præferenda, ad *cap. quorundam, verſ. prædicatorum, cum gloſ. de elect. in 6.* latè per *Boer.de author. magni Conſilii num. 86.Caſſan.in Catal.gloriæ mundi, p.4. conſid.53.*
6 Et Advocatus Actoris in proponẽdo, & allegando præfertur Advocato Rei, ut in actis conventionis, & reconventionis, etiam eſt obſervandum, ad *l.qui prior*, ubi *Bald. ff. de judic.*
Et in exequendo, forma *l. à Divo*
7 *Pio, §.in venditione ff. de re judicata*, & in tortura, ut debilior torqueatur, ad *l.unius, ff.de quæſtion. Bart. in l.1. ff.eodem.gloſ.in cap.parvuli, 22.q.5* ut filius ante patrem, ad *l.iſti quidem, §.fin ff.quod met.cauſa, Andr.in cap.1. §.ut publici latrones, de pace tenenda.*
8 Vt ordine naturæ præmortuus præſumatur pater filio, ad *l.ſcripto, ff.unde liberi, l.nam etſi parentibus, ff de inoffic.teſtam.l.qui duos, §. cùm in bello, l.cum pubere, ff.de rebus dubiis*; impubere tamen, ad *l.inter ſocerum, cum gloſ.ff.de pact.dotal.d.l.qui duos, §.fin.*

quia

Digitized by Google

quia aliàs aſſerens patrem tunc præ-
mortuum probare tenebitur, ad *Paul.
Caſtr.in conſ.* 101. 2.*vol.*

Debitorque principalis priùs eſt
conveniendus, quàm fidejuſſor, ad
9 *auth.præſente,C.de fidejuſſoribus,auth.
hoc ſi debitor,C.de pignor. Alex. in l.
fin.ff ſi cer.pet.*

10 Et in ordine ſcripturæ prænomi-
natus à teſtatore eligat, ad *Bart. &
Alex. in l.qui duos,ff. de legat.*1. & ex
11 Tutoribus qui prius adminiſtravit cõ-
veniatur, ad *Bart.in l.ſi ut certo, §. ſi
duobus, col.*4.*ff.commod.Bald.&* DD.
*in l.*1. *C.de tranſact.*

12 Et in ſolutione, proprium, anti-
quius, & pœnale priùs præſumatur
ſolutum, ad *l.*1.*cum ſeq l.cùm ex plu-*
13 *ribus,ff.de ſolution.* & in ſtipulatione
interrogationem præceſſiſſe, ad *l.*5. §.
ſtipulatio, ff. de verbor. obligation.

14 Quæ ſupradicta de Doctoribus, li-
mita in votando: nam junior votat
priùs; & Advocatus juvenis priùs in-
15 formare Iudicem debet, ad *Roman.
ſingul.*82.*Tyraquell.in præfat. de nobi-
litate n.*114.*Hieronym.Grat.conſ.*116.
2.*vol.Frecciam de ſubfeud. tit. quis ſit
Dux.nu.*41.

Quod ſi concurrit æqualis dignitas,
16 præfertur, ubi plura concurrunt, pu-
ta ſi accedat dignitas dignitati, ut
Marchio Comes, præfertur Marchio-
ni tantùm, *Dec.conſ.* 161. quia privi-
17 legium confunditur privilegio, & di-
gnitas auget dignitatem, *Bald.in l.ſed
& milites,ff.de excuſat. Tutor. Soccin.
conſ.*129.*p.vol.in l.falſa,* §.1.*ff.de con-*
18 *dit.& demonſtrat. Boer.loc.cit.n.*113.
ut Comes Caſertæ Marchio Bellan-
tis prælatus fuit Marchioni Lauri, per
*Vrſill. in deciſ.*1.*n.*20. & Dux Magda-
loni, quia tempore creationis erat jã
Comes prælatus fuit Duci Bojani, per
*Dec.in cap.Clerici col.penult. verſ.data
autem paritate, extra de judic. Tyra-
quell.in d.præfat.cap.*6.*n.*8 *de Franch.*
19 *deciſ.* 365. ubi etiam habetur, quod
Princeps in ſedendo, & in loquendo,
Proregi præfertur Duci, Dux Mar-
chioni, Marchio Comiti, & Comes
20 cuilibet Baroni ſimplici; ſic etiam in-
ter Eccleſiaſticas perſonas Archiepi-
ſcopus præfertur Epiſcopo, & in-
ter Epiſcopos, qui priùs fuit ad E-
piſcopatum aſſumptus. Quod idem
21 obſervandum eſt in aſſumptis ad
aliquod Regium officium: nàm præ-
cedit, qui priùs fuit doctoratus, niſi
alter fuerit priùs in dignitate conſti-
tutus, ad *d.l.* 1.*&* 2. *ff. de albo ſcrib. l.*
22 1.*C.de Conſul.lib.*12. ubi *Io. de Plat.
in* 2. *notab.* ut ſi quis functus jam offi-
cio Iudicis M.C. aſſumatur cum alio
ſimplici Advocato ad aliquod majus
officium, *Bolognet.in d.l.cùm quid,nu.*
94.*ff.ſi certum pet.* & fortiùs, ſi actu
reperiatur in adminiſtratione, ad *l.*2.
23 *C.ut dign.ordin.ſerv. lib.* 12. *Franch.
deciſ.*144. & inter advocatos ſimpli-
citer, qui priùs fuit in litteris Regiis
nominatus, ad *l.qui ſolvendo,cum gloſ.
ff.de hæred.inſtituen.cum alia ſimili, d.
tit.Bald.in cap.cùm Marcus,col.*1. *de
conſtit. Gulielm. de Benedict. in c. Ray-
nutius,verb.Teſtamentum,il* 2. *n.* 86.
de teſtam.

24 Quod ſi aliquis Cõſiliarius ex Re-
gia diſpenſatione gerat in aliqua cau-
ſa vices Advocati privatæ perſonæ,
ſedebit in inferiori loco, ad *c.à colla-*
25 *tione, de appellat.in* 6. ut Epiſcopus
Canonicus; vel Conſiliarius Comes
vel Epiſcopus, *Io: Mont. in tract.de
offic.& author.Magn.Conſil.n.*65.*Pur-
pur.in l.*1. *de officio ejus,Loffred. in* § *ſi
vaſallus,ſi de feud.defunct.militis cõtẽt.*
licèt ſedeat cũ Cõſiliariis. *Caſſan. loco
cit. in* 7.*p.in* 37. *conſid. fol.* 298. per *l.*
26 *quoties,C.ubi ſen.vel clariſs.* ubi *Bald.
& Salyc.* inferunt ad Epiſcopum accu-
ſatum, quod debeat ſedere in inferio-
ri loco cũ Iudicibus, ad §. *ſancimus,
in Auth. ut ab Illuſtribus*, ut titulati
27 prædicti pro cauſis propriis dum re-
feruntur in S. C. & in Collaterali, ſe-
dent cũ Conſiliariis in ultimo loco, &
non quando pro cauſis alienis, *Frãch.
deciſ.*138.

18 Vt etiã cõſiliarii,& Regentes Reg. Cãcellariã titulati in ſedendo ſedent, ut Conſiliarii, & Regentes; & licèt in Cõmiſſionibus tractẽtur ut titulati, ut ſi Comes Spectabilis (ſicuti alii Domini Regentes non titolati) ſi Marchio, Dux, vel Princeps, Illuſtris, prout etiam ad preſens obſervatur cũ Dominis Regentibus Don Stephano Carrillo, D. Didaco Soria Marchione Chriſpani, D. Trojano Mirabalio Duce Campi Mellis, D. Luca Iacca, y Niño, & D. Ignatio Provenzali; tamen in Collaterali Conſilio ſedent, referũt, & votant, ut Regentes ordine inter eos qui prius ad officium fuit aſſũptus, & ſic in S. R. C. & in Reg. Cam. Summariæ ſimiliter practicatur.

OBSERVATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis requiritur pro obtinenda abſolutione à juramento.*

2 *Abſolutio à juramento quando denegari debeat?*

3 *Abſolutio à juramento requirit cauſæ cognitionem.*

4 *Abſolutio à juramento obtinenda eſt ab illo, qui vult venire adverſus tranſactionem per ipſum factam.*

5 *Abſolutio à juramento petita ad finẽ agendi, ſtante enormiſſima leſione, quæ adeſt in contractu celebrato, etiã parte citata obtinenda eſt, vel ſaltim ſummatim, cognito de læſione.*

6 *Iuramentum non facilè relaxari debet: quia durum eſt à jurisjurandi religione recedere.*

7 *Abſolutio ſpecialis requiritur à juramento facto de non petenda abſolutione à juramento, ad hoc ut quis habilitetur, ut agat, & n.9.*

8 *Mentio ſi requiratur ſpecialiter fieri de aliqua re, non ſufficit mentio generalis.*

1 Abſolutio à juramento concedenda non eſt abſque partis citatione, notat *Abb. in cap. 1. de jurejurando, Alber. in rub. C. de uſuris in fine*, & *Imola in Clem. diſpendioſam, de judic.* & eſt communis opinio, ut per *Philipp. Dec. in cap. qua fronte, de appellat.* qui refert alios, de quo vide *Iaſon. in l. ne quicquam, §. ubi decretum, ff. de officio Praeconſul. & leg. & Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius de teſtam. Io: Berard. Diez in regul. 4.*

2 Et *Felin. in cap. 1. num. 30. de jure jur.* dicit, denegandam eſſe abſolutionem à juramento, ſi abſolutio nullum produceret effectum, utpotè ſi conſtat petenti relaxationem nullam competere actionem, *Roman. conſ. 46. num. 1.* incip. *in cauſa Dominæ Camillæ, tex. in cap. per tuas il 1. §. nos verò de Simon.* ibi: *Quoniam, & ſi probaret in e. cum contingat de offic. deleg.*

3 Et quod abſolutio à juramẽto cauſæ cognitionem requirat, habetur per *text. in cap. quanto, de jure jurando, Innocent. in cap. ad aures 1. n. 22. de jure jurando.*

4 Inſuper animadvertẽdum eſt, quod etiam in tranſactione abſolutio à juramẽto eſt neceſſaria: quia etiamſi ad ſit læſio, & dolus, requiritur abſolutio antequam agatur: nàm poteſt ſervari ſine interitu ſalutis æternæ *Io: de*

5 *Anan. conſ. 33. in fine*, ubi *Bolognin. in fine.* Immo abſolutio petita ob enormiſſimam læſionẽ debet obtineri parte citata, & cum cauſæ cognitione, *Ancaran. in conſ. 198. in principio*, & non ſolet concedi, niſi ſaltim ſummatim cognito de læſione, juxta notata

6 in *cap. 1. & cap. debitores, de jurejurando:* nàm durum eſt à jurisjurandi religione recedere, *tex. in cap. ſi verò, de jurejurando, & in l. 1. C. ſi adverſus vendit.* & in *l. non erit, §. Divus, ff. de jurejurando*, & in *l. qua ſub conditione, ff. de condit. inſtit.*

7 Et quando juratum eſt in contractu non venire contra contractum, & ſingula vera eſſe, & non petere abſolutionem à juramento, & petens abſo-

lutio-

lutionē à juramento non facit mentionem, quod juravit illam non petere, non eſt abſolurus, nec habilitatus, ut poſſit agere, niſi priùs ſit abſolurus à juramento de non perendo abſolutionem prædictam, ut voluit *Bald. in repet. l. 2. ff. de jurejur.* & idē *Bald. & Io. de Imol. apud Afflict. in decis. 220. num. 12. cum ſeqq.*

8 Nàm ubi requiritur ſpecifica mentio, non ſufficit generalis, ut eſt *tex. in l. fin. de indict. vid. toll. & tex. in Clem. Conſtitutionem, de elect. & gloſ. in cap. inquiſitionis de haret. in 6.* cum aliis allegatis per dictum *Afflict. in d. decis. 220. d. nu. 12.* Ideoque pro obtinenda abſolutione de renunciatione debet fieri ſpecialis mentio, & non ſufficit in genere mentionem facere, ut in *l. apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de injur.* ſecundum *Alex. in conſ. 104. in fine, vol. 1.* & *Sigiſmund. Loffred. in conſ. 12.* multa ponit contra abſolutiones à juramento impetratas, ex quibus poſſunt colligi, quæ requiruntur in petitione abſolutionis, idēq; firmat *Capell. Tholoſana in decis. 62. verſ. fuit per omnes Dominos, & in decis. 199.*

9

OBSERVATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Abbas jura Epiſcopalia, & proprium territorium habens, habet cognitionem cauſarum criminalium, & matrimonialium.*

2 *Abbates habentes juriſdictionem, vel quaſi, & uſum mitræ, ſolum ſuis ſubditis regularibus poſſunt conferre ordines, & dimiſſorias.*

3 *Abbates ſolum in eorum Eccleſiis poſſunt exercere privilegium ſolemniter benedicendi populum, & ſi extra Monaſterium id fecerint, poſſunt ab Epiſcopo puniri.*

1 Abbas jura Epiſcopalia, & proprium Territorium habens, habet cognitionem cauſarum criminalium, & matrimonialium, ut comprehenditur in decreto Cōcilii *Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. Rota poſt Farin. poſt primum volumen conſ. crim. decis. 100.* & quod ibi poſſit Abbas juriſdictionem exercere, & exerceat, juriſdictionem pro ſuo territorio, *idem Farin. dec. 105.*

2 Abbates habentes juriſdictionem, vel quaſi, & uſum Mitræ, & Baculi, & facultatem conferendi ordines minores, non poſſunt niſi ſuis ſubditis regularibus conferre, neque aliis dimiſſorias facere, neque alterius ſubditos cum dimiſſoriis ſui Ordinarii ordinare, *Card. Seraphin. in dec. 985.*

3 Abbates habentes privilegium benedicendi Populum benedictione ſolemni, hoc enim eis non permittitur, niſi in eorum Eccleſiis, & locis ſibi perpetuò ſubjectis, & ſi extra Monaſterium hoc fecerint, poſſet Epiſcopus ipſos punire, ad *tex. in c. Abbates de privil. in 6.* cum adnotatis ibidem per *gloſ.* & in eodem *text.* habetur, quod Abbates poſſunt Cōventis ſuis conferre primam Tonſuram, per quā confertur Ordo Clericalis.

OBSERVATIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Advocati abſentia eſt juſta cauſa dilationis expeditionis cauſa, & quid ſi dicta abſentia non fuerit brevis, & quomodo probetur?*

1 Abſentia Advocati eſt juſta cauſa dandæ dilationis, *gloſ. & DD. in l. emancipatus, C. de repud. bon. poſſ. Bart. in l. ſi longius, ff. de judic.* qui ſic declarat; ſi ſit abſentia brevis, ſecùs ſi longa, nàm quærat, & inveniat Advocatum, *l. ait Prætor,* & ibi *in fin. not. ff. ex quibus cauſ. majo.* idē dicit de impedimēto Advocati *Hipp. de Marſ. in repet. rubr. C. de prob. n. 131* & ibi not. quod dicta abſentia probatur juramento.

OB-

OBSERVATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Cãbii litteras acceptans, tenetur ſolvere, etiam poſt decoctionem ſcribentis, de qua ipſe notitiam habuit.*

1 Acceptans litteras Cambii, & promittens ad certum diẽ ſolvere, quod in eis continetur, etiam ſcribente interim decocto effecto, ſolvere cogitur, ad *Dom. Præſ. de Franch. dec.* 303. & *Reg. Merlin. in contr. cap.* 11. *cent.* 2. data tamen ſcientia decoctionis ſcribentis, alias acceptans nõ teneretur, ut, per S.C. ſub die primo Februarii 1641. fuit deciſum in cauſa illorum de Vaez, ſuppoſita impoſſibili decoctionis ſciẽtia ſcribẽtis penes ſecretariũ S.C.

Deciſio S.C.

Ad confirmationem doctrinæ *dict. D Reg. Merlin.* adde *Fab. de An. in conſ.* 82. *num.* 21. *&* 22. *March. Torell. conſult.* 42. *num.* 19. *& deciſ. Rota Roman.* relatam per *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 258. *num.* 7. & ità paſſim reperitur deciſum, *Rot. Ian. deciſ.* 3. *Paſchal. de patria pot. p.* 1. *tit.* 8. *num.* 70. *Gait. de cred. cap.* 21. *num.* 1397.

OBSERVATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Acta facta cum præſumpto procuratore, de quibus habuit notitiam principalis, per proceſſum adulteriora cenſentur ratificata.*

2 *Ratificatio præſumitur, ex temporis antiquitate.*

1 Acta facta cũm præſumpto Procuratore, de quibus fuit ablata notitia à principali per proceſſum adulteriora videntur ratificata, ad *Aff-*
2 *flict. dec.* 308. *Boer. dec.* 28. & ex antiquitate temporis prẹſumitur ratificatio, *Menoch. conſ.* 1. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 28. *Cavalcan. deciſ.* 45.

OBSERVATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Actus omnes, omneſque diſpoſitiones, & alia verba, ſemper ſunt interpetranda ſecundum conditiones perſonarum ad quas referuntur.*

2 *Actus geſtus per iracundiam non valet, quid ſi fuerit geminatus?*

3 *Iracundia quanto temporis ſpatio dicatur durare?*

1 Actus omnes, omneſque diſpoſitiones, & verba ſemper interpetrãda sũt ſecundũ conditiones perſonarum, ad quas reſeruntur, ad *l. plenum*, §. *Aequitii, ff. de uſu, & habit.* ibique *Bart. Alber. Bald. & Caſtr.* adnotarunt, *Bald. in l. eadem nu.* 24. *C. locati*, *in l. ex militari, ff. de teſt. milit. Barbat. conſ.* 5. *verb. quinto facit in* 3. *& conſ.* 17. *nu.* 5. *in* 1. *Afflict. in c.* 1. *n.* 16. *verſ. omnia enim interpetrãtur, ex quibus cauſ. feud. amitt. Patian. ibid. num.* 34. *Mantica de Tacitis lib.* 6. *tit.* 10. *&* 12. *Caſanat. conſ.* 47. *n.* 19.

2 Actus non valet per iracũdiam geſtus, *l. quicquid calore, ff. de regulis jur.* tamquàm ſine conſenſu *Ludovic. Mõtal. de reprobat. ſententiæ Pilati art.* 4. *num.* 25. allegans *tex. in l. locatio, ff. de publ. & l.* 3. *ff. de divort.* Verùm tamèn actorum geminatio non præſumitur ex iracundia, ſed ex mera, & conſulta deliberatione diſponentis, *gloſ. in cap. ſi quis iratus* 2. *q.* 3. *in ver. Iterare*, *Menoch. de præſumpt. lib.* 2.
3 *præſumpt.* 61. *num.* 3. *&* 4. & Iracundia dicitur durare ſpatio unius mẽſis, *text. in d. l. quicquid, ff. de regul. jur. Maſcard. de probat. concluſ.* 1061. *nu.* 10. *Theſaur. dec.* 178.

OB-

OBSERVATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis contra ſingularem ſucceſſorem non datur.*

2 *Iura, & perſonales actiones in ſingulares ſucceſſores non tranſeunt, niſi jus excipiendi.*

3 *Actio perſonalis in factum, quæ oritur ex aliquo actu geſto tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

1 ACtio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem, *l. fin. §. fin. §. Lucius Titius, ff. de contrah. empt. l. non adverſus, C. ſi certum petatur, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell.*

2 *l. ſi tertius, §. ſi quis prius, ff. de Aqua pluvia arcend.* Cùm jura, & perſonales actiones non tranſeant in ſingulares ſucceſſores *l. 3. in fin. ff. de uſufruct. quemad. caveat. l. quadam, §. ſi autem, ff. de adendo;* niſi jus excipiendi *l. dolia, §. eum, ff. de contrah. empt. Dyn. in cap. 35. qui in jus n. 5. de regul. juris in 6.* Secũdò actio perſonalis in factum, quæ oritur ex aliquo actu geſto, tranſit in ſingularem ſucceſſorem, *Parıſ. conſ. 32. num. 118. verſ. præterea.*

OBSERVATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Advocati militibus æquiparantur, quia per eos tãquã per milites vita, & patrimoniũ hominũ defendũtur.*

2 *Advocati quomodo ſe gerere debent in allegando, & excipiendo pro eorum Clientulis?*

3 *Salarium Advocato, quo tempore debeatur?*

4 *An ſalarium debitum Advocato trãſmittatur ad hæredes?*

1 ADvocati militibus æquiparãtur, quia per eos, tanquam per milites vita, & patrimonia hominum defenduntur, & dicuntur militare, & ità Reipublicæ ſunt neceſſarii, ſicut alii milites armorum, ad *l. Advocati, C. de Advocatis diverſorum judic.* ubi *gloſ. ad l. 1. Cod. in quibus cauſ. militantes.*

2 Advocati quomodo ſe gerere debeant in allegando, & excipiẽdo pro Clientulis, & quis ordo ſit ſervandus, docet *Specul. in tit. de diſput. & allegationibus Advocatorum in §. 2. & 3. f. 746.*

3 Et an, & quando debeatur ſalariũ Advocato? quamvis nonnnulli *DD.* exiſtimãt deberi in principio litis per *gloſ. in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. comun. prædior. in verbo ſalarium,* & allegat *l. proponendum § penul. C. de judiciis,* ubi ait, quod à principio ſalarium dandũ ſit Advocato, ut tenet *Alex. in l. diem functo nu. 7. ff. de offic. aſſeſſor.* Alii verò cenſuerunt finita cauſa illud deberi, ut per *DD. in cap. propter ſterilitatem de locato;* Verum tamen eſt, quod ſi non debetur ſalarium Advocato in initio litis, attamen pendente lite debetur ei officio Iudicis juxtà *Bar. doctrinam in d. l. properandum, §. illo, ult. not. C. de judiciis, Guido*

4 *Papa in deciſ. 190.* In honorariis; Et an ſalarium debitum Advocato tranſmittatur ad hæredes? affirmativam opinionem tenet *Bal. in l. 1. col. 3. verſ. ſed dico quod ſalarium, Cod. de ſuffragio,* quod intelligendum eſt, pro ſalario illius anni in quo decedit, non aliorum annorum, ſecũdũ *Bald. in l. 1. §. Diuus, col. pen. & 6. verſ. ulterius quæro, ff. de variis, & extra ordinar. cognit. & in d. l. diem functo col. 3. verſ. quid de Advocato, ff. de officio aſſeſſoris* cum aliis adductis per *Minſinger. in obſeru. 7. cent. 3.*

OBSERVATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Advocatus, cui fuerunt revelata ſecre-*

Digitized by Google

creta cauſa per Clientem, ſed tamen cauſam non defendit, an poſſit uti Iudex recuſari.

1 ADvocatus cui fuerunt revelata ſecreta cauſæ per Clientem, ſed tamen cauſam non defendit, an poſſit uti Iudex intervenire, *Petr. Rebuff. in l. Prætor*, §. 1. *verſ. & quando*, *ff. de juriſd. omnium Iudic.* dicit quod non poteſt recuſari per *gloſ. in cap. dilecto extra de teſtib.* Dummodò votum ſuum non propalaverit, ut tenet *Iacob. de Sancto Giorg. in dicta l. Prætor.*

OBSERVATIO XI.

SUMMARIUM.

1 *Advocatus ex facti narratione cum ſuo Clientulo deliberare debet.*
2 *Ius oritur ex facto, & ex breviſſima facti mutatione totum jus mutatur.*
3 *Accuſator, vel Actor probationes debet habere paratas.*
4 *Actor deficiens in probationibus, non juvatur bonam cauſam habere.*

1 ADvocatus ex facti narratione cũ Clientulo ſuo diligenter debet deliberare, quia ex facto jus oritur, *l. ſi ex plagis*, §. *in Clivo*, *ff. ad l. Aquil.*
2 & ſepè cum breviſſima facti mutatione, totum jus mutatur *l. ſi is*, *ff. de excuſat. tutor.* Cognito jam facto, & jure, deliberabit de probationibus
3 quales habet, nàm qui accuſare, vel agere volunt, probationes debent habere paratas, *l. qui accuſare*, *Cod. de*
4 *edendo*, quia nihil expedit, bonam habere cauſam, & deficere in probatione *l. duo ſunt Titii*, *ff. de teſtam. tutela.*

OBSERVATIO XII.

SUMMARIUM.

1 *Advocatus in bonis defenſis habet tacitam hypothecam, etiam cum prælatione habentium hypothecam anteriorem.*
2 *Advocatus non tenetur cavere de reſtituendo creditoribus prioribus, & potioribus, cum aliis præferatur.*

1 ADvocatus in bonis defenſis habet tacitam hypothecam, etiam cùm prælatione habentium expreſſam anteriorem hypothecam; cùm hæc tacita quamvis poſterior ſit illis præferenda, quaſi tale officium, & patrocinium ipſas res, & bona ſervaverit, *Bar. in l. interdum num. 4. cum l. ſeq. ff. qui potior. in pignore hab. Alex. conſ. 217. num. 2. lib. 6. Ripa in l. privilegia num. 32. & 35. ff. de privil. credit. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 257. nu. 29.* Et non tenebitur cavere de reſtituendo prioribus, & potioribus, cum aliis præferantur, ut dictum eſt, quaſi ceſſet cauſa, ob quam præſtatur ſatiſdatio, *l. hac autem*, §. *hac cautio*, *ff. ſi cui pluſquam per legem falcidiam l. hac ſtipulatio*, §. *Divus*, *ff. ut leg. nomine caveatur*, etiamſi in aliquibus ſuccumbuerit, licet enim in cis non fuerit utilis defenſio, tamèn jura hæreditaria non debebant per cũ relinqui in defenſa, *l. non eſt ignotum*, *C. de adminiſtrat. Tutorum l. cum tamen*, §. *in hac la 2. ff. judicatum ſolvi.*

OBSERVATIO XIII.

SUMMARIUM.

1 *Adjutorium, ſivè ſubventio pro nova Terra emenda an debeatur filio, vel debeat excludi ex perſona patris, cui fuit præſtitum?*
2 *Et deciſiones S.C. adducuntur.*

1 ADjutorium, ſivè ſubventio pro nova Terra empta á Barone, fuit dubitatum, ſi patri fuerit datum adjutorium pro nova Terra emenda, eo defuncto ſucceſſit filius in eadem Terra, qui vult emere aliam Terram, an debeatur huic filio ſubventio, vel debeat excludi ex perſona patris, cui fuit

Deci. ſo S.C. fuit præſtitũ adjutorium? Per S.R.C. junctis Aulis fuit determinatum deberi pro Domino Io: Vincentio Loffredo contra Vniverſitatem Montis Sani. Bozzautra Act. & in alia cauſa Alia Deci- ſo Ill. Ducis Gravinæ, cùm Vniverſitate Spennazzolæ in anno 1557. die 14. Menſis Iulii fuit pronunciatum idem, referente Dom. Conſiliario de Rubeis, quod filio hæredi debeatur ſubventio pro novo jure, ęptione facta ut per *Marin. Frecc. in tract. de ſubfeud. lib. 2. fol. 274. num. 32. in 2. impreſſ.*

OBSERVATIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Adoha exigitur pro ſervitio non convento.*

2 *Adoha quomodo hodie exigitur per Barones à Vaſallis?*

3 *Adoha, quomodo exigitur per Regem à Baronibus, & ad quam quantitatem?*

4 *Regia Curia exigit à Vaſallis fũctiones fiſcales, & jura ſalis à quolibet foculario ad rationem carlenorum quindecim, & exiguntur per Perceptores, & Aſſignatarios Regiæ Curiæ.*

5 *Subventio per Barones ab eorum Vaſſallis hodie tantùm exigitur in caſibus comprehenſis in conſtitutione* quamplurimum, *& in cap. Caroli ſecundi; Comites.*

6 *Subventio in caſibus prædictis permittitur Baronibus ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculario.*

7 *Taxa ultima adoharum in Regno, qua utimur fuit facta in anno 1505 tempore Regis Catholici.*

8 *Donativa, ut plurimùm fiunt ſingulis bienniis Domino Regi, & tempore prædicto durante, adoha nõ exigitur, & fit contributio per quẽlibet Baronem in portione donativi, & reliquum pro focularibus ad onus Regni dividitur.*

9 *Vniverſitates tenẽtur pro focularibus mortuis, & pro viventibus, qui nõ ſunt ſolvendo, & pro abſentibus, ex quo, ut focularia abſentia per Vniverſitates, ubi fuerunt numerata, exigantur.*

1 ADdoha exigitur pro ſervitio nõ convento, ut infra, nota tamẽ, quod hodie à tempore Regis Alphõſi Primi in Regno per Barones non exi-
2 gitur ſubventio à Vaſſallis ad rationẽ de ſingulis viginti unciis, decem, ut dicitur per *Marin. Frecc. in tract. de ſubſeud. in 5. author. Baron.* cùm Rex
3 non exigat dictas uncias decem integras cum dimidio, ſed ſolùm medietatem ipſarum quinq; nempè unciarum, & quartam, & ſic quartam partem integri valoris ferè feudi, nàm loco aliarum quinque unciarum, & quartæ, quas exigebant à Vaſſallis, Rex liberavit ab illarũ ſolutione Barones, & loco illarum, quas Baronibus Vaſſalli ſolvere tenebantur exigit
4 Regia Curia à Vaſſallis functiones fiſcales ordinarias, & jura ſalis pro quolibet foculario ad rationem hodie carolenorũ quindecim, ut ex parlamento primo dicti Reg. Alfonſi in cap. Reg. Ferdinandi Primi, Fideliſſimæ Civitati Neapolis cõceſſo, quas fũctiones exigi facit per Perceptores, & Theſaurarios Provinciarum, vel alios Ceſſionarios, & Aſſignatarios Regię Curiæ, & ſic hodie ad hanc ratam ex ſingulis ducatis centum viginti, qui faciunt uncias viginti, Rex nõ exigit ducatos quinquagintaduos cũ dimidio, ſed tantùm ducatos viginti ſex, & granos viginti quinque, & hæc ſubventio, quæ à Vaſſallis antiquitus exigebatur, medietas Collectæ Sanctæ Mariæ nuncupabatur, nàm reliquam medietatem per ejus miniſtros Rex tunc exigi faciebat, & ſic tota collecta prius importabat valorẽ annuorum carolenorum decem, dicta Collecta Sanctæ Mariæ, quia in feſto Aſſumptionis Sanctæ Mariæ in me-

dietate Menſis Auguſti quolibet anno exigebatur; Cæterùm hæc ſub-
5 ventio per Barones ab eorum Vaſſallis tantùm exigitur hodiè in caſibus comprehenſis in *conſtitutione quamplurimum*, & in cap. Regni Caroli ſe-
6 cundi *Comites*, quæ jura, uti confirmata in Capitulis Papæ Honorii non fuerunt ſublata, nec auferri potuerũt, & ſic ad rationem quinque carolenorum pro quolibet foculario, ut per dictum *Frecc. in d. auth. 5. & auth.* 2. & niſi in primo caſu, ut introitus feudalis ab immemorabili tẽpore hæc ſubventio per Barones fuerit præſcripta, ut in Aprutio in pluribus Terris adhuc exigitur dicta collecta ſub uniformi ferè præſtatione, & de ea, ut de feudali redditu ſolvitur à Baronibus Relevium Regiæ Curiæ, ut eſt in Terris Ditionis Domini Principis Sancti Boni Marchionis Blucanici, & aliis, conferunt tradita per *Franchis*
7 *deciſ. 56.* & ultima Taxa Adoharum in Regno, quæ primum fuit facta in anno 1505. tempore Regis Catholici, captæque tùnc fuerunt diligentes informationes de vero annuo redditu feudorum, & ad hanc ratam fuit taxata adoha, & ex tunc eſto, quod creverit, amplius taxa non eſt alterata, ut non eſt diminuta, nec diminuitur, diminutis introitibus, ut per di-
8 ctum *Frecc. in d. 5. auth. n. 21. car. 242. at.* & hodie quoque, quia ut plurimũ, fiunt donativa ſingulis Bienniis Domino Regi, & quia per *d. cap.* Pap. Honorii ſuperindictum in Regno (niſi in caſibus ibi expreſſis) imponi non poteſt per Civitatem Neapolis, quæ honorarium tantum nomen in donativis prædictis impartitur; Baronagium, ſcilicèt Barones, & homines Regni ſub conditione, quod Adoha non exigatur pro tempore prædicto, Adoha prædicta, ut Adoha non ſolvitur, ſed tantùm attenditur taxa prædicta, & juxtà eam per æs, & libram fiat contributio per quemlibet Baronem in portione donativi prædicti, quam ſolvere offerunt, ut reliquum pro fo-
9 cularibus ad onus Regni dividitur, ut Vniverſitates teneantur pro focularibus mortuis, & pro viventibus, qui non ſunt ſolvendo, ad *Bald. in l. Magiſtratus, ff. de Magiſtrat. conveniendis ad gloſ. in l. 2. C. de Apoc. public. lib. 10., l. cura, §. deficientium, ff. de munerib. & honorib.* ut quoque pro abſentibus, ex quo ut focularia abſentia per Vniverſitates, ubi fuerunt numerata exigantur, ut de novo accidentia, non alibi tamèn numerata per incolatum, ad *l. Cives, C. de incolis*, uſque quo alibi numerarentur in utilitatem Vniverſitatum, ubi degũt, cedunt, niſi interim futuro novo Civi immunitas. ideò fuerit ad tempus conceſſa, d. *Luc. de Penna in l. in fraudem, C. de immunit. & tribut.* faciunt tradita per *Capyc. in inveſtit. feudali in clauſ. cùm Coll. & s, verſ. viduæ, & in verb. privilegiatus.* Hodie autem in feudis devolutis, & devoluendis ad Regiam Curiam fit nova taxa adohæ per Regiam Cameram ad eandem rationem duc. $26\frac{1}{4}$ pro centenario juxta redditus dictorum feudorum, verum ex conventione particulari cum emptoribus dictorum feudorum poſſunt per Regiam Curiam vendi feuda prædicta cum taxa antiqua conſulto Prorege, & ſi feuda prædicta fuerint conceſſa per S. M. attenditur tenor inveſtituræ cũ ſervitio, vel ſine, prout per dictam S. Majeſtatem conceduntur, cum apud Regem omnia feuda ſint libera, nàm res ſua nemini ſervit, & ſervitium non debetur, niſi imponatur.

OBSERVATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Agnoſcens legatum tenetur parere judicio defuncti, quia in ſuo poſſe erat; & ideò videtur cum creditoribus quaſi contrahere, ut hæres adeundo confirmare factum Teſtatoris.*

2 *Le--*

Digitized by Google

2 *Legatarius in re legata cēſetur hæres, & Teſtatorem repreſentare.*

3 *Hæres adeundo cenſetur ratificaſſe obligationem factam per defunctum, & illius exoneraſſe conſcientiam. imò ſuccedens videtur ratum habere, quod ab illo factum eſt.*

1 AGnoſcens legatum tenetur parere Iudicio Defuncti, *l. ſi te Donatā, C. de fideicomm. libert. l. Imperator ff. de legat.* 2. quia in ſui poſſe erat, & ideò videtur quaſi contrahere cum creditoribus, ut hæres adeundo confirmate factum Teſtatoris, *l. ſi ab eo, C. de liber. cauſa, l. venditrici: C. de rebus alien. non alienan. l. Seja, ff. de evict. l. cùm à matre, C. de rei*

2 *vend. l. rem alienam, ff. de pignor. actione*, & in re legata, legatarius cenſetur hætes, & teſtatorem repreſentare,

3 *l. id tempus, §. 1. ff. de uſucapionibus*; & hæres adeundo cenſetur ratificaſſe obligationem factam per defunctum, *l. ſi fundus §. 1. ff. de pignor.* & illius exoneraſſe conſcientiam, ut ex *d. l. cùm à matre, C. de rei vendic. & l. more*, ubi *Bart. ff. de acquir. hæredit.* tenet *Rota Rom. diverſ. deciſ. 46. p. 3. num. 1.* Imò ſuccedēs videtur ratum habere, quod ab illo factum eſt, *l. ſolutam, §. ſolutū, ff. de pignor. actione*, & per ratihabitionem pignus confirmatur, *l. aliena, ff. de pignor. action. Bart. in l. rem alienam ſub num. 14. ff. de pignor action. Capra de Salvian. interd. tit. 2. q. 12. ſub num. 3.* Nàm qui actui conſentit actum ipſum gerere videtur, *l. ſi fundus, §. ſi neſciente, ff. de pignor. l. ſi liqueat*, & ibi *Bald. in 2. not. C. de inoff. donat. Tiraquell. in ll. connubialibus gloſ. 5. à num. 145.*

OBSERVATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Alimentā, quæ ſecundo genito præſtātur, ſunt loco legitimæ, quæ transmittuntur.*

2 *Alimenta ex juſta cauſa poſſunt denegari perſonis quibus debētur, ideſt alimenta pinguiora, non autem neceſſaria ad ſubſtentationem vitæ.*

3 *Alimenta ex fructibus & non ex proprietate inſpicienda ſunt.*

4 *Alimentis legatis, cibaria, veſtes, & habitatio debentur, quia ſine his corpus ali non poteſt.*

5 *Alimenta debentur in initio anni, & ſufficit ultimum annum eſſe captum, ut legatum annuum pro illo anno transmittatur.*

1 ALimenta, quæ ſecundogenito præſtantur ſunt loco legitimæ, quæ tranſmittuntur ad *l. quoniam in prioribus*, ubi *DD. C. de inoffic. teſtam. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 15. num. 10. Caroc. except. 25. n. 12.*

2 Alimenta poſſunt ex juſta cauſa denegari Perſonis, quibus debentur; Hoc autem procedit, quoad alimenta pinguiora, non autem quoad neceſſaria ad ſubſtētationem vitæ, ad *Molfeſ. in tit. de alim. præſtandis quæſt. 12. num. 2.*

3 Alimenta ex fructibus, & non ex proprietate ſunt inſpicienda, *l. qui bonis, ff. de ceſſione bonor. Aym. Cravetta conſ.* [illegible] *Giurba dec. 6. Barz. deciſ. 69. Reg. Capyc.* [illegible] *in deciſ. 193. num. 39. lib. 2.*

4 Alimentis legatis cibaria, & veſtes, & habitatio debentur, quia ſine his corpus ali non poteſt, ad *l. legatis de aliment. legatis, l. fin. eodē tit.* ubi *gloſ.*

5 & alimenta debentur in initio anni, & ſufficit ultimum annum eſſe cæptū, ut legatum annuum pro illo anno tranſmittatur, ad *l. à vobis, ff. de annuis legatis, & in l. ſingulos eodem tit. D. de Franchis dec. 155. num. 1. & 8.* & alimentarius, qui percipit alimenta lite pendente, ſi ſuccumbit non tenetur ad illorum reſtitutionem, ſi non cavit, ad *l. 1. §. intereſſe, ff. ſi mulier ventris nomine*, cum aliis adductis per *Dom. Præſ. de Franch. in deciſ. 614. n. 1.*

OBSERVATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum cauſa æquiparatur cauſæ dotis, & favorabilior videtur.*

2 *Pater tenetur filiam naturalem alere, non tamen cogitur eam dotare.*

3 *Frater tenetur alere ſororem, quæ nõ eſt utrinque conjuncta, ſi non habet unde ſe alat.*

4 *Filius tenetur alere matrem, non autẽ dotare.*

5 *Caſus quo quis ab alimentis excluditur odioſus videtur.*

6 *Alimenta denegans dicitur necare, & tenetur l.* Cornelia de ſicariis, *non ſic qui denegat dotem.*

7 *Alimenta facilius præſtantur, quám dos.*

1 ALimentorum cauſa æquiparatur
cauſę dotis, *auth. contra cũ Roga-
toſset in corpore undè ſumitur, C. ad ſen.
Conſ. Trebell. l. ſi quis à liberis, §. non
tantũ de liberis agnoſ; Socc. in l. Mar-
cellus §. res quæ, ff. ad Trebell. gloſ.* &
ſcribentes in *l. ob æs, C. de præd. mi-
nor. Salic. in l. qui liberos ſub num. 2.
de rit. nupt. Afflict. deciſ. 511. num. 10.
Soccin. jun. in l. ſtipulatus num. 86. de
verbor. oblig. DD. in l. 1. ff. ſolut. ma-
trim.* Quinimò cauſa alimentorum fa-
vorabilior videtur, quàm cauſa do-
2 tis, nám videmus, quod pater filiam
naturalem alere tenetur, *auth. licèt,
C. de natural. liber.* non tamèn cogitur
eam dotare, *l. uxorem, §. pater natura-
3 lis, ff. de legat. 3.* & ſic etiam frater te-
netur alere ſororẽ, quæ non eſt utrin-
que conjuncta, ſi non habet undè ſe
alat, quia jura in hoc diſtinguunt, *l.
qui filiũ in fine,* & ibi *Bal. ff. ubi pupil-
lus educari debeat, l. Tutor ſecundum
dignitatem, §. fin. ff. de admin. Tutor. l.
1. poſt principium, ff. de tutel. & ration.
diſtrah.* & ità etiam docet *Cyn. in l. 1.
4 in 2. q. C. de alend. liber.* & ſic etiam in
matre, quàm filius dotare non tene-
tur, licet eam alere teneatur, ad *l. Tu-
tor ſecũdum dignitatem. §. fin. ff. de ad-
miniſt. Tutorum, l. ſi quis à liberis, ff. de
5 liberis agnoſcendis,* & caſus quo qui
excluditur ab alimentis, odioſus vi-
detur (arg. à contrario ſenſu ducto)
in *l. mela ibique DD. de alim. et cib. le-
gatis,* & idem conſtat ex *l. necare de
lib. agnoſcend. & cap. paſce 86. diſtinct.*
6 & denegans alimenta dicitur necare,
& tenetur *l. Corn. de ſicariis,* ut firma-
vit *Angel. in tract. de teſtam. in gloſ.
45. num. 13.* Non ſic qui denegat do-
tem, quia in jure cautum non reperi-
tur, ut tradit *Alexand. in l. 1. num. 13.
ff. ſolut. matrim.* ubi etiam poſt *Bart.*
7 ſubdit, quod facilius præſtantur ali-
menta, quàm Dos, *Vlpian. in l. ſed
& ideò, ff. ſolut. matrim.* cui accedit
*text. in l. quamvis eod. tit. Achill. Pe-
drocca,* latè *in conſ. 35. à nu. 19. cum
ſeq.*

OBSERVATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta Viduæ aliunde non habenti, ab hæredibus mariti intra annum ſunt exhibenda.*

2 *Vxor vidua cùm nõ poſſit honeſtè nubere videtur eſſe in eodem matrimonio, & ab hæredibus viri eſt alenda, ſicut aleretur à Viro.*

3 *Alimenta debentur Viduæ, nè propter mendicitatem anima viri contriſtetur.*

4 *Alimenta debentur mulieri indotatæ durante viduitate, ne mendicare cogatur.*

5 *Vidua pro alimentis præteritis agere non poteſt.*

6 *Iudex pro alimentis futuris, non pro præteritis officium ſuum impartitur.*

7 *Mulier conſequitur etiam alimenta præterita, ſi ob defectum alimentorum non præſtitorum æs alienum contraxiſſet.*

8 *Marito inopi ex fructibus dotis ab*

Vxo-

Digitized by Google

Vxore alimenta ſunt danda.
9 *Fructus dotis, & donationis propter nuptias ſervire debent ad ſubſtentationem mariti, & uxoris.*
10 *Vir, & Vxor ſunt ſocii divinæ, & humanæ domus, et una caro.*

1 ALimenta ſoluto matrimonio Viduæ aliundè non habenti ſunt
exhibenda intra annum luctus ab hæredibus mariti *Anton. de Gamma dec. 62. num. 1.* ubi de regula illa dicit per
gloſ. in l. divortio, ff. ſoluto matrimonio, & in *l. penult. ff. ut in poſſeſſ. legat.* Itēq; *in l. unica, §. exactio, C. de rei Vxor. act.* & communiter in practica ſervari
2 teſtatur *Theſaur. deciſ. 43. num. 1.* quia cum non poſſit honeſtè nubere, & videatur eſſe in eodem matrimonio, eſt alenda ab hæredibus, ſicut aleretur à viro, deindè licèt mortuo viro ſoluta ſit lege viri *cap. 2. in fine de ſec. nup-*
3 *tiis*, tamen ex quo intra annum non poteſt dotes petere, debet ali; nè propter mendicitatem triſtetur anima defuncti mariti, *§. ſoluto auth. de nuptiis Covar. lib. 1. variar. reſolut. c. 1. num. 4. Pinell. in l. fin. n. 9. C. de bonis maternis Capyc. deciſ. 24. num. 6.* cùm mulier videatur eſſe in matrimonio, *l. fin. C. de bonis maternis.*

4 Ampliatur regula prædicta, etiam ſi mulier ſit indotata, quia ſi non habet aliundè, debet ali ab hæredibus viri intrà annum luctus, quinimò toto tēpore, quo durat viduitas, nè cum mariti, imò & hæredum infamia uxor bona mendicare cogatur, *l. fin. §. ipſi autem, Cod. de bonis, quæ liberis,* quæ loquitur indiſtinctè, durante viduitate, *gloſa, & DD. in d. l. unica §. exactio, C. de rei uxoriæ actione,*
5 *Surd. de alim. q. 44. cum ſeqq.* ubi hāc veriorem dicit, & *Theſaur. ſen. deciſ. Pedemontana 44. num. ult. ait,* alimenta viduæ inopi, & indotatæ poſt annū luctus non deberi, ex quo juxtà *Conſtitutionem Iuſtiniani in Auth. præterea, C. Vndè vir, & uxor quartam in bonis mariti conſequitur,* qua portione meritò contenta eſſe debet, idemque noviſſimè optimè defendit *Merenda lib. 1. controv. cap. 44.* eandemque ſententiam uſu obſervari aſſerit *Pinell. in l. fin. num. 8. C. de bonis matern.*

Pro alimentis præteritis vidua agere non poteſt; ut per *Caſtrenſ. in l. divortio num. 6. ff. ſol. matrim. Capyc. deciſ. 24. num. 9.* Ratio quia pro alimen-
6 tis futuris non pro præteritis Iudex officium ſuum impartitur *Lancellot. Galliæ de ſtatutis q. 6. in verbo ſolidos num. 125.* facit etiam, quia alimenta petuntur ex cauſa neceſſaria, quæ neceſſitas ceſſat, & non conſideratur, niſi pro præſenti, & futuro, non item pro tempore præterito, & quo ad hæc ceſſat omnis favor, de *Franchis deciſ. 203. num. 2.*

7 Quæ ſententia tamē limitatur procedere niſi in defectum alimentorum non præſtitorum mulier æs alienum contraxiſſet.

8 Vice verſa, ſi maritus inops ſit tunc ex fructibus dotis illi ſunt alimenta danda ab uxore *text. expreſſus*
9 *in l. adhuc 29. C. de jure dotium*, ubi dicitur, quod fructus dotis, & donationis propter nuptias ſervire debent ad ſubſtentationem mariti, & uxoris
10 *l. mutus 73. ff. de jure dotium*, quia ſunt ſocii divinæ, & humanæ domus, & una caro *Bal. conſ. 464. lib. 5.* facit etiam communis correlativorum natura *l. fin. C. de inſtitution. & ſubſtitution. l. fin. C. de indicta vid. tollenda.*

OBSERVATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio, ſeù donatio quomodo, & quando præſumitur fraudoloſa.*

1 ALienatio, ſeù donatio, præſumitur fraudoloſa, ſi alienator, ſivè donator non deſinat poſſidere rem donatam ad *tex. in l. ex hoc edicto, §. alienare, ff. de alienat. Iudic. mut. cauſ. ad l. alienatum 67. ff. de verbor. ſignif. Henric.*

ric. Boverius in ſing.in verb.præſumptio num.30.f.376.

OBSERVATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Alienata re litigioſa in perſonam Eccleſiaſticam proſequitur judicium cū laico, & exequitur ſententia ſuper re per Iudicem laicum.*

2 *Deciſio 145. Dom. Præſ. de Franch. videtur correcta, & contrarium paſſim judicatur, & deciſiones adducuntur.*

1 ALienata re litigioſa in perſonam Eccleſiaſticam proſequitur Iudicium cū laico, & exequitur ſententia ſuper re per Iudicem laicū, per Cap. Regni *conventus*, ea ratione, quia effecta erat vitio litigioſo, & ſic nulliter p *tex. in l.fin. C.de litigioſ.*& per *Conſtit.Regni, Eorum fraudibus*, & itá paſſim judicatur, & videtur *Correcta deciſ.* 545. *Dom. Præſ. de Franch.* ut deciſum refert *Reg.Sanfel. in deciſ.2. per tot.*Hodiè dicta deciſio *Dom.Præſ. de Franch.* 545. eſt correcta, & contrarium paſſim judicatur, ut antiquitus, & per S.C. judicatum fuit in cauſa Horatii Ventura cū nonnullis Præsbiteris Sanctæ Severinæ in Banca de Felice. Et ſub die 18. Octobris 1615. in cauſa Marci Antonii Rogadei cū Clerico Franciſco Rogadeo in Aula Cōſiliarii Fabii Riccardi penes ſecretarium S. C. in Banca Figliolæ.

2 Et ultra deciſiones S.C.relatas per *Reg. Sanfel.in d.dec.* 2. per dictum S. C. ſimiliter fuit judicatum contra *d. dec.de Franch.*

OBSERVATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione prohibita prohibetur omne illud, per quod pervenitur ad eā.*

2 *Alienare intelligitur, qui alienam rē vendidit.*

3 *Alienatum non cenſetur, quod nondum cæpit debitori abeſſe, & creditori adeſſe.*

1 ALienatione prohibita, prohibetur omne illud, per quod pervenitur ad eam, *l.Oratio.ff. de ſponſal.* & alienatum non videtur, quando adhuc in dominio venditoris manet, vēditum tamen rectè dicitur ad *l.* 67. *ff. de verbor.ſignif.* Alienare intelligitur,
2 qui alienam rem vendidit, *l. ex hoc edicto* 9. §.2.*ff.de alien.Iud.mut.cauſ. fact.* nàm & ſi alicui quid emptionis venditioniſque cauſa, vel ex quolibet alio contractu debetur, id tamen ante traditionem, vel antequam ea fiant, quę fieri ritè oportet, non cenſetur alienatum, quia nondum cæpit debitori obeſſe, & creditori adeſſe, neque enim nocet, nec quidquam transfert traditio, quæ ſaltem modus alienandi eſt, niſi ea ad-
3 ſit qualitas, quæ eam ritè factam approbet, alienatio, ſeù traditio ſequi debet, uti obligationis effectus ad *tex.in d.l.alienatum 67.ff.de verb. & rerum ſignific.* ubi *DD.*

OBSERVATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Alienans non poteſt revocare, quando obligaſſet feudum pro dote ex ſpeciali favore dotis, & deciſio S.C. adducitur.*

1 ALienans non poteſt revocare, quando obligaſſet feudum pro dote, & hoc ſpeciali favore dotis, per *tex.in l.ſi ego, ff.de jure dotium ex auth.D.Bartol.de Capua Afflict.dec.*112. & *Vrſill.ad Afflict.deciſ.*385.*num.*3.*in fine,Capye.deciſ.*112.*num.*1. & *in cap. Imperialem.fol.*40. *ult.col.verſ. ſed an favor, Loffred.conſ.*31.*in fine,& conſ.* 44. *& in cap.* 1. qui ſucceſſores teneantur, & ſic deciſum per S. R. C. coram tunc Dom.Vinc. de Franch.9. *Deciſio S.C.*
De-

Decembris, 1579. in cauſa illorum de Imparato cum Zenobia de Rubeo . . . . . juxtà opin. *Marin. Frecc. in tract. de ſubfeud. in limit. Conſt. Conſtitutionem Div. mem. limit. 9. num. 22.* & *Capyc. in d. c. Imperialem.*

OBSERVATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio utilis dicitur illa quæ communi hominum extimatione, & opinione utilis judicatur.*

2 *Vtilitas evidens eſſe dicitur, de quâ dubitari non poteſt eſſe profuturam.*

1 ALienatio utilis dicitur illa, quæ communi hominum extimatione, & opinione utilis judicatur, ad *gl. in cap. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælatis*, ubi *Imola num. 7. Abb. num. 17. Butr. in cap. quæ in Eccleſiarum col. 1. verſ. uno caſu ſolvatur de conſtit. Corſet. in ſing. in verbo alienatio 3. cap. ſi Prælatus, Menochius conſ. 589. ſub n. 5. & 6.*

2 & evidens utilitas eſſe dicitur, quæ adeò clara apparet, ut de ea dubitari non poſſit eſſe profuturam ad *cap. tua verſic. quod non ſit dubium de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. ſine exceptione*, ubi *Bellamer. 12. q. 2.*

OBSERVATIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Aliud pro alio invito creditore ſolvi non patitur.*

2 *Creditor recipere non tenetur, niſi id quod ei in ſpecie debetur, ſecus ſi debetur in quantitate.*

1 ALiud pro alio invito Creditore ſolvi non patitur, ad *l. mutuũ, S. mutui datio, ff. de rebus creditis*, ubi *gloſ. in verſ. non poteſt*, notat non compelli Creditorem ad aliud, quã quod debetur recipere, ut in *l. ſi, S. ait prætor*, cum aliis per eam adductis reſpondens ad motiva diſtinguẽ-

2 do, aut debetur quantitas, & tunc poteſt ſolvi aliud pro alio, aut ſpecies, & tunc non poteſt, *l. fideicommiſſa, S. ſi ſervo, ff. de legat. 3.* quando neceſſitas interceſſerit.

OBSERVATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia non repellit teſtem à ferendo teſtimonio, præſertim ad evitandam pœnam, & ad defenſam, ubi leviores probationes admittuntur.*

1 AMicitia non repellit teſtem à ferendo teſtimonio, ad *l ſciendũ, ff. de uſuris, Bald. in l. eos teſtes, C. de teſtibus, Felin. in cap. 1. num. 3.* extra de teſtibus, & præſertim ad evitandam pœnam, & ad defenſam, ubi leviores probationes admittũtur *Aym. conſ. 2. num. 6. lib. 1. Tobias Nonius conſ. 111. n. 3.*

OBSERVATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Anima teſtatoris virtualiter, & aſſiduè inſtat pro exequutione ſuæ piæ diſpoſitionis.*

2 *Heredes non adimplentes piam diſpoſitionem teſtatoris in evidentem verſantur calumniam, & excuſari non poſſunt.*

1 ANima teſtatoris virtualiter, & aſſiduè inſtat pro exequutione ſuæ piæ diſpotionis ſecundum *Scacc. de ſent. & re judic. gloſ. 10. num. 9. & 11.* & dùm hæredes impropriè ſe gerunt circa adimplementa piorum legatorum, in evidentem verſantur calumniam, & excuſari non poſſunt, nàm ſicut falſa eſt illa *gloſ.* quæ ſuũ deſtruit textum, ſic & hæredes, qui omni nixu, & conatu extinguere nitun-

euntur teſtatoris diſpoſitionem, quæ altera lex eſſe dicitur.

OBSERVATIO XXVII.

SVMMARIVM

1 *Animus declaratur ex facto ſequuto.*
2 *Facta ſunt fortiora verbis ad animi declarationem:*
3 *Eventus, & effectus ſubſequutus eſt indicium vehementiſſimum ad alicujus animum probandum.*
4 *Intentio magis probatur factis, quã verbis.*
5 *Obſervantia ſubſequuta poſt triennium retibabitionem contractus inducit, quæ ſolo animo perficitur.*

1 ANnimus declaratur ex facto ſe-
quuto, §. *Pavonum inſtit. de rerum diviſ. l. Iulianus, §. proindè, ff. ad*
2 *Macedon. Dec. conſ.* 421. *num.* 13. *Nevizan. conſ.* 50. *num.* 51. *&* 52. quod
fortiora sũt facta verbis ad animi declarationem, *Decian. conſ.* 104. *in* 3.
dicens talem antefuiſſe animum, qualia ſunt facta ſubſequuta, *l reprebendenda, C. de inſtit. & ſubſtit. cap. ſignificaſti de homicidio cum aliis apud Ro-*
3 *man. conſ.* 96. & eventus, & effectus
ſubſequutus eſt vehementiſſimum indicium ad probandum animum alicujus, *Bar. in l. ſi concubina, §. res a-*
4 *motas, ff. rerum amotarum.* Hinc ſimiliter habetur, quod intentio declaratur magis factis, quàm verbis, *d. l. reprebendenda*, ubi *gloſ. in verbo comprobaſti, C. de inſtit. & ſubſtit. l. recuſari*, ubi notat *Bald. ff. de acquirenda bared. cap. ſignificaſti ad finem de bo-*
5 *micidio*, & per obſervantiam ſubſequutam poſt triennium inducitur ratihabitio contractus, qui ſolo animo perficitur, *Soccin. conſ.* 158. *col.* 2. *in fine in* 2. *Mart. conſ.* 143. *col. fin. & vot.* 103. *nu.* 7. per *text. in c. contingit de tranſact.*

OBSERVATIO XXVIII.

SVMMARIVM

1 *Appellationis cauſa ſicut devoluit totam cauſam ad Iudicem ſuperiorẽ, ità poterit primã ſententiam reformare etiam ex nova cauſa.*
2 *Nullitatis cauſa devoluit totam cauſam ad Iudicem ſuperiorem, ut poſſit ſententiam reformare.*

1 APpellationis cauſa ſicut devoluit totam cauſam ad Iudicem ſuperiorem, ità poterit primam ſentẽtiam reformare, etiam ex cauſa nova, ut in *l.* 1. *in princ. ff. de appellat. & l. fin. ff quod cum eo*, & *l. per banc, ff.*
2 *de tempor. appell.* ità, & cauſa nullitatis devoluit totam cauſam ad Iudicem ſuperiorem, ut poſſit ſententiã reformare, quod ſentit *Innocentius in cap. cum contingat extra de offic. deleg.* quod nota, & tene menti, ait *Bar. in l. ſi ut proponis num.* 4. *C. quomodo, & quando Iudex*, quia nunquam audiviſti à me tale verbum; videndus eſt etiam *Peregrin. in deciſ.* 114. *per totam.*

OBSERVATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Apoca Bancaria ſi fuerit acceptata per giratarium contra primum ſcribentem, non competit amplius actio contra girantem, & adducitur deciſio facta per S.R.C.*

1 APoca Bancaria ſi fuerit girata, & acceptata per Giratarium contra primum ſcribenrem, non competet actio contra girantem, *Reg. Tappia in Iure Regni in Rubr. de Cambiis lib.* 4. *in ſua adnotat.* adducens *Ann.*
in alleg. 89. *& ſingul.* 312. & ſic fuiſ- *Deciſio*
ſe deciſũ ſub die prima Iulii per S.C. *S.C.*
ad relationem M.C. in cauſa Io: Bene-

nedicti Paſtore contra Antonium Paſtore primum ſcribentem; & Marcū Iannattaſium Girantem, fuit remiſſa ad M. C. contra dictum Antonium Paſtore tãtùm in Banca Caroli Saccardi penes Scribam Leonardum Tipaldum ad præſens de Rano

OBSERVATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Appretia ſi fuerint tria facta ejuſdem rei, ſed diverſæ quantitatis, quid ſit faciendum ad ſciendum verum valorem rei appretiatæ.*

1 APpretium rei vendendæ eſt faciendum per expertos, ſed quando ſunt tria appretia ex differẽtiis partium; tunc Iudex coacervatis ſimul omnibus quantitatibus, mandet tertiam partem quantitatum contentarum in dictis appretiis exequutioni eſſe demandandam, ſic notabiliter *text. in l.ſi fundum cum l.ſequẽti ita ut omnes, ff. mandati*, ubi *Salic.* etiam dicit, quando fuerit factum quartum appretium, ſimul etiã coacervatis, quartam partem eligere debet Iudex, quem conſulant ſtudioſi.

OBSERVATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale eſt validum.*

2 *Matrimonium ſpirituale liberat filiū à patria poteſtate, ſecus matrimonium carnale.*

1 ARgumẽtum de matrimonio carnali ad ſpirituale valet *cap. fin. de translat. Epiſcopi cap. inter corporalia*, & *DD. in cap. illud de præſumpt. Marſil. in ſingul.* 215. & *Paris in conſ.* 37. *num.* 10. *in* 4. *Bart. in l. ſi quis ità*, §. *is cui in fin. de legatis* 2. facit *text. in l. ſi uxorem, C. de condit.*

2 *inſert*, notatur inſuper quod filius liberatur à patria poteſtate, á qua non liberatur contrahendo matrimonium carnale, faciunt ſcripta per *Soccin. in cap. qualiter, & quando il* 2. *q. ultim. artic. penultim. de accuſat.* cũ *alleg.* apud *Roland. à Valle conſ.* 35. *n.* 18. *in* 3. *Ioſeph. Ruſtic. in l. cum Auus in cap.* 1. *libri quinti num.* 38. *Maſtrill. dec.* 153. *num.* 34. §. *ſed & hoc autem de Sanctiſ. Epiſc. Surd. in conſ.* 69. *lib. primo Giovagn. in conſ.* 56. & 57.

OBSERVATIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Papæ quandò præſumatur adfuiſſe in alienatione rei Eccleſiæ?*

1 ASſenſus Papæ præſumitur in alienatione rei Eccleſiæ, ſi ejus ſcientia adfuit, & non aliter, *Afflict. dec.* 107. *in fine*; & hoc præſumitur ſi cũ aſſẽſu Papæ ex curſu 20. annorũ, intervenit etiam poſſeſſio, *Rota Romana deciſ.* 254. *in noviſſimis, Io: Domin. Taſſone in tract. de anteſato, pag.* 517. *præſump.* 67.

OBSERVATIO XXXIII.

SVMMARIVM

1 *Aſſenſus quando poſſit præcedere, vel ſubſequi contractum?*

1 ASſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi, ſecundum terminos *text. in l. licet, ff. de judiciis, de Ponte conſ.* 17. *n.* 34. *in* 2. Verum idẽ de *Ponte in terminis Reg. Pragm. ad S.C. Vellian. in conſ.* 40. *vol.* 2. *n.* 18. *ait*, quod debet præcedere.

OBSERVATIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus capituli Neap. conceſſus ſuper obligationibus pro reſtitutione*

dotium, & antephati, hodie extenditur ad quoſcumq; ſpectat talis dotium, & antephati reſtitutio.

1 Aſſenſus præſtitus per Regem Catholicum obligationibus bonorum pro reſtitutione dotium, & antephati mulierum Neapolitanarum nubentium intra, vel extra Neapolim, licet olim dubitaretur, an intelligeretur pro ſe, & hæredibus, an pro perſonis mulierum tantum? Hodiè tamen per Capitulum gratiarum Civitati Neapolis conceſſarum per Regem Philippum Secũdum immortalis memoriæ ſub datum Madrid 9. Novembris 1586. fol. 179. at. aſſenſus hic tacitus extenditur ad quoſcumque, quibus dotes eum intereſſe, ſivè mutuo dotalibuſque juribus ſunt reſtituendæ. Ad dictum Capitulum vide *Fricciã in lib. 2. de ſubfeud. 1. authoritate q. 12.* & vide *cap. 20. & 21. Regis Catholici in libro privilegiorum, & Cap. Regni f. 42. ater. & fol 105. c. 14. Imperatoris Caroli V.*

OBSERVATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus ſuper pacto operatur etiam ſuper exequutione pacti: quemadmodum ſuper pretio operatur etiam ſuper ſuppletione pretii.*

1 Aſſenſus ſuper pacto, operatur ſuper exequutione ipſius, & ſuper venditione; operatur etiam ſuper ſuppletione pretii in caſu *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ad *l. etiam, C. dè jure dotium,* ad inſtar augumenti dotis, facit *l. qui fundum, §. 1. ff pro emptore, Roman. ſing. 583.* pro ratione dubitādi, qui tamen non obſtat, cum hic de unica re, & unico tantum pretio ſupplẽdo agatur, ibi autem de diverſis, & dividuis corporibus, & hic pretium ſupplẽdum cenſetur primo pretio per alluvionem, additũ, *ad l. ſi pretio, §. idem ait, ff. de publican. gloſ. in d. §. ſi fundum verſ. conditionem,* imò in ipſo, & ſub ipſo primo pretio ineſſe, & de ipſo eſſe, & non de per ſe, ut quid ſeparatum, ſed ut quid reintegratum, & reunitum ad æquilibrium juſtum, & integrum, pro quo partes convenerunt, & Rex emptioni aſſenſiit, accedere, & conſolidari ſi illum erroneè de facto, & non de jure, tangit quæſtionem *Franc. de Amicis in repet. tit. de his, qui feudum dare poſſunt verſ. ſed quando feudum, fol. 82.* miniſterio tamen *d. l. 2.* non ex novo facto emptoris *Tiraquell. ad idem de retract. conſanguin. §. 1. gl. 18. n. 50.* adducitur *l. ſi proprietati, ff. de jure dotium, Oltrad. conſ. 240. Ruin. conſ. 134. in fine lib. 1. Iaſ. conſ. 146. in 2.* faciunt tradita per *Andr. in cap. 1. ante num. 15. verſ. ibidem nota quod augumentum,* & poſt *num. 18.* ibi *quaſi tacitè videatur conventum de controverſ. inveſtit.* ſemper enim præſumitur partes pro juſto pretio conveniſſe, *Bald. in l. 1. Cod. de rebus alien. non alienan. Roman. conſ. 91.* poſt *num. 7.* quod ſufficit pro ſubſtantia emptionis interveniſſe, ad *Bart. in l. ſi duo Patroni, §. Marcellus, ff. de jurejur. Afflict. deciſ. 53. verſ. nec obſtat,* & per ſuppletionem illàm non fit novus cõtractus, ſed magis primus cõfirmatur.

OBSERVATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus varians in conceſſione non valet.*

1 Aſſenſus varians in conceſſione nõ prodeſt; ideò ſi Baro concedat feudum ab eo recognoſcendum, & Rex aſſentiat, ut in capite à ſua Curia, neutrum teneri dixit, *Camer. in c. Imperialẽ car. 56. lit. R. & de Franch. deciſ. 154.*

OB-

OBSERVATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio facta ab aliquo ratione ſui officii, non nocet eidem tamquam principali.*

2 *Depoſitio facta ab aliquo tamquam teſte, non nocet eidem tamquam principali.*

1 ASſertio facta in appretio Vniver-
ſitatis per Sempronium, eſſe de-
bitorem Tirio in mille, & deduci di-
ctos ducatos mille ab appretio, non
poteſt Titius vigore dictæ cõfeſſionis
agere pro dicto debito contra Sem-
pronium, ex notabili doctrina *Albe-
rici in l.unica propè finem nu.* 29. *C.de
confeſſis, Rota Genuenſ.decif.*14.*n.*113
2 prout depoſitio facta ab aliquo tan-
quam teſte in uno judicio, non noce-
bit eidem in alio, tamquam principa-
li, *Capyc.decif.* 52.*num.*4. *Surd.decif.*
309.

OBSERVATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertioni ſupplicantis quando ſtandum ſit?*

2 *Mandatum in litteris gratioſis impetrandis, quomodo eſſe debeat?*

1 ASſertioni non ſtatur ſupplicantis
contra *Capye.decif.*4. *num.*19.&
quid accedentibus magnis expenſis,
*Loffred. conſ.*32.*num.*2.*Gomeſ.in Reg.
Cancellaria de impetrat.benefic. vivẽt.
q.*9.*Vantius de nullit.ſententiæ,f.*362.
*Anna alleg.*89.*num.*17.*lib.*2. *gloſ. Pa-
riſ. d.m.§.*6. *gloſ.*6.*num.*28. *Caſſador.
de proc. dec.* 3. *Curt. conſ.*87. Quod ſi
probetur eo tempore, quo fuit ſup-
plicatum ſupplicantem fuiſſe abſen-
tem, nunquid validaretur aſſenſus, ut
*Petr.Anguiſol. conſ.*44. *in materia cõ-
2 tract. lib.*2. ubi etiam quomodo de-
beat eſſe mandatum in litteris gratio-
ſis impetrandis, & ad materiam mul-
ta per *Felin.in cap.nonnulli, §. ſunt,&
alii num.*7. de reſcriptis ſenſiẽs, onus
probandi ſpectare ad eum qui dicit
non impetratum ejus nomine, *arg.gloſ.
in Clem. fin. de reſcriptis*.

OBSERVATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Avocare volens pecuniam à creditore poſteriore quid probare debeat?*

1 AVocare volẽs rem à tertio per hi-
pothecam, probare debet pri-
mo rem pignori obligatã, *l.ãte omnia,
ff. de probat.* Secũdò pecuniam fuiſſe
numeratam, *l.qui pecunia, ff ſi certum
petatur, l.Titius, ff.quæ res pignor. Ro-
man.conſ.*204.*nu.* 10.*Marzar.conſ.*65.
*n.*7.*&* 8. *l. nec creditores, ff. de pignor.
l.*1.*C.de prob.l.*1.*C.de non numer.pecun.*
Tertiò quod res erat in bonis debito-
ris tempore obligationis, *l. ſi ſupera-
tus, ff. de pignor. d.l.quæ nondum, §.
quod dicitur, C.quæ res pignor.oblig.
Specul.de oblig. §.* 1. *in princ. Bart. &
DD.in l.rem alienam, ff.de pignor.Cyn.
Bald.& alii in l.cum res, C.ſi alienares
pignor.§.* 1.*verb.an agens.*

OBSERVATIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regis, quando requiritur in mandato procuratoris ad emendum, vel vendendum feudum, & adducitur Deciſio in caſu propoſito.*

1 ASſenſus Regis non requiritur in
Conſtitutione Procuratoris ad
vendendum, vel emendum feudum,
& proindè revocari non poſſe firma-
runt *Freccia de ſubfeudis, §.pluribus in*
22.*limit. à num.*65. & *Anna in conſtit.*

Diva memoria num. 246. ex *Bald. & Soccin. ab eo citatis*, & ratio quæ aſſertur eſt, quia ex conſtitutione procuratoris, nec directè, nec indirectè quis adſtringitur ad contrahendū de feudo, ut latè *Freccia, ubi ſupra*; Verùm dicta ratio ceſſat, quando ità conſtitueretur procurator, ut ex ea conſtitutione, velut neceſſaria directè, vel indirectè ad contrahendum de feudo Dominus obligaretur, quod ſentit *Freccia, ubi ſupra nu.* 67. dùm ſenſit nihil eſſe damni, vel contemptus quo ad Regē ſi non fiat pactum, ex quo poſſit ſequi diſtractio feudi.

Igitur quando tale pactum in conſtitutione procuratoris apponitur, cōſtituens non obligatur, niſi Regis ſequatur aſſenſus; in quorum confirmatione faciunt optimè tradita per eundem *Frecc. d. §. pluribus* 22. *limit. d. nu.* 28. *uſque ad* 38. ubi optimis demonſtrationibus fundat promiſſionem de vendendo feudum abſque Regis aſſenſu non valere, nec ad aliquod intereſſe obligare, ſecundum cujus ſententiam in anno 1581. in favorem Ducis Atripaldæ contra Principem Biſignani, referente *Dom. de Franchis* fuiſſe judicatum, refert ex quadam Apoſtilla *Io: Baptiſta de Toro in* 2. *p. Compendii verb. revocatio, f.* *col.* 2. ponens ibi *Freccia rationem ſub n.* 34. circa medium, iſtis notabilibus verbis (Voluit Rex occurrere fraudibus, ut ipſe dicit in *l. Imperialem*, fraus eſſet aperta, ſi invitus cogeretur diſtrahere feudum, quia nollet ſolvere intereſſe, quod tantundem eſſet) quæ ratio applicatur etiam, ut quis emeret ex præcedenti promiſſione de emendo ne invitus cogatur emere, aliàs intereſſe ſoluturus, Vndè ſi in mandato de emendo fuerit promiſſum intereſſe procuratori conſtituto ad emendum, indirectè cogeretur ad emendum, & ſic nulla redditur promiſſio, nulla eſt conſtitutio procuratoris abſque Regis aſſenſu, & vigore dictæ Conſtitutionis Divæ memoriæ rectè revocari poteſt.

Deciſio

OBSERVATIO XLI.

SUMMARIUM.

1 *Aſſenſus obtentus ſuper venditione facta non extenditur ad faciēdam, & è contra.*
2 *Aſſenſum non fuiſſe ſequutum, & invalidè fuiſſe ſequutum paria ſunt.*
3 *Aſſenſus conceſſus ſub aliqua forma, ea non ſervata, redditur nullus.*
4 *Forma ſub qua aliquid conceditur, ad literam eſt obſervanda.*
5 *Aſsenſus præſtitùs per verbum, fiat, dicitur præſtitus ſuſpenſivè, ut deindè expediatur in forma Regiæ Cancellariæ, qua expeditione non ſequuta, vel nulliter facta, aſsenſus reſolvitur, ac ſi nunquam præſtitus eſſet.*

1 Aſſenſus ſuper venditione facta non extenditur ad faciendam, & ſuperfacienda non extenditur ad jàm factam à Domino tamèn ignoratam ex vulgata doctrina *Andrea in cap.* 1. *col.* 4. *qui ſucceſsor. tenentur Alex. cōſ.* 146. *vol.* 5. *Paul. de Caſtro in l. ſi quis filio exhæredato, §. irritum, ff. de injuſto, & irrito teſt. Loffred. conſ.* 9. *nu.* 20. *Afflict. deciſ.* 268. & 355. idem in *Cōſtit. Diva memoria, Camer. in cap. Imperialem, f.* 54. *col.* 2. cum aliis adductis per *Io: Vincent. de Anna in ſingul.* 40. *de Franch. deciſ.* 105. *R. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. de Regal. im-*
2 *poſit. tit.* 4. *§.* 7. *& conſ.* 6. Nàm paria ſunt aſſenſum non eſſe ſequutum, vel invalidè ad *text. cum gloſ. in l.* 1. *§. ult. verſ. inhabilis, §. quod cujuſque Univerſitatis nomine, l. non putavit, § cum quæris, ff. de bonor. poſs. contra tabul. Andr. in c.* 1. *n.* 13. & ibi *Afflict. quæ ſit*
3 *prima cauſa beneficii amitt.* & dicitur nullus, quibuſcumque eſſet conceſſus ſub aliqua forma, quæ non fuerit ſervata, quia formæ natura propria eſt actum nullum reddere, ſi non fuiſſet factus *l. cum ii, §. ſi Prætor, ff. de tranſactiom.*

Digitized by Google

ction l. neceſſariò, verſic. quid ſi ſub cõditione, ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. nõ ſolùm, ff. de action. & oblig.
4 nàm forma ad litteram eſt ſervanda, Bald. in l. 2. col. 3. C. de patribus qui filios diſtrax. cum aliis alleg. per Conſil. Hodiern. controverſ. for. cap. 26. num. 2. cum ſeq.

5 Aſſenſus per verbum: Fiat; dicitur præſtitus ſuſpenſivè propter privilegium in forma Regiæ Cancellariæ expediendum, quod ſi deficiat, vel nulliter fiat, aſſenſus expeditus reſolvitur, ac ſi nunquam præſtitus eſſet, Bald. in l. 3. C. de pactis inter empt. & vend. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Regiis §. 9. n. 4. & prag. 3. de fide memorial.

OBSERVATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus licet à Rege ſubſcribatur, ſi tamen caret Regio ſigillo, non probat & num. 4.*

2 *Actus, qui duo expoſcit ad ejus ſolẽmnitatem, omiſſio unius reddit actum inhabilem.*

3 *Probanda ſi duo ſint, unum dumtaxat probare non juvat.*

5 *Litteræ Regiæ in Regno Neap. ex ſpeciali jure non valent niſi ſint munitæ Regio ſigillo.*

6 *Aſſenſus niſi fuerit validè expeditus ſuper obligatione bonorum feudaliũ, nulla contrahitur hypotheca ſuper feudo obligato.*

1 Aſſenſus per Regem ſubſcriptus ſine ſigillo, etiam quod in privilegio dicatur: *in cujus rei teſtimonium has litteras ſigillo munimus, & ſubſcribimus* non probat aſſenſum, quia quando duo copulantur, & requirun-
2 tur ad ſollemnitatem actus, omiſſio unius reddit actum inhabilem *text. eſt ad literam*, qui loquitur de ſigillo; & ſubſcriptione in *l. teſtium, §. ſi quis, ff. de teſtam.* & ibi hæc notat *Angel.* allegans *l. ſi hæredi plures, ff. de condit. & demonſt.* & *l. cum hi, §. ſed prætor, ff. de tranſact.* & ideò non ſufficit unum, ut not. per *Ludovic. in l. ait Prætor, §. ſi*
3 *minor annis, ff. de jurejur.* & quoties ſunt duo probãda, nõ ſufficit probare unum in *l. ſi apud, C. de edilit. act.* facit *l. is qui ducenta, §. utrum, ff. de rebus dubiis,* & *l. 1. ff. de hæred. juſtit.* & quia Dominus voluit ſolemnizzare aſſen-
4 ſum copulativè, v3. *Per ſigillum, & ſubſcriptionem*, & demum non intervenit, niſi ſubſcriptio, clarè patet non
5 ſufficere, ut fundat *Afflict. in tract. de feud. in 48. q. n. 689.* & in Regno habemus Capitulum Reginæ Ioannæ, quod incipit *ad petitionem*, ubi non valent litteræ, niſi ſub ſigillo pendenti Regio, & ſub data Protonotarii, ſeù ejus Locumtenentis, & ſi aliter fiant, non valent, etiam ſi eſſent ibi clauſulæ derogatoriæ, adeſt etiã *Reg. Pragm.*
6 *2. de fide memorial.* idem *Afflict. loco cit. num. 32. in fine,* & quando aſſenſus non eſt efficax, nulla contrahitur hypotheca ſuper feudis, ut probat *Reg. Conſ. Carleval. de judiciis lib. 1. tit. 3. diſp. 23. n. 9.*

OBSERVATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſẽſus non poteſt impetrari poſt mortem feudatarii, & ratio, quod limitatur favore dotis.*

2 *Aſſenſus non poteſt confirmare actum jam reſolutum.*

3 *Aſſenſus aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur.*

4 *Feudi dominium, niſi in alium fuerit in vita feudatarii validè tranſlatum, ſequuta morte feudatarii ſtatim trãſit in ſucceſſorem ex lege inveſtituræ.*

1 Aſſenſus poſt mortẽ feudatarii impetrari non poteſt ſine novo contractu, & conſenſu hæredis, prout requiritur, & tradit *Reg. de Marin. quotid. re-*

*tid.reſol.cap.*25.*num.*1.2.*&* 3.*lib.*1.*&*
*cap.*33.*num.*6.*lib.* 2. & *Gizzar. in de-*
*ciſ.*2.*num.*2.*cum ſeq. Afflict.in loc. ab*
ipſo citat.& idem *de Marin.in ſumma*
*deciſ.Revert. deciſ.*368.*nu.*1.ex *Andr.*
in cap. Imperialem de probib. alienat.
*feud.*per *Federic.Praſ.Merlin.controv.*
*forenſ.cap.*81.*num.*15. *cent.*2.*Marta*
voto 80.*num.*6. *de Ponte conſ.* 86. *nu.*
20.*Conſil.Staiban.reſol.forenſ.lib.*1.*re-*
*ſol.*1.*num.*48.*& reſol.*2. *num.* 28. *Mo-*
*lina de primogen.lib.*2.*c.*7. *nu.*20. *Ho-*
rat. Montan.in cap. Imperialem de pro-
bibita feudi alienat. per *Federic. num.*
205. *pag.*97.*Amicangel.de feud. q.*19.
*num.*5. *de Franch.dec.*163. *num.*9.*&*
*deciſ.*620.*nu.* 3.*de Ponte de poteſt.Pro-*
reg.tit.de aſſenſ.Reg.ſuper dote, §.1.*n.*
12.*& conſ.*75.*num.*37.*& conſ.*157.*n.*
19.*lib.*2.*Capyc.dec.*115.*num.*4. *Georg.*
*in repet.feud.cap.*43.*num.*46.*Io:Fran-*
*ciſcus Marotta diſcept.forenſ.c.*33. *nu.*
29.*cum ſeq.* Eſt enim indubitatum,
quod poſt mortem feudatarii aſsen-
ſus impetrari non poteſt; niſi tan-
tum favore dotis, ut advertit *d. Dom.*
*de Franch.in d.deciſ.*620. *num.* 5. eà
præſertim ratione,quia ſpes convali-
dationis contractus ex ſupervenien-
tia aſsẽſus amittitur per mortem feu-
datarii alienantis, & *Andreas in cap.*
*Imperialem num.*16. dicit, Quod id
quod fecit defunctus fuit invalidum,
& nullum, ſpes quę erat,ut convale-
ſceret per confirmationem, evanuit
per ejus mortem,confirmatione non
ſequuta, dominio translato in hære-
dem; ideoque tractu temporis ſine
novo facto hæredis non convaleſcit *l.*
*quod ab initio,ff.de regul.jur.*nec obli-
gavit hæredem factum illud defuncti
nullum, & hæc eſt theorica *Andrea*,
qui eleganter materiam declarat in *d.*
§. *qualiter olim feud. alien. poter.* Ità
quod voluerunt *DD.* non ſufficere ta-
citum hæredis conſenſum, ſed requiri
novum diſpoſitivum per novum con-
tractum, & ſuper novo contractu no-
vus aſsenſus. Nàm mortuo obligan-
te,dominium translatum fuit in hæ-
redem, ob quod non poteſt amplius
impetrari aſsenſus ſuper re defuncti,
ſi dominium tempore, quo impetra-
tur eſt hæredis,& contractus defuncti
2 nullus talis evanuit; undè aſsenſus,
qui aliud non eſt,niſi cõfirmatio, quia
requiritur confirmabile, non habet
ubi figat pedes,ut dixit *Bald.in l.fal-*
ſus,C.de furtis cum aliis allegatis per
D.Reg.de Põte in d.tract.de poteſt. Pro-
*reg.in tit.*6.§.1.*num.* 13. *cum ſeq.* de
3 aſsenſu Regio ſuper dotibus, nàm aſ-
ſenſus aſsumit naturam contractus,
ſuper quo interponitur *d.Reg.de Pon-*
te dicto tract. de poteſt. Proreg. loco cit.
*num.*2.allegans *Camer.in d.cap.Impe-*
*rialem car.*52. *lit.F. & G.* & ſi contra-
ctus eſt reſolutus, hypotheca etiam
remanet extincta, aſsenſus redditur
nullus,& evaneſcit,ex quo de per ſe
ſubſiſtere non poteſt.
4 Dominium feudi ſi in vita vẽdito-
ris non fuerit translatum in emptorẽ
cum aſſenſu; per mortem verò ſtatim
tranſit in ſucceſſorem ex lege inveſti-
turæ, etiam ſi deindè ſequatur aſſen-
ſus eſſet nulla venditio, quia requiri-
tur novus contractus ſucceſſoris, ſic
poſt longam diſcuſſionem concludit
Andr.in cap.Imperialem à n. 15. *uſq;*
*ad num.*17. prout *Io:Andr.de Georg.in*
*allegat.*6.*n.*47.

OBSERVATIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus eſt ſtrictiſſimi juris, & tam-*
quam gratia, vel privilegium eſt
ſtrictè interpetrandum.
2 *Aſſenſus non extenditur de tempore*
ad tempus, neque de loco ad locum,
neque de parte ad totum, neque de
perſona ad perſonam, neque de caſu
ad caſum,& n. 4.
3 *Aſſenſus in expeditione ſi aliquid fue-*
rit omiſſum, habetur pro omiſſo,&
remanet ſub diſpoſitione juris com-
munis.
5 *Regula* tex. in l.cum vir, ff. de e-
victione.

victiõn.non habet locum in feudis.
6 *Aſſenſus defectus non ſuppletur ex jure ſuperveniente.*
7 *Aſſenſus materia eſt rigoroſa, & ſtrictiſſimè eſt intelligenda.*
8 *Aſſenſus capituli conceſſus mulieribus Neapolitanis extenditur etiam ad futura, quod ſpeciale eſt favore dotis.*

1 ASſenſus continens clauſulam,
(quoad expreſſa tantùm, & veris
exiſtentibus prænarratis) non exten-
ditur ad feuda futura, quia aſſenſus
eſt ſtricti, imò ſtrictiſſimi juris, utpotè
gratia, & privilegium eſt ſtrictè inter-
petrandum, ut docet *Iſern. in cap. Im-*
perialem in princ. num. 4. & 5. de pro
hib. feud. alienat. per *Feder. Marin.*
Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 1. q. 20. n.
8. & 9. Camer. in repetit. d. cap. Impe-
rialem f. 43. lit. F. & fol. 44. lit. G. cum
ſeq. de Franch decis. 153. nu. 23. & 24.
de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 7.
num. 26. Roſental. de feud. cap. 9. num.
1. concluſ. 36. atque adeò idem
2 *Camer.* latius proſequitur, aſſenſus
non extẽditur de tempore ad tempus,
neque de loco ad locum, neque de
parte ad totum, neque de perſona ad
perſonam, neque de caſu ad caſum, &
3 quid quid in eo eſt omiſsum, non ſub-
intelligitur, ſed relinquitur ſub diſpo-
ſitione juris communis, ut in *l. quid*
quid aſtringenda 99. ff de verborum
ſignificat. quam concluſionem ſequu-
ti ſunt ex noſtris, idem *Iſernia in cap.*
1. col. 4. qui ſucceſſ. tenentur, ut in *cap. 1.*
§. donare col. 1. & 2. qualiter olim
feud. poterat alienare *R. Lanar. in conſ.*
79. num. 20. & in *conſ. 18. num. 8.* & in
conſ. 36. num. 14. Reg. Rovit. in conſ. 4. n.
29. & melius in *conſ. 18. num. 12. lib. 2.*
Conſil. Theodorus allegat. 46. num. 4. &
5. & allegat. 80. num. 47. uſque ad 49.
Imò quod plus eſt, aſsenſus non ſolũ
non extenditur de caſu ad caſum, ſed
nec etiam de tempore ad tempus, nec
de præſenti in futurum, ut idem *Reg.*
de Ponte in d. tract. de poteſt. Proreg. tit.
4. §. 7. num. 26. Eſt enim aſsenſus ma-
teria rigoroſa, ut ait *gloſ. in cap. 1. in*
verb. ſecundum quoſdam de natura
ſucceſſ. feud. & idem de *Ponte in dicto*
tract. tit. 6. §. 6. num. 7. ſequitur *Conſil.*
Prat. diſcept. for. cap. 34. n. 11. cum ſeq.
5 *1. vol.* & in *diſcept. 31. n. 27. to. 3.* ait re-
gulam *l. cum vir, ff. de uſucapion.* non
habere locum in feudis, quia vaſsal-
lus non poteſt de jure feudali diſpo-
nere ſine aſsenſu, ea ratione, quia aſ-
ſenſus non extenditur ad incogitata,
ex regula *text. in l. qui cum tutor, ff. de*
tranſact. & etiam, quia aſsenſus non
extenditur ad futura, non de caſu ad
caſum, nec de tempore ad tempus,
6 nec de re ad rem, undè defectus aſsẽ-
ſus, & defectus poteſtatis efficit, ut jus
ſuperveniens non juvet; Itaque acci-
pienda eſt, quæ ſcripto commendavit
idem de *Ponte in conſ. 36. num. 12. lib.*
1. & in *d. §. 7. de regal. impoſit.* & antè
ipſum *Anna, & Georg. ille in conſ. 39.*
num. 66. & 67. inquiens fuiſſe de mẽ-
te *Andreæ in cap. ſancimus, verſ. ſi quis*
fecerit inveſtituram tit. quò tẽpore mi-
les, Georg. verò in allegat. 3. nu. 8. verſ.
ex alio, idemque ſubſtinet *Conſil. Stai-*
ban. in reſolut. forenſ. 60. num. 6. & ſeq.
ubi ait, quod aſſenſus non ſolum non
extenditur de caſu ad caſum, ſed nec
etiam de tempore ad tempus, nec de
præſenti in futurum, allegans eundem
de *Ponte in d. tract. de poteſt. Proreg.*
7 *tit. 4. §. 7. num. 26.* eadem ratione mo-
tus, quia aſſenſus materia eſt rigoro-
ſa, ut tradit *d. gloſ. in cap. 1. in verb. ſe-*
cundum quoſdam de natura ſucceſs.
feud. & de *Ponte loco cit. §. 6. num. 7.* &
Reg. Capyc. Latr. in conſultat. 52. nu. 59.
& in *conſult. 33. num. 68. tom. 1.* ait,
quod aſſenſus non extenditur de caſu
ad caſum, de tempore ad tempus, ne-
que de re ad rem; idemque ſubſtinet
etiam *Dom. Conſil. de Roſa feudorum*
Interpres in conſult. 51. num. 17. & in
conſult. 52. nu. 2. ait; Aſſenſus eſt ſtri-
ctiſſimè intelligendus, & ſolùm quoad
expreſſa operatur, & non ultra.
8 Nec obſtare videntur allegata per
Mol-

Molſeſ.in conſ.3. num. 39. nàm loquitur in affĕſu capituli mulieribus Neapolitanis conceſſo, quod extenditur etiam ad futura teſte *Frece.de ſubfeud. lib.2. q.3.* Idemque probat *Camer. in dict.cap.Imperialem concluſ.* 10.*fol.*56. *lib.*5. nàm hoc tantùm procedit favore dotis,& non in aliis caſibus.

OBSERVATIO XLV.

SUMMARIUM.

1 *Attentatum antè omnia eſt revocandum nulla obſtante exceptione, & quid ſi opponatur exceptio ſpolii?*

2 *Attentatum, quando fuit ultima ſpoliatio eſt purganda.*

3 *Attĕtatorum in materia quid ſit probandum?*

4 *Spoliatus ſi quis fuerit, poterit ſpoliatorem ſuum privare, & volentem ingredi expellere abſque vitio attĕtati, & ſpolii.*

5 *Spoliatus ſecundo non habet remediū attentatorum adverſus primum ab eo ſpoliatum.*

6 *Recuperatio poſſeſſionis in continenti, dicitur continuatio poſſesſionis.*

7 *Verbum in continenti DD. intelligūt in continenti fieri, quando cōmodè fieri poteſt ſecundum qualitatem perſonæ, & rei.*

8 *Factum in continenti dicitur etiam poſt ſex menſes, vel plus attenta qualitate perſonarum, & rei activè, & paſſivè.*

9 *Recuperans ſuam poſſeſſionem non dicitur innovare, nec attentare.*

10 *Poſſidens civiliter, & deindè naturaliter accipiens non dicitur innovare, neque attentare, ſed potius continuare, & nihil de novo agere.*

11 *Attentare dicitur, qui facit actum ſine aliqua rationabili cauſa.*

12 *Attentatum illicitè ſolùm revocatur, & non licitum.*

13 *Cognitio attentatorum pendet à cognitione cauſæ principalis.*

14 *Revocatio attĕtatorum impeditur interdicto uti poſſidetis, & retinendæ.*

15 *Iudex procedens ad ſequeſtrum poſſeſſionis, nè partes veniant ad arma, non debet ferre aliquam ſententiam, quia ſibi de cauſa non liquet.*

16 *Exceptio dominii, & proprietatis notoria attentantis, obſtat petenti revocationem attentatorum.*

17 *Inhibitio eſt moderanda, quando clarè conſtat de bono jure illius, qui prætenditur contra inhibitionem attentaſſe.*

18 *Spoliatus ſi patitur per Adverſarium produci jura ſua ſuper dominio, & proprietate, per quæ conſtaret de ejus bono jure, exceptione dominii excludi poteſt.*

19 *Reſtitutio ſpolii non fit, quando non conſtat de non jure ſpoliati.*

20 *Defectus notorius juris impedit revocationem attentatorum.*

21 *Probans antiquiorem poſsesſionem, duobus inproſanis de poſſeſſione contendentibus, præferendus eſt, & cōſtituitur Reus, adverſarioque præcipitur, nè illum moleſtet cum reſervatione jurium, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio.*

22 *Probans titulum antiquiorem eſt præferendus, etiam probantibus parem poſſeſſionem, & titulum.*

23 *Poſſeſſio antiquior judicabitur, computato etiam tempore Authorum.*

24 *Probantibus in tempore parem titulū, & parem poſſeſſionē eſt præferendus, qui meliorem titulum probaverit.*

25 *Actus continuativus præſumitur potius, quàm novus ad excuſandum ab attentatis, & ad excludendum delictum.*

26 *Remedium attentatorum ceſsat, quādo attentans parte non reluctante fuit admiſsus ad probandum de ſuo bono jure.*

27 *Inutilis circuitus eſt evitandus.*

28 *Petens ſine cauſa in dolo videtur eſse.*

OB-

1 ATtentatorum judicium licet, ut
privilegiatum non admittat ex-
ceptionem alterius ſpolii, ut in interdi-
cto undè vi admittitur, Decius conſ. 199.
Franc. in cap. bona memoriæ num. 3. 4.
5. & 14. & ibi Cardinal. de appellat.
not. in cap. veniens, ubi Abb. de præſcript.
Maranea in judic. petit. & poſſeſſ. diſt. 7.
num. 18. & de appellat. à num. 403. uſque
ad 408. in cap. 1. & fin. de ord. cognit. in
cap. frequens de reſtitut. ſpoliat. in 6. Af-
2 flict. in deciſ. 98. & in attentatis ultima
ſpoliatio eſt purganda, Rota Rom. ſub
Thoma Faſtulo cauſa 1. dub. 4. et cauſa
3 20. dubit. 40. ſufficitq; pro revocatione at-
tentatorum ſimplicem probare poſſeſ-
ſionem tempore motæ litis, & poſtea
ſpoliationem, ad notat. in cap. in literis
de reſtitutione ſpoliator. Caſſad. deciſ. 3.
de reſtitut. ſpoliat. Veſtr. in prax. ut lite
pendente, Io. Monac. & Phil. Probus in
cap. cupientes, §. quod ſi per viginti à nu.
4 146. de election. in 6. tamèn ſi primo
ſpoliatus quamprimum potuit, rem re-
cuperaverit, etiam ſpoliatorem ſuum
ſpoliando, & volentem ingredi expel-
lendo, non dicitur ſpoliaſſe, nec attẽtaſ-
ſe, ſed potius in priſtinam cauſam cen-
ſetur reverti, ad notata per Bart. in l. 3.
§. eum igitur, ff. de vi, & vi armat. in c.
5 fin. de ordin. cognit. & ſecundò ſpolia-
tus non habebit remedium attentatorũ,
ut ſunt dictæ deciſ. Rotæ ſub Faſtulo præ-
citata, plenè Dec. conſ. 460. à nu. 17. ad
21. Hercul. de attent. cap. 21. Hieronym.
Manfred. de attentatis lib. 2. concluſ. 20.
& 43. Pariſ. conſ. 1. nu. 143. & conſ. 41.
num. 38. & 39. vol. 1. Lancellot. de attẽ-
tat. 2. p. cap. 4. de attent. lite pendẽte limit.
6 1. in 6. amplia. & 7. à num. 27. ad 34. &
cap. 12. limit. 26. & 27. & continuare di-
citur qui poſſeſſionem incontinenti re-
cuperat; Et hæc continuatio per modũ
7 recuperationis, licet dicatur in conti-
nenti fieri; verbum hoc incontinenti,
contrà gloſ. in d. §. eum igitur, Bart. ibi-
dem, & in l. 1. ubi etiam Salycet. C. undè
vi, intelligit in continenti fieri, quando
commodè fieri poteſt ſecundum quali-
tatem perſonæ, & rei, ad l. 2. §. cenſe-
ſtim, ff. ad Tertull. Angel. in q. revoca-
ta guerra col. 4. & quantum temporis
exigatur relinquitur arbitrio Boni Vi-
ri, ad Pariſ. conſ. 24. à num. 16. in princ.
vol. 1. & Abb. intelligit in conſ. 100. n. 2.
8 in princ. etiam poſt ſex menſes, & in
cap. olim prime de reſtit. ſpoliat. verb. du-
bium tamen, & Iaſon in l lecta num. 20.
verſ. addo ad primum caſum, ff. ſi certum
pet. intelligit infra triennium, & quan-
doque incontinenti dicitur fieri, etiám
infra decem annos, Pariſ. conſ. 24. n. 15.
Imola in l. 1. §. qui præſens, ff. de verborũ
oblig. & in hoc debet conſiderari quali-
tas rei, & perſonarum activè, & paſ-
ſivè per Ruin. in conſ. 42. à num. 16. in 4.
ſequitur Menoch. in conſ. 2. nu. 180. in 1.
& in interdictis recuperandæ remed. 1.
num. 383. & 384. quæ omnia relinquũ-
tur arbitrio Iudicis, ut firmat poſt alios,
quos refert Menoch. de arbitrar. judic.
lib. 2. centur. 1. caſu 11. & deciſ. Rotæ Ro-
manæ 75. num. 72. in noviſſimis editis,
quam ibi in additionibus allegat Lucas
de Penna in l. ſi coloni q. 7. & ult. de agri.
col. & cenſit. lib. 11. Boſſius de pluribus
violentiis num. 6. & 7. Innocent. in cap.
dilecti 3. de appell.
9 Taliterque recuperãs ſuam poſſeſſio-
nem, non dicitur, ut ſupra innovare,
nec attentare per plures Rotæ deciſio-
nes, quas allegat Decius d. conſ. 460. nu.
19. & 20. & conſ. 103. nu. 1. vol. 1. nàm
qui in ſua poſſeſſione non debuit tur-
bari, non dicitur innovare, ad cap. cum
teneamur de appellat. not. gloſ. in cap. non
ſolum de appell. in 6. in gloſ. magna, In-
nocent. in cap. venerabilis de cẽſibus, facit
cap. 1. ut lite pendente, & alii apud Me-
noch. de recup. poſſeſſ. remed. 17. num. 49.
q. 17. Pariſ. conſ. 41. num. 38. in 6. Bero.
conſ. 87. num. 5. Capyc. deciſ. 62. Natta
conſ. 606. num. 13. lib. 3. Lancell. de atten-
tat. 2. p. cap. 4. limit. 1. à num. 2. uſque ad
24. ex rationibus per dictos DD. addu-
ctis; cum non fiat alicui injuria, qui u-
titur jure ſuo, cap. cum nobis olim, cap. cũ
Eccleſia Vulterana de elect. Innocent. in
cap. conſtitutus de appellat. Pariſ. conſ. 39
lib. 1. & conſ. ultim. in 4. & alii congeſti
per Anton. Gabriel. de acquir. poſſeſſ. con-
cluſ. 6. n. 8.
10 Quinimò poſſidens civiliter, & dein-
dè naturalem accipiens poſſeſſionẽ, non

dicitur innovare, neq; attentare, ſed po-
tius cōtinuare, & nihil de novo agere, *c.
cū veniſſent*, ubi *Abb. in ultimo notab. de
reſtit. ſpoliat.* Imò ſi prohibeatur conti-
nuare ejus poſſeſſionem, dicetur contra
ipſum attentari lite pendente, *Bellamer.
deciſ. 70. ſi poſſeſſor. Hercul. de attent. c.
3. á num. 5. uſque 18. gloſ. in d. cap. non
ſolum*, & alii apud *Menoch. de recup. poſ-
ſeſs. remed. 17. num. 50. quæſt. 17. Lan-
cell. de attent. d. p. 2. cap. 4. limit. 1. à n. 8.*
11 Cum attentare propriè dicatur, qui fa-
cit actum ſine aliqua rationabili cauſa,
cap. quamvis in princ. à contrario ſenſu,
& ibi *Gemin. num. 1. de offic. ordin. in 6.
Manfred. de attent. lib. 1. p. 9. in princip.*
12 *& concluſ. 115. lib. 2.* proindeque illi-
citè attentatum ſolum revocatur, & nō
licitum, *Io: Menoch. in d. cap. cupientes,
§. quod ſi per 20. num. 35. & 36. de elect.
in 6. Vital. de clauſ. nihil innovare appell.
pendent. num. 8. & 9.*
13 Et quando cognitio attentatorum
pendet à cognitione cauſæ principalis,
putà quod actor ad excuſandum, & ex-
cludendum attentata dicit continuando
etiam recuperaſſe, & expuliſſe, & ex-
cipiat, quod pendet cognitio allegatæ
continuationis. In interdicto uti poſſi-
14 detis, & retinendæ, attentatorum re-
vocatio impeditur, ex notat. per *Capyc.
deciſ. 72. & 209.* per plures *Rota Roma-
na deciſ.* quas allegat *Lancell. d. p. 3. cap.
24. de Reo, & except. contra attentata
quæſt. 19. num. 1. 2. & 3.*
15 Et ſi poſſeſſio ſequeſtretur per Iudi-
cem, nè contendentes ad arma veniãt,
ad *l. æquiſſimum*, ubi *Bart.* & *l. uſufru-
ctus, §. ſed ſi inter duos*, ubi alii *DD. ff. de
uſufruct. Butric. in l. 1. C. uti poſſid.* ubi
Iacob. de Arena notat Iudicem hoc caſu
non debere ferre aliquam ſententiam,
quia ſibi de cauſa non liquet, ſed contē-
dentibus præcipere, nè accedant ad poſ-
ſeſſionem, ſed jus in proprietate allegãs
experiatur in petitorio, *Igneus in l. 1. §.
cum omnes num. 35. ff. ad S. C. Syllania-
num Bald. in l. edicto 3. num. 10. circa
medium, C. de edicto Divi Adriani*, & in
*l. nullus, C. de Summ. Trin. Speculat. in
tit. de cauſ. poſs. & propr. Abb. in cap. ex
literis de reſcript. nu. 6. Alex. conſ. 7. col.
penult. in 5. Capyc. deciſ. 13. & 96.* & alii
congeſti per *Tiraquell. de primog. cap. 4.
in fin. Achill. Perſonal. de adipiſc. num.
56. Lancellot. de attentat. d. 2 p. cap. 4.
dicta deciſ. 4. num. 43. & cap. 12.
ampl. 7.*
16 Exceptio dominii, & proprietatis no-
toria attentantis obſtat petenti revoca-
tionem attentatorum, *Milis in reperto-
rio in verb. poſſeſſorio recuperanda agen-
ti, fol. 285.* Comprobari poteſt ex eo
quod fuit dictum in una Cæſarauguſta-
na Electionis Cappellæ ſub die 12.
Martii 1658. ut in *recollectis per Paleo-
tum deciſ. 76. incip. Collegium*, quod quã-
17 do clarè conſtat de bono jure illius, qui
prætenditur contra inhibitionem atten-
taſſe, non ſolum ſuperſedendum eſt in
revocatione attentatorum, ſed etiam in-
hibitio prædicta eſt moderanda, nàm, &
18 alias ſi ſpoliatus patitur per adverſariũ
produci jura ſua ſuper dominio, & pro-
prietate, per quæ conſtaret de ejus bo-
no jure, exceptione dominii excludi po-
teſt, *Gabr. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 1. num.
52. Lancell. de attent. 3. p. cap. 24. de reo,
19 & exception. contra attētata q. 15. limit.
1.* ad inſtar ſpolii, de quò non fit reſti-
tutio, quando non conſtat de non jure
ſpoliati, ad *Boer. deciſ. 2. à num. 34. Lan-
cell. 3. p. cap. 24. q. 1. num. 28.* Aliter enim
Iudex authorizaret petentem attenta-
torum revocationem in delicto ſuo, ad
*gloſ. & Innocent. in cap. ſignificaſti de di-
vort. Egid. Bellamera deciſ. 101. Caſſad.
deciſ. 3. ſub num. 4. de reſtit. ſpoliator.* &
conſtito de non jure; & conſequenter de
non intereſſe petentis attentatorum re-
vocationem audiret repellēdum ad *cap.
cum inter il 1. de electione; Innocent. in
cap. cōſlitutus de filiis Præſbiteror.* & in
propriis terminis revocationis attenta-
torum conſiderat *Mandoſ. d. formula 14
commiſſionis in verbo grave damnum*, &
demùm nè per hanc reſtitutionem, & re-
vocationem attentatorum detur occa-
ſio peccati revocationem petenti, non
Domino, ſivè jure aliquo fructus ex
re indebitè reſtituta percipiendo; & re-
gulariter propter periculum animæ, no-
20 torius defectus juris impedit revocatio-
nem attentatorum, ut poſt *Butr. & Ge-*

mi-

minian. ità tenendum eſſe firmat *Fràc. in dicto cap. bona ſub num.* 15. *& Pariſ. conſ.* 12. *in iſto num.* 7. *&* 8. *in* 4.

21 In propharis duobus de poſſeſſione contendentibus, antiquiorem poſſeſſionem probans præferendus eſt, et conſtituitur reus, adverſarioque præcipitur ne illum moleſtet, cum reſervatione jurium, tàm in peritorio, quàm in poſſeſſorio, *Capyc. dec.* 209. *nu.* 2. *Caſtr. conſ.* 3. *in* 2. *Curt. ſenior in conſ.* 60. *Felin. in c. licet cauſa num.* 9. *de probation.* & ibidem *Decius conſ.* 9. *verſ.* 3. fallit *Maranta diſt.* 7. *num.* 17. *Pariſ. conſ.* 112. *nu.* 73. *in primo*, *& conſ.* 126. *num.* 2. *in* 4. etiam ſi oſtendens poſſeſſionem juniorem alleger titulum, ſivè recentem, ſivè antiquiorem, quia tunc ille titulus ex antiquiori poſſeſſione Adverſarii cenſetur habitus ab injuſto Authore, ad *Fabr. in* §. *retinenda num.* 27. *verſ. ſed fortè inſtit. de interdict. Bald. in l. data opera nu.* 68. *C. qui accuſare*, *& in diſput. Accuſatus de vi turbativa col fin. verſ.* 3. *modo Afflict. deciſ.* 363. *num.* 4. *Curt. jun. conſ.* 168. *num.* 32. *Decius conſ.* 302. *num.* 8. & alii apud *Covar. practic. quaſt. num.* 30. *in* 2. *Menoch. de retin. poſſ. remed.* 3. *n.* 727. *& de recup. remed.* 15. *num.* 75. dummodò tamen reſpectu ſuæ antiquioris poſſeſſionis adverſarii poſſeſſio expreſsè clandeſtinè allegetur, ad *Bart. in l. ſi de eo*, §. *ſi ſervum num.* 4. ubi *Caſtr. Alex. & alii ff. de acquir. poſſeſs. Alex conſ.* 45. *col. fin. & conſ.* 100. *num.* 4. *in* 1. *conſ.* 76. *col.* 2. *in* 2. & alii apud *Nattam conſ.* 572. *Cravetta conſ.* 257. *in fine*, *&* 348. *col. pen.* & clandeſtinitas probata dicetur, cum adverſarius non probaverit de antiquiori poſſeſſione, & præſumptiva hæc probatio ſufficiet, *Bart. in l.* 1. §. *quod ait num.* 18. *ff. uti poſſidetis.*

22 Probantibus verò parem poſſeſſionē, & titulum, probans titulum antiquiorem eſt præferendus, *Bald. in d. diſput. col. ultim. verſ.* 7. *caſu* ratione ea, quia probans titulum antiquiorem præſumitur probaſſe inſuper poſſeſſionem antiquiorem ratione prædicti præcedentis tituli, *Cotta in memorial. verb. poſſeſſio civilis*, *Curt. jun. conſ.* 108. *col fin.* ex duobus vinculis, quæ magis ligant ad *auth. itaque C. comm. de ſucceſſ. l. inſtrumenta*, *C. de probat. gloſ. in l. ſi ſtipulatus de uſu-*

22 *ris*, *Sebaſtian. Medic. regul.* 3. *num.* 2. & antiquior judicabitur poſſeſſio, computato etiam tempore Authorum, ad *l. in tempus ff. de uſucapion. Gomeſ. in regul. de triennali q.* 13. *Rebuff. de pacific. poſſ. nu.* 87. *Bald. in l. Celſus num.* 6. *ff de uſucap.* cum aliis relatis per *Lancellott. d.* 2. *p. cap.* 4. *limit.* 1. *à num.* 17. *uſque ad* 27. extendētem ad quemcumque ſucceſſorem, etiam particularem in re Authorē primum repreſentantem, ut continuans etiam recuperando, & expellendo ad-

24 verſarium, non dicatur attentare; probantibus autem in tempore parem titulum, & parem poſſeſſionem ſit præferendus, qui meliorem titulum probaverit, ex *Bero. in d. cap. licet cauſa n.* 57. *verb. certa concluſio*, *Rebuff. in Conſt. Reg. de mater. poſſeſs. art.* 2. *gloſ.* 3. *nu.* 7. *to.* 3.

25 circumſcriptis regulis, prima ad excuſandum ab attentaris, ad excludendum delictum præſumitur potius continuativus actus, quàm novus, ad *l. merito*, *ff. pro ſocio*, *Gabriel. in crimin. concluſ.* 2. & in terminis vitii litigioſi *Bart. in l. non ſolum*, §. *ſed ut probavi ſub num.* 3. *ff. de novi oper. nunciat.* & ad excluſionem attentatorum, quod non præſumantur in dubio attentata, per *Lancellot. de attent.* 1. *p. in præfat. à num.* 121. *uſque ad* 130. *not. in l. ſi pluribus*, *verſ. quod ſi una*, *ff. de verbor. oblig. Bald. conſ.* 137. *in* 2. plenè per *Cravett. conſ.* 223. *ſub num.* 7. *in* 2. *Lanecll. p.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 115. *&* 118.

26 Et remedium attentatorum ceſſat, quando attentans parte non reluctante fuit admiſſus ad probandum de ſuo bono jure, nàm conſtito de ſuo bono jure, non ſolum ſuperſedetur in cauſa circa revocationem attentatorum, ſed etiam inhibitio moderatur, ut præter *deciſionem Paleotti in prima alleg. in* 4. *concluſ.* firmat *Pariſ. conſ.* 41. *optimum num.* 47. *lib.* 1. ne quis una manu cogatur dare per purgationem attentatorum, & alia manu recipere, & ex pluribus *deciſ. Rotæ*, quas refert, & tenet *Lancell. d.* 3. *p. cap.* 24. *q.* 31. *per tot. quaſt.* ad tollendum

27 etiā inutilem circuitum, ad *l. Dominus*,

D 2 §. *fin.*

§.fin.ff.de condit. indeb. l.ex legato, C.de legat. cum aliis per *gloſ.in d.§.fin.* adductis, & dolo petere quin alias videtur, ut ſupra, quæ mox reſtituturus eſt ad *l. in condemnatione, §.dolo, ff.de regul. juris cap.dolo facit de regul.juris in 6.l.ſocer, §. Lutius, ff.ſol. matrim.* dum nihil commodi ex dicta petitione eſſet conſequuturus, & cum ſit reſtituturus, non videtur habere cauſam petendi, & petendo ſine cauſa in dolo videtur eſſe,
28 ad *l.2.ff.de except.doli, Gabriel.conſ.140 in 2.* & ut prædictis inutiliter excitatis circuitibus parcatur ſumptibus, & laboribus, ut per *Cæſarem Burgal. de dolo lib.6.regul.16.* tàm in petitoriis, quàm in poſſeſſoriis omnibus de regula prædicta plenè diſſerentem.

OBSERVATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Balius alicujus magni Principis, quomodo teneatur ſatiſdare, & quid fuerit practicatum in Curatore Ill. Principis Biſiniani.*

1 BAlius alicujus magni Principis non tenebitur ſatiſdare juxtà valorem bonorum adminiſtrandorum, ſed Iudex temperare debet eo modo, quo poteſt reperiri, & ſic practicatum in Curatore Principis Biſiniani, & in Balio Ducis Acheruntiæ, & aliis, & forma ſecurior fuit, ut quolibet ſemeſtri computa præſententur, & ità fecit Dux Veteris, qui fuit Curator dicti Principis Biſiniani, ut advertit *Reg.de Põte in tract. de poteſt. Proreg.in tit.* 10. *de proviſionibus fieri ſolitis in cap.de Baliis, §. 1.nu.6* ubi allegat *Capyc.in repetit. capitul. Imperialem in §.præterea ſi quis infeudatus notab.4.* ut refert *Camillus de Curte in reſol.feud.cap.3. nu. 91.* impreſſis per *R. de Marin.t.1.reſol.f.617.* quod quando eſſemus in magno dominio ſufficeret cautio talis qualis poſſit præſtari, & afferunt illud, quod dicitur de Regina Francorum, quæ cum voluiſſet eſſe Balia filii impuberis, Dominus Obertus de Bobio tunc legens in ſtudio Vercellenſi conſuluit eam non eſſe repellendã, ex eo fortaſſe, quod non haberet fidejuſſores idoneos, ſed ſufficeret ſi daret, quos poſſet.

OBSERVATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Baro ſi male utatur juriſdictione ſua maltractando Vaſſallos, Dominus directus feudi quid facere debeat?*

1 BAro habens Caſtrum in feudum maltractans Vaſſallos, Caſtri Dominus directus poteſt eũ monere, quod eos tractet modo debito, & conſueto, alias Curia Domini poteſt ſibi Caſtrum auferre, quod eſt menti tenendum, & ratio eſt, quia malè utitur ſubſtantia Domini, *argum.l.ſi cum dotem, §.ſi verò dotem ita eum diſſipare, ff.ſoluto matrimonio, l.Imperator, ff.ad Sen.Cõſul.Trebell.cap.fin.extra de accuſat.l.fin. C. de ſentent.paſſis, auth.qui res jam dictas, C. de Sacroſanct.Eccl.*

OBSERVATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Baro non tenetur ſuo ſubfeudatario ejus creditori, ultra quã facere poteſt, deducto ne egeat.*

2 *Alimẽta an debeãtur feudatario ex fructibus feudi facta exequutione ad inſtantiam creditoris ſuper commeditate ipſius feudi.*

1 BAro qui eſt debitor ſuo ſubfeudatario non tenetur ultra quàm facere poteſt, ſed deducto, nè egeat, *text. eſt in cap. 1.§.fin. Epiſc.vel Abbatem,* nàm hoc videtur cautum tempore conceſſionis feudi, *argum. illius text.* ut non urgeat Dominum in neceſſitate conſtitu-
2 tum, ſed ſibi de fructibus feudi præſtet alimenta, idem ſi ad alterius inſtantiam fiat exequutio ſuper commoditate feudi, *arg.l.commodis,* & ibidem *Zaſius, ff. de re judicata, ad l. in condemnatione, §.fin. de regul.jur. Andr.de Iſern.in Conſtit. Comitibus,* ut latè apud *Frecc.in tract.*

tract. de ſubfeud. 34. auth. Mermil. in d. Conſtit. comitibus n.9.

OBSERVATIO XLIX

SVMMARIVM.

1 *Barones an poſſint indulgentiam concedere forjudicatis? & adducitur deciſio* S.R.C.

1 Barones nunquid poſſunt indulgentiam concedere forjudicatis, & pro affirmativa tenuit, *Petr. Foller. in allegat. inſerta in Cōmentario Pragmat. Reg. Rovit pragm. 2. de abolit. num. 49.* quia Barones hodiè cōmuniter habent merum, & mixtum Imperium, & etiam regalia, & ex Conſuetudine conſueverunt ſimilia facere, & ideò non eſt dubitandum, quod poſſint indulgere; ſed his obſtat deciſio *Præſ. de Franch. 370.* in qua etiam fuit diſputatum, an poſt latam ſententiam pendente illius appellatione Baro habens primas, & ſecundas cauſas poſſit gratiam facere, & fuit deciſum Baronem habentem privilegium ſecundarum cauſarum poſſe appellatione pendente indulgere. *Deciſio.*

OBSERVATIO L.

SVMMARIVM

1 *Baro non ſolum Dominus, ſed etiam pater dicitur Vniverſitatis, & ſuorum vaſſallorum.*

1 Baro non ſolùm Dominus, ſed Pater dicitur Vniverſitatis, & Vaſſallorum *l. 2. in fine, C. de debitor. lib. 10. l. 4 Cod. de defenſor. Civitatis; Guid. Pap. deciſ. 631. num. 30. Frecc. lib. 2. auth. 18. cap. Regni Regina Iuſtitia verb. affectu paterno, & cap. pro publici bono cōpendio, & cap. prædeceſſorum,* in quibus locis Princeps, aut Baro tenetur uti pater commoda ſubditorum inveſtigare, gravamina tollere, oppreſſorum querelis providere, eoſque illeſos ab omnibus cuſtodire.

OBSERVATIO LI.

SVMMARIVM

1 *Barones non poſſunt dare in feudum, niſi excadentias, ideſt feuda conſueta aliis in feudum per Comites, & Barones, & feudatarios, & ſunt feuda plana, & de tabula.*

2 *Feuda quaternata, etiam quæ ab alio tenentur Rex concedit.*

3 *Baro an, & quando poteſt de novo infeudare rem demanialem feudi?*

4 *Baro poteſt poſſidere excadentias ſeparatas à Baronia, vel junctas cum ea.*

5 *Baro feudum quaternatum, ut Caſtrum non poteſt ſine Domino Rege infeudare.*

1 Barones nō poſſunt dare in feudum, niſi excandentias, ideſt feuda conſueta dari aliis in feudū per Comites, & Barones, & feudatarios, & alia, quæ eis aperta ſunt, ut ſunt feuda plana, & de tabula, & dantur cum eodem ſervitio, ut in *conſtit. Divæ memoria in fine*, Qua-
2 ternata tamen, & caſtra, etiam quæ tenentur ab alio Rex concedit, ut in *Conſtit. poſt mortem, Andr. in tit. de his qui feud. dare poſſunt num. 8.* ubi *Lipar. in verb. excandentiis* dicit, dictum nomen fuiſſe ſumptum ex *l. fin. Cod. de bonis vacant. lib. 10.* ibi vacans cadens, & in *l. omnes de delator. lib. 10.* ubi dicit eeciderit in caſſum, & excandentiæ ſunt res ſolitæ infeudari, antè, ut quia Baro antea legitimè infeudaſſet, & eum aſſenſu, & dicas in ſumma; Aut Baro vult
3 infeudare de novo rem demanialē feudi, ſeù Baronis, & nullo modo poteſt ſine aſſenſu Domini Regis, ut in dicta *Conſtit. in fine*, ubi *Andr. col. 2.* Aut vult infeudare rem alias legitimè infeudatam, & ad ſe devolutam, & tunc ſubdiſtinguendum eſt, quoniam aut talis res devoluta eſt feudum planum, & de tabula, & poteſt iterum de per ſe alii dare cum eodem ſervitio, ut in *d. Conſtit. in fine* & quod excadētiæ debēt dari cum pactis ſolitis, vide *Alex. conſ. 5. incip. ſi vera ſunt col. 1. verſ. 7.* aut res conſueta infeudari, devolvitur ad Ba-

Baronem, & ipſe cæpit eam, ut ſuam demanialem poſſidere, vel ſuper hoc animum ſuum declaravit, & tunc non poteſt eam ulterius in feudum dare, *Lucas de Penna in l. quicumque de fundo limitr. lib. 11. col. fin. verſ. quid ſi Comes*, quē ſequitur *Capye. in ſua inveſtitura verb.*
4 *infeudat etiā quilibet, verſ. limita ſextò* Poteſt enim Baro poſſidere excadentiam ſeparatam à Baronia, vel junctam cum ea, *Andr. in cap. 1. col. 2. & 3.*
5 *de Cap. qui curiam vend.* Aut eſt feudū quaternatum, ut Caſtrum, & tunc non poteſt ſine Domino Rege, ut per *Conſtit. poſt mortem;* Videndus eſt *Andr. in Conſtit. dignum*, ubi dicit, quod totam excadentiam poteſt donare cum eodē ſervitio, & quando Dominus tenuit in demanium excadentialia per 30. annos, ſucceſſor ejus non poterit illa excadentialia alienare ſine aſſenſu, ut affirmat hic *Andr. in q. Prælati Afflict. in Conſtit. Diva memoria num. 61. verſ. 2. quæro.*

OBSERVATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Baro an, & quando poſſit revocare Vaſſallum ſuum accedentem ad habitandum in terra alterius Baronis, vel demanialis.*

1 BAro revocat Vaſſallum ſuum accedentem ad habitādum in Terra Baronis, vel demanialis, quando eſt obligatus ad ſervitia perſonalia, ut ex adductis per *Frecc. in tract. de ſubfeud. in 15. auth. num. 1.* Quibus addendi ſunt, *Andr. Barul. in l. certa forma de jure Fiſci lib. 10. Pariſ. de reintegr. verſ. quaro Dominus feudi num. 9. fol. 56.* & in *Synd. verbo excedant Barones erga ſubditos n. 32.* ubi ait *col. 4.* quod in Regno ſic eſt obſervatum *Andr. in conſtit. quiſquis de burgenſ.* & cum *gloſ. in conſtit. errores eorum, Lucas de Penna in l. ſi quis prædium col. 4. verſ. idem in Regno, & Agric.* & cenſit *Afflict. in deciſ. 275. num. 75.* & in *§. Angaria num. 3. 4. & 9. Bald. in prælud. feudorum num. 38. & 39.* cum aliis per nos adductis in *controverſ. 5. num. 1. cum ſeq.* pro Regali Monaſterio Montis Oliveti Barone Caſalis Aptani.

OBSERVATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Barones feudatarii debent deputare Capitaneum, & aſſeſſores in Terris Vaſſallorum, & Iudices appellationum.*
2 *Baro in alieno Territorio jus dicere ſine voluntate Domini illius loci, & ſine conſenſu ſubditi non poteſt.*
3 *Auditores, ſivè Iudices appellationum an in eadem Terra, vel in locis convicinis ſunt eligēdi diverſimodè per S. C. eſt judicatum, & deciſiones adducuntur.*

1 BArones feudatarii debent deputare Capitaneos, & Aſſeſſores in Terris Vaſſallorum, & etiam appellationum Iudices, quos vulgo Auditores vocant, quod probatur ex *conſtit. Iuſtitiarii nomen, & normam*, & *conſtit. Capitaneorum;* ne ſubditi laboribus, & expenſis extra proprios lares depauperentur, ut in *cap.*
2 *ſtatutum §. 1. de reſcriptis in 6.* nec poteſt Baro in alieno territorio jus dicere ſine volūtate Domini illius loci, ut ſcribit *Alexand. in l. fin. de juriſd. omnium Iudicum, Bart. in l. 1. §. 1. de requir. reis*, & ſine conſenſu ſubditi, *tex. eſt ſingularis in l. Diuus Pius*, & ibi not. *Paul. de Caſtro de ſervit. ruſticorum prædiorum*, ut per *Frecc. in tract. de ſubfeud. lib. 2. auth. 29. num. 3. & 4.*
3 De Auditoribus, ſeù Iudicibus appellationum diverſimodè judicatū fuit per S.R.C. in eadem Terra, vel in locis cōvicinis in cauſa Vniverſitatis Laurenzani, cum Barone, in Banca de Caro, deindè de Felice, nunc de Falvo, & in cauſa gravaminum Agrimontis in Banca Pariſii, & in cauſa gravaminum Vniverſitatis, & Caſalium Montisfuſculi, in Banca de Caro, ad præſens de Falvo. *Deciſiones S.C.*

OB-

OBSERVATIO LIV.

SUMMARIUM.

1 *Cappellanis Sacerdotibus ſtipendiatis pro celebratione Miſſarum quotidiè an liceat ſemel in Hebdomada pro ſe, vel pro aliis celebrare?*

1 CAppellanis Sacerdotibus pro celebratione Miſſarum quotidiè an liceat ſemel in Hebdomoda pro ſe celebrare, vel pro aliis, ut in dies videtur? Reſpondetur; quod licito jure poſſunt in qualibet Hebdomada celebrare per ſe miſſam unam, & fundatur in *cap. ſignificatum* 40. *de præb. in fin.* ibi ſalva honeſtate ſua, & debita devotione miſſarum ſolemnia celebrare, nec ſibi liceat hoc illi ſubtrahere ſine cauſa voluptatis ſuæ ad aliam Eccleſiam transferendo, cum ibidem aliis adductis per *gloſam.*

OBSERVATIO LV.

SUMMARIUM.

1 *Cardinalis tanquam legatus à latere aſſerens habere certas ſpeciales commiſſiones, an ſit validum, quod factum eſt, ſi de tali aſſerta facultate non appareant ſcripturæ.*

1 CArdinalis tanquam Legatus à latere aſſerens ſe habere certas ſpeciales commiſſiones, puta ad legitimãdum, vel famæ reſtituendum, proceſſit ad exequutionem illarum, tamen literæ Apoſtolicæ de mandato non apparent, & ideò in dubium revocatur, quod factum eſt, quæritur quid juris? Reſpondetur ſi publicè fecit, hujuſmodi actus non ſemel, ſed pluries, præſumitur, quod habeat mandatum, quod aſſerit, & valent geſta, non ratione communis erroris, ſed ratione præſumptæ veritatis ex aſſertione talis, & tanti viri, ut notatur extra de *reſtit. in integr. cap. ex literis in novella*, quod tene menti, prout docet *Bald. in l. proprietatis in fine, C. de probationibus.*

OBSERVATIO LVI.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa in Principe ſemper præſumitur, cum utitur plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia, & motu proprio.*

2 *Principis voluntas dicitur eſſe juſta cauſa, & differt ab inferiore, qui cauſa cognita procedit.*

1 CAuſa in Principe ſemper præſumitur, cum utitur plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia, & motu
proprio reſcribit, notatur in *cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. in l. ſi teſtamentum, C. de teſtament. in l. ſi victum,* ubi *Bart. ff. de re judic. Bald. in l. 2. Cod. de ſervit. & aqua, in l. nàm ità Divus, ff. de adopt.* nàm ſola Principis voluntas dicitur eſſe juſta cauſa, *gloſ. in l. relegati, ff. de pœnis*; Quod ſi mandet quem laqueo ſuſpendi, quis ſine peccato poterit exequi, *Butric. in l. fin. C. ſi contra Iuſ. &c.* & in *l. reſcripta in* 3. *&* 4.
2 *q. C. de precib. Imper. offerend.* quoniam pro Principe præſumitur, quod juſtè proceſſerit, *Bald. in d. l. ſi teſtamento,* & & in hoc differt ab inferiore, qui facit cauſa cognita, ſic arguit *gloſ. in l. nec novare in verb. confunditur, C. de Epiſc. & Cleric. in l. transfigere, C. de tranſact. in l. juriſgẽtium, §. ſi paciſcar, ff. de pactis; Mantua conſ.* 192. *in fine.*

OBSERVATIO LVII.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa facti magis conſideranda eſt, quã ipſum factum.*

1 CAuſa facti magis conſideranda, quã impſum factum, *l. verum* 2. *ff. de furtis, cap. intelligentia,* ubi *gloſ. in verb. ex cauſis de verbor. ſignific. c. & ſi Chriſtus, §. quædam,* ubi *gloſ. verb. ex cauſa* 2. *de jurejur. cap. cum dilecti* 1. *de acuſat. cap. fin. de tranſaction. gloſ. in l. legata inutiliter, ff. de adimen. legatis,* ſemper

eſt

eſt ſpectandum, quare aliquid fiat per *l. cum tale*, *§.fin.ff.de condit.& demonſtr. Aym.conſ.* 202.*num.*7.

OBSERVATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſi & in quantum quid operetur.*

1 CLauſula ſi, & in quantum reſervat jus, ut delatio non valeat, ſi de jure deferendum non eſſet ſecundum *Bald.in l.adita in repetit. Paduana,C.de edendo in charta penul. num.* 98. *verſic. etiam dubitatur ſi Iudex*, per *Decium in cap. oblatæ* 2. *notabil. extra de appell.* per *Angelum in conſ.*217.*verſ.nec obſtat ſi dicatur*, *Alciatus in reſponſo* 406.*n.*3.

OBSERVATIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in inſtrumentis appoſita faciens emptorem procuratorem in rem propriam quid operatur, & quos effectus producat?*

1 CLauſula appoſita in inſtrumentis faciens emptorem procuratorem,uti in rem propriam, operatur, quod ipſe emptor poſſit in caſu evictionis agere directo contra Authorem Authoris, ità ſingulariter dicit *Bart.in l.ſi pro re*, §.*pro evictione n.* 3. *ff. de eviction*; operatur etiam quod ſecundus emptor non teneatur denſiciare primo venditori,*Bart. in d.l.ſi pro re*, & in *l.ſi res*, *ff. eodem tit.* Notandum eſt etiam, quod ſi rem, quã emi tibi donavi, & à te evincitur, & ità quod tu non habes regreſſum contra me, utrum Author meus teneatur in aliquo? Certè non, quia rem mihi habere non licet propter donationem, nõ per evictionem, prout determinat *gloſ. hic*, & pro hac facit *l. Iulianus in fine, ff.de verbor. obligat.* & ibi *Iacob.Aretin.* Et prædicta ſunt vera, niſi in inſtrumento donationis, ut fieri ſolet fuerint ceſſæ omnes actiones competentes, & competituræ donatori occaſione ipſius rei, & donatarium fecerit procuratorem in rem ſuam, ut in *l.ſi res*, *ff.de eviction.* & ibi latè, & *Bart.in d.l.ſi pro re*, §. *ſi pro evictione in fine de evictionibus.*

OBSERVATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in fine poſita regulariter refertur ad omnia præcedentia cum nonnullis tamen limitationibus, & fallentiis.*

1 CLauſula in fine poſita regulariter refertur ad omnia præcedentia, not. *in l.ſi idem cum eodem in fin.ff.de juriſd. omnium Iud.* fallit tamen ſi aliqua ratione non poſſit referri ad ea,quia tunc refertur tantum ad præcedentia, ad quæ referri poſſet, *Alexand.in d.l.fin. Afflict. in Conſtit. Advocatos num.*22.*de præſtat. Sacramenti ab Advocatis*; nec ad negotium qualificatum, *Bart.in l. talis ſcriptura*, *ff.de legat.*1.& in *l.fin. ff. de rebus dubiis*, firmat *Abb.in cap.cum dilecti de donat. in cap.*2. *requiris de appellat.* nec refertur ad præcedentia capitula, quia ex tali relatione ſequeretur abſurdum, vel aliud inconveniens, vel jurium correctio, vel poſſit ratio diverſitatis reddi *Abb.in cap.Eccleſia veſtra il* 2.*de electione*, *Alex. conſ.* 214. *in* 2. *Afflict. loco cit. num.*23.

OBSERVATIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris operatur ſolum ex defectu ſolemnitatis teſtamenti, non autem voluntatis teſtatoris.*

1 CLauſula codicillaris operatur ſolum, quando teſtamentum deficit ex defectu ſolemnitatum, ſecus ubi deficeret ex defectu voluntatis teſtatoris, ut per *Turrett.de clauſula codicillar. q.* 22. *per totam Paſchal.de patria poteſtate p.* 2. *c.* 8. *num.*58. *Caren.reſol.practic. reſol.* 3. *n.*22.*Surd.in conſ.* 558. *num.* 23. *lib.* 2. *Mantic.de conject.ult.vol. lib.*5.*tit.*2. *nu.* 9.*& lib.*6.*tit.*4.

OB-

OBSERVATIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Captivus poteſt hæres inſtitui, & inſtitutus ſub conditione libertatis, eo reverſo, recuperat fructus hæreditatis á die mortis teſtatoris.*

1 CAptivus poteſt inſtitui hæres, *l.illa inſtitutio,§.1.ff.de hæred.inſtit.* quod eo ipſo quo ad Civitatem ſociam, vel amicam devenerit, dicatur poſtliminio redactus, *l. poſtliminium eſt, §. poſt liminio rediiſſe, ff.de captivis, & poſtliminio reverſis, de Franch.in deciſ.* 306. & dictus hæres inſtitutus ſub prædicta conditione libertatis, eo reverſo habebit fructus hæreditatis á die mortis teſtatoris.

OBSERVATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitanei, & Conductores gentium armigerarum tenentur de eo, quod faciunt eorum milites.*

1 CAporalis de eo quod facit ſua ſocietas, quam ipſe conducit, tenetur, *l.quoniam multa facinora, C.ad l.Iul.de vi pub. cap. in noſtra extra de injuriis, Bald.in l.1.C.de ſerv. fugitiv. Angel. in auth.de hæred. & falcid.in prohemio* per *text.in l. in hoc, ff.de ſervo corrupto in verbo Princeps*, quod eſt notandum cõtra Capitaneos, & conductores gentiũ armigerarum, quæ derubant, ipſi tenentur.

OBSERVATIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Caſale cum Civitate, cui ſubeſt conſtituit unum corpus, & an gaudere debeat, ut ipſa Civitas.*

1 CAſale cum Civitate, cui ſubeſt, unũ cõſtituit corpus, illiuſq; membrũ dicitur, ut fundat *Conſil. Marcian.in conſ. 15.n.4. vol.1. Prat. diſcept. forenſ.c.16. num.26.tom.1.* ubi ait, quod ſivè ut pars Civitatis, ſivè ut quod integrale, vel uti acceſſorium quoddam, vel uti ſub ea comprehenſum gaudet, ſicut ipſa Civitas, arg.*l.ſi ut certo,§.uſque adeo, ff. cõmod.l.ſed addes,§.ſi quis mulierem, ff.locati, de Franch.dec.244.nu.* 8. *Reg.Valenzuola conſ.79. num.33. Loffred. conſ. 39.num.22.*

OBSERVATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius ex cauſa neceſſaria habet idem privilegium ſuper re ceſſa, quod cedens habebat.*

2 *Ceſſionario, qui in ceſſione conſtituitur procurator, veluti in rem propriam, omnia jura directa transferuntur.*

1 CEſſionarius ex cauſa neceſſaria habet idem privilegium ſuper re ceſſa, quod cedens habebat, *Afflict. deciſ. 306. num.7: & deciſ.74.* poſt *Bart. in l. poſt dotem in fine, ff ſolut.matrim*, & in
2 ceſſione, in qua quis inſtituitur procurator, velut in rem propriam, ad *text. in l.illam ſubtilem, C. de donation.* omnia jura, etiam directa, transferuntur; & etiam uti procurator egiſſe dicitur pro recuperatione nominum debitoris, poſt *Bart.Caſtrenſ. & alios per Martam de clauſ.p.1. clauſ.*188. *num.5. & ſeq.*

OBSERVATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Cedens ſi eſt privilegiatus, ceſſionarius verò non, nunquid circa fori electionẽ uti poterit privilegio cedentis.*

2 *Ceſſionarius, qui alterius loco ſuccedit, illius jure uti debet.*

Limitatur in privilegiis perſonalibus num.3.

1 CEdens ſi eſt privilegiatus, Ceſſionarius verò non, numquid privilegio cedentis uti circa fori electionem po-

terit? *Io: Andr. in ſpeculo tit. de ceſſion. num.* 13. *verſ. ex præmiſſis in addit. in-*
2 *cip.ſed quaro* dixit, quod licet qui in alterius loco ſuccedit ejus jure uti debeat, *cap. is qui de regulis juris in 6. cum ſimilibus*; tamen illud locum non habet in privilegiis perſonalibus, quæ perſonam ſequuntur, & illa extincta, extinguntur *cap.privilegium eodem tit. de regulis juris in 6.* & ideò reſidet, quod hoc caſu, cum privilegium electionis fori detur perſonæ non actioni, ceſſionario non competit, ad notata per *Paulum de Caſtro in l. ſi poſt divortium*, *ff. ſol. matrimonio*, *Alex.ad Bart. in Apoſtilla*, *incip. Conventi*, & firmat *Roman.conſ.*135.ubi quod ceſſionarius utitur privilegio ſuo, non cedentis.

OBSERVATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio, quando modico dato, operatur in totum ad finem agendi.*

1 CEſſio quando modico dato operatur in totum ad finem agendi, ad intellectum *text.l.ab Anaſtaſio*, *& l. per diverſas*, *C.mandati*, *Io:Franc.de Ponte in conſ.*77.*num.*2. *lib.* 1. dicit diſpoſitionem dictarum legum procedere tantum in redemptoribus litium, non autem in ceſſionibus jurium, quæ fiunt ex neceſſitate.

OBSERVATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio juris luendi, dicitur etiam ceſſio extinctiva.*
2 *Redempta re ex pacto de retrovenden.* l.2.C.de pactis inter empt.& vendit. *pignora, & hypotheca omnes reſolvuntur.*

1 CEſſio juris luendi alicui competens, dicitur etiam ceſſio extinctiva, de quo jure luendi loquitur *text. in l. ſi ſervus*, *ff. de pignorat. actione*,
2 cum redempta re ex pacto de retrovendendo *l.* 2. *C. de pactis inter emptor. & venditor.* pignora, & hypothecæ omnes reſolvuntur, ut per *Bart.in l.in diē*, *ff.de aqua pluvia arcenda*, *l. ex vectigali ff.de pignor. l.ſi ex duobus*, *§.ſed et Marcellus*, *ff.de in diem addict.*, *Molfeſ.ad Conſuetud.Neapolitanas tom.*2.*p.*4.*q.*26. *num.* 7. & poſt *Bart. & alios DD.* firmant *Cagnol. in d. l.*2. *C. de pactis inter emptor.*& *venditor. q.*64. *num.*197. *Tiraquell.in* 2. *retract.* §.1. *gloſ.*7. *num.* 3. imò reſolvit, ex tunc, non ex nunc, quia agitur ex vendito, ut in *d. l.* 2. & ſubtiliter per *Aretin. conſ.*6. *in* 1.*dub.in fine*, *Dec.conſ.*88.*num.*3.*& conſ.*236.*num.* 11. *Camill.de Medicis conſ.*165. *per totum*, præſertim *nu.*37.*& Reg.Capyc.Latr. deciſ.*16.*to.* 1.*Arias de Meſa variar.lib.* 1. *cap.*22.

OBSERVATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Cēſus ad hoc, ut extinguatur quid requiratur?*

1 CEnſus ad hoc ut extinguatur nō ſufficit oblatio, neque depoſitum confeſſionatum, nec actuale in parte tantummodò, ſed verum, integrum, & reale, *Boniſac.de cenſibus art.* 94. *cum ſequentibus*, & depoſito ſic facto, nōn erit locus pænitentiæ de recuperando depoſitum, cum ſit jus parti quæſitum, ſi in fine temporis præfixi depoſitum factū ſit, alias repetere poterit, & iterū deponere, *Boniſac.de cenſib. art.* 99.

OBSERVATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus etiam beneficiatus dimittēdo habitum, ſtatim à morte feudatarii, renunciato beneficio ante litis conteſtationum, in feudo ſuccedit.*
2 *Clericus conſtitutus in ſacris in feudo non ſuccedit.*
3 *Feudi poſſeſſor ſi clericatur, ſtatim feudum amittit, neque pænitentia locum habet.*

1 CLericus in minoribus, etiam beneficiatus dimittendo habitum, ſtatim à mor-

à morte feudatarii (renunciato beneficio) ante litis conteſtationem cum legitimo ſucceſſore in feudo ſuccedit, ſi
2 verò fuerit in ſacris cōſtitutus minimè,
3 quia charatter eſt indelebilis; Qui verò feudum posſidet, & clericatur, ſtatim amittit, quia Miles Chriſti non poteſt eſſe Miles ſæculi,& dominium feudi interim non poteſt ſtare in ſuſpenſo, ob id non habet locum pænitentia, ut per *DD.* adductos per *Marium Giurb. de ſucceſſ. feudi cap.* 118. §. 2. *gloſ.* 4. *à n.* 43. *& 44. & Roſental. de feud. cap.* 7. *concluſ.* 30.

OBSERVATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa individua quæ ſit?*
2 *Cauſa unica eſt, cum ratio omnium, unica determinatione, & jure terminatur, prout unicum eſt judicium individuorum, & annexorum.*
3 *Individuitas, & connexitas quid operatur?*
4 *Vno ex pluribus citatis comparente de ſero evitatur contumacia, etiam reſpectu aliorum, quando una eſt, & eadē cauſa defenſionis, & unius Victoria aliis prodeſt.*

1 CAuſæ individua, & unica tunc dicitur cum unica eſt ratio defenſionis utriuſque ad *l. qui ſeparatim, §. quod eſt reſcriptum. ff. de appell.* ubi *Bart. & DD.* etiam ſi lis eſſet communis, ut dicit *gloſ. ibi in verb. obtinere*, ſubjungens, quod ſecundum hoc intelligitur *text. in l.* 1. *C. ſi unus ex pluribus in l. ſi cum uno, ff. de exrept. rei jud. Bart. in l.* 1. *C. ſi in communi eademque cauſa in integr. reſtit. poſtul.* faciunt notata per *Afflict. in deciſ.* 213. *& Franch. in deciſ.* 269.

2 Tunc enim unica eſt cauſa, cum ratio omnium unica determinatione, & jure terminatur ad *Iaſ. in l. nulli num.* 3. *C. de judiciis, Maſtrill. deciſ.* 42. *num.* 11. *&* 12. *Felin. in c.* 1. *de præſcript. Covarr. pract. qq. cap.* 34. *num.* 2. *Aretin. conſ.* 77. *num.* 7.

Et tunc unicum eſt judicium individuorum, & annexorum ad *cap. translatum de Conſtit.* notatur in *l. hoc judicium,*
3 *ff. famil. erciſc.* & individuitas, & connexitas operatur, ut inhabiles gaudeant beneficio habilium, qua ſepoſita non gaudent ad *l. is qui duo*, ubi *Bart. ff. de liber. legat. Innocent. & Abb. in cap. audientiam de præſcript.* & notatur etiam in *l. ſi de commune*, & in *l. loci corpus, §. ſi fundum, ff. ſi ſervit. vindicetur*, quos *textus* allegat *Additio ad Anto. Iudic. Rober. conſ.* 4. *ſub num.* 57. pro ratione illius practicæ, quod uno ex pluribus inſolidum citatis comparente de ſero evitat contumaciam, etiam reſpectu aliorum, & ibidem additio prædicta dicit, quod de ſtilo eſt, ut liquidatione jure facta contra Correos, ſi unus comparet de ſero, & ad primam cum ſupplicatione, retardabitur exequutio quo ad comparentem tantum,& quoad alios ſolet Magna Curia litteras exequutoriales expedire.

4 Demum eſt advertendum, quod quādo una eſt, & eadem cauſa defenſionis, & unius victoria aliis prodeſt, tunc retardabitur exequutio quoad omnes, quia unius appellatio omnibus videtur prodeſſe per *textum in d. l. ſi ſeparatim, §. fin. ff. de appell.* & *l.* 1. *&* 2. *C. ſi plures una ſententia.*

OBSERVATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius Creditoris, ſi exequutivè velit agere contra debitorem antè omnia inſtrumentum ceſſionis edere debet. ſecus ſi ordinariè, nā ſufficit illud producere in progreſſu cauſæ.*
2 *Ceſſio probari non poteſt, niſi per ſcripturam.*
3 *Ceſſiones multipliciter fieri ſolent.*
4 *Ceſſio an poſſit probari per teſtes?*

1 CEſſionarius, cum agit, tenetur antè omnia inſtrumentum ceſſionis exhibere, quod eſt indubitatum, ſi agere velit via exequutiva, nec enim aliter decerni poteſt per Iudicem præceptū exequutiuum, niſi viſis, diſcuſſiſque inſtru-

mentis, tàm debiti principalis, quàm ceſſionis, ità *Avendan.in l.4.tit. de las exceptiones num.* 20. *Gaſpar Rodriquez lib.2.de annuis redditibus q.*17.*in fine*, *Giurba deciſ* 10.*&* 17. *num.* 9. *cum aliis adductis* per *Conſil.Arias de Meſa lib.* 1. *variar.reſolut.cap.*24. *num.*1. in judicio vero ordinario ſufficit in cauſæ progreſſu de inſtrumento ceſſionis docere *Bart. in l.quiſtipendia* 9. *in fine*, *C. de procur.*
2 nec ceſſio probari poteſt aliundè, quàm per inſtrumentum, nec per teſtes, ſed dũtaxat per ſcripturam idem *Dom. Arias de Meſa loco citato num.*3.*&* 9. *& Olea in tract. de ceſſion.tit.*1.*num.*9. ait, quod ceſſionarius ut agere poſsit in judicio, & convenire debitorem ceſſum, tenetur oſtendere ceſsionem, & inſtrumentum crediti ceſſi, ut utrumque ex aliis probat *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*505.*n.*26
3 *& deciſ.*111.*in addit. n.*10. quia ceſsionarius, non uno, ſed diverſo modo poteſt, & ſolet conſtitui, aliquando enim tantummodo ei mandatur exercitium dictarum actionum, aliquando verò ſolum in eum utiles actiones transferuntur, & ſolet etiam actio concedi, ſimulq; & exercitium directarum actionũ, quod nõniſi ex ceſsionis forma, & tenore cõſtare poteſt, ut per *Velaſc. de jure emphit.q.*7.*num.*2. *verſ. porrò Anton. Fab. in C.de hared. vel actione vendita diffin.* 13.& an ceſsio poſsit etiam probari per
4 teſtes diſputat idem *Olea*, ſed ex variis rationibus reſolvit poſſe per teſtes probari *d.q.* 5.*à num.*12. *eum ſeq.*

OBSERVATIO LXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Dominus cenſus emphytheotici ob nõ ſolutionem canonum quid facere poſſit in prædiis emphytheuticariis?*

1 CEnſus emphytheutici Dominus ob non ſolutionem Canonum per biẽnium in rebus Eccleſiaſticis, in aliis per triennium, poteſt propria authoritate à prædiis emphytheuticariis eum repellere, ſed melius eſt ſi judicis authoritate fiat per libellum, ut ait *gloſ. in l.*2. *C.de jure emphit.* & ſubjungit, nec pertimeſcat crimen, ſi faciat per ſe, cùm ſibi arbitrium ultionis ſciat eſſe conceſſũ, ut in *l.devotũ C.de metat. & epid.lib.* 12. *& l.lex vectigalis,ff.de pignoribus.*

OBSERVATIO LXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Clauſula, ad conſilium ſapientis, ſi apponatur ad finem extendendi contractum cum debitis cautelis, non operatur, ut aliquid poſſit apponi extra diſpoſitionem juris.*

2 *Fidejuſſor non poteſt conveniri ante diſcuſſionem principalis debitoris, etiam ſi intervenerit juramentum in contrarium.*

3 *Excuſſionis principalis beneficio debet expreſsè renunciari, ut poſſit conveniri fidejuſſor ante principalem.*

1 CLauſula appoſita in obligatione, ut extendatur ad conſilium ſapientis, non poteſt per dictam clauſulam exequi contra fidejuſſores, niſi prius facta diſcuſſione principalis. Nàm illa clauſula: Promitto te cautum reddere, aut me obligatum ad conſilium ſapientis, intelligitur, quod iſte ſapiens non poteſt excedere diſpoſitionem juris communis, & ſecundum jus commune debet hic ſapiens determinare, imò nihil addere poteſt, ſic *Specul.in tit. de empt. §.ſciendum, verſ.quid ſi in inſtrumento, Bart.in l. illa inſtitutio, ff de hared. inſtit.Bald.in l.ſancimus C.de verbor.ſignificat. Bald.in l.captatorias, C. de teſtam.*
2 *milit.n.*3.& quia ſecundum jus commune fidejuſſores non conveniuntur abſq; diſcuſsione principalis *Auth. præſente*, *C. de fideiuſ. Guid.Papa deciſ.*432.quod etiam procedit, ſi interveniat juramentum, ſecundum magis veram, & communem opinionem, de qua teſtatur *Tiraquell.in l.ſi unquam num.*152.*C.de revocand.donation.* ergo clauſula illa: Ad conſilium ſapientis, ſi extenderetur, intelligi debet, ut prius eſſet facienda excuſſio principalis, deindè contra fi-
3 dejuſſores, nàm ità eſt de jure communi, &

ni, & intantum hoc procedit, quod opus eſt, ut huic beneficio excuſſionis in ſpecie renuncietur *Bald. in d. Auth. præſente. C. de fidejuſſoribus Roman. conſ. 392. Corn. conſ. 109. 1. vol. Dec. in l. fin. col. 4. ff. ſi certum pet.* & licet dicatur, *Renunciavit, & juravit*, intelligitur ad conſilium ſapientis.

OBSERVATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Cives alicujus Civitatis, qui in regimine reperiuntur tenentur Concivem de proprio ſepelire, & pauperem alere.*

2 *Pauper non poteſt à nemoribus Univerſitatis tot ligna aſcindere, ſicut dives.*

1 CIves alicujus Civitatis, qui in regimine reperiuntur, tenentur Concivem de proprio ſepelire, & pauperẽ alere, ad notata per *Sebaſtian. Medic. de ſepult. 2. p. q. 7. Abb. in cap. 1. de Clerico ægrotante, Ripa de peſt. in parvis in 6. cauſa, verſic. ſed hic occurrit dubitatio num. 177.* & ſic notat *Rebuff. in l. 1. C.*
2 *de Apocis publicis lib. 11.* Pauperem nequaquam poſſe tot ligna aſcindere à nemoribus Univerſitatis, ſicut Divitem, quem ſequitur *Burgos de Paz conſ. 42. num. 12. & Mugnoz de Eſcovar. in cõp. 7. num. 7.* ea ratione, quia juſtitia diſtributiva tantò plus alicui de bonis communibus datur, quanto plus habet majorem principalitatem, & dignitatem in communitate, ut tenet *S. Thom. 2. 2. q. 61 art. 7.*

OBSERVATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non ceſſat eſſe Civis originis.*

2 *Monacus per Monacationem civilia non perdit.*

3 *Civilitas prima per ſupervenientiam dignitatis non tollitur.*

4 *Clericus munera realia, & perſonalia ſubire non tenetur, quia dicitur Civis, ſed privilegiatus.*

5 *Monacus efficitur Civis illius loci, ubi monacatur.*

6 *Abbates, & Præpoſiti Eccleſiarum efficiuntur Cives, ubi nanciſcuntur dignitates.*

7 *Monacus efficitur etiam Civis illius loci, in quo eſt monaſterium, & ibi transfertur.*

8 *Monacus quouſque moratur in Monaſterio dicitur Civis illius loci, & tranſit in poteſtatem Abbatis Monaſterii.*

9 *Domini locorum poſſunt uti jure paſcendi, ligna ſuccidendi, & ſimilia.*

10 *Dignitas ſuperaddita nõ tollit cõmoda.*

11 *Monaci, & Religioſi exiſtentes in loco poſſunt ibidem paſcere eorum animalia, & ligna ſuccidere.*

12 *Clerici, etiã veniunt appellatione Civiũ.*

1 CLericus & ſi quis efficiatur nõ ceſſat eſſe Civis originis *c. 3. de temp. ord.*
2 *in 6.* ut etiã Monacus, quia per Monacationem civilia non perdit, ut cognationis, *l. Deo nobis, C. de Epiſcopis, &*
3 *Clericis*, etiã quia per ſupervenientiam, dignitatis prima civilitas non tollitur *l. pen. ff. de Senator.* & per monacationẽ quis dicitur ad majorem, & meliorem ſtatum extolli, *in auth. de Monac. in princ.*
4 Nec obſtat quo minus dicatur Civis, quia munera realia, & perſonalia ſubire non tenetur, *l. 1. §. ſed nunc, ff. ad municip.* quia dicitur Civis, ſed privilegiatus, ità *Bart. in l. 1. num. 11. verſ. antequam ff. ad municip. Oltrad. conſ. 32.* quæſtio eſt, *Bald. in cap. 1. num. 5. verſ. an Sacerdos de milite vaſſallo, qui arma bellica, Gemin. in cap. penultim. §. ultim. n. 2. de tempor. ordin. in 6. & in c. ult.* ubi *Franc. n. 4.* & alii *de offic. deleg. in 6. Abb. in cap. cum cauſa num. 4. de re judic, Iacob. de Sancto Gior. in l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam num. 39. ff. de iudit. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 69. in 3. quæſt. princ. verbo, & de prædictis de conſtit. Boer. dec. 260. n. 30. Alex. in l. in Provinciali l. ſi in publico num. 12. ff. de oper. novi nunciat. Bed. in verbo Religioſus num. 9. Decius in cap. Eccleſia Sanctæ*
5 *Mariæ num. 10. de conſtit.* Monacus ta-
6 men adhuc etiam efficitur Civis illius loci, ubi monacatur, ſicut Abbates, & Præpoſiti Eccleſiarum efficiũtur Cives, ubi nanciſcũtur dignitates ad tradita in

cap.

cap. cum nullus de tempor.ordin. in 6. in
can. duo ſunt genera 12. q. 1. Gemin. in
cap. de iis 12.diſt. Alberic.in l.1.ff. quod
cujuſque Vniverſ.Oltrad.d.conſ.32.Boer.
loco præallegato, Pariſ. de Syndic. verſ.
civilitas, præſertim Marian.Soccin.in
rubr. et in cap. fin. de foro compet. Felin.
in cap.dilectus de reſcript.Bart. in d.l.1.
§.fin.l. municipes,ff.ad municip. Platea in
l.Cives, C.de incolis lib.10. Bald.in l.1.
§.hujus ſtudii, ff.de juſtitia,& jure,Bur-
gos de Paz in l.3.Tauri p.1.3.concluſ.a
7 num.309.Imò etiam efficitur civis illius
loci, ubi eſt Monaſterium, in quo Mo-
nacus transfertur ex ratione conſidera-
ta per Abbatem in cap.fin. num.5. de Pa-
roch. quia Capitulum, & Monaſterium
cum ſit corpus fictum, illicò, quod Ca-
pitulum,& Monaſterium erigitur effici-
tur Civis illius loci, ubi naſcitur, &
Prælatus, ſeù Monaci ſunt de illo cor-
pore, & ſemper idem Monaſterium, &
ſi Monaci transferantur ad l.proponeba-
tur, ff. de judiciis,item cum per allectio-
nem,vel adoptionem quis efficiatur Ci-
vis Civitatis adoptantis,d.l.Cives, Cod.
8 de incolis lib. 10. fortius Monacus qui
quouſque eſt in illo Monaſterio tranſit
in poteſtatem Abbatis, & Monaſterii;
Item cum in illo Monaſterio militet,&
inſerviat, quandiù moratur Civis dici-
tur, licet inermi militia jejuniis,& ora-
tionibus, arg. à militia ſæculari ad l.
municipes, & l.ordine, §.fin.ff.ad muni-
cip. vel quia ibi allectus, & electus per
Civitatem ad ſerviendum Monaſterio
cum ejus Religione, ad gloſ. in d. l. Ci-
ves,verſ.allecti, illicò quod Religio al-
licitur in loco; Inſuper Cives, & inco-
læ conſtituunt Vniverſitatem, Bertr.cōſ.
202.num.6. & conſ. 229. lib.1. p.2. Ri-
pa conſ.93. num.10. Surd. conſ. 65. à n.
4. lib. 1. Muta tom.6.cap.31. Reg.Ioan-
nis num. 17. Et multò magis commu-
9 nitate, & uſu paſcendi, ligna ſuccidē-
di, & ſimilia poſſunt participare Domi-
ni locorum, ut Rex, Princeps, Dux,
Comes, Baro, in eorum Terris, ut
Surd. d.conſ.59. ſub num.10. & ſeq. qui
dicit, quod licet ipſi onera non agno-
ſcāt, non tamen ex hoc minus gaude-
10 bunt tali uſu, ex quo dignitas ſuper-
addita nō tollit commoda,licet ab one-
ribus eximat per d. l. municipes, ff. ad
municip. Alex. conſ.32.col.1. & 2.lib.5
Natta conſ.44. num.4. Bertran. conſ.37.
num.2. vol.1. quem reprobat Surd. loco
cit. ſemper eadem Eccleſia,& idem Mo-
naſterium, licet Monaci mutentur arg.
l.annua,§.Aetia,ff.de ann. leg. Grat. di-
ſcept.37. & 75. & quod Monaci, & Re-
11 ligioſi exiſtentes in loco poſſunt ibidē
paſcere eorum animalia, lignaque ſuc-
cidere; in Monacis cartuſienſibus con-
ſulvit. Bertrād.cōſ.92.per tot.vol.3.Surd.
conſ.65.d.num.5. ſic etiam Clerici, nàm
12 veniunt hi omnes appellatione civiū,
Bart.in d.l.num.11.ff.ad munic. multas
congerit Surd.conſ.301.nu.7.lib.3. tam-
quam Cives, & membra Reipublicæ,
ut per Sot.in 4.deciſ.25. art.2.p.2. Muta
cap.31.num.26.to.6. ex tom.4.R.Alfonſi
cap.95.& alii per Garz. Maſtrill. dec.
49.per tot.

OBSERVATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Societatis Ieſu profeſſus trium votorum ſimplicium an ſuccedat in feudo, & ſit illius capax, & deciſio adducitur.*

1 CLericus Societatis Ieſu profeſſus
trium votorum ſimplicium, an ſuc-
cedat in feudo, & ſit capax ipſius? &
quid ſi deindè à Religione exeat, an
præiudicetur ſecundo genito poſſeſſori? Deci.
Pro Clerico refert deciſum Io: Franc.de ſio
Caſtillo Siculus in deciſ. 201.

OBSERVATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus citatus à Iudice laico ad comparendum ſi ſua putaverit intereſſe, an poſſit opponere declinatoriam fori?*

1 CLericus citatus à Iudice laico ad cō-
parendam,ſi ſua putaverit intereſ-
ſe,an poſſit opponere declinatoriam fo-
ri? Concluditur, quod non, per notata
per

per *Maſtrill.in deciſ.79.num.4.*& in *deciſ.239.in fine*,ad *Capyc.deciſ.18.* & ibidem *Maſul.ad puntuale conſil. Anelli de Amato 28.num.14.* ad *Afflict.deciſ.268.* ad *Vrſil. in addit. ad Afflict. in deciſ. 264.& 268.in fine*, ubi refert ità fuiſſe deciſum, in ſubjecto *legis diffamari, C. de ingen. & manumiſſis.*

OBSERVATIO LXXIX.

SVMMARIVM

1 *Clericus in litibus in captis cum defuncto non poteſt opponere declinatoriam fori.*

1 CLericus in litibus, & quæſtionibus incæptis cum defuncto non poteſt opponere declinatoriam fori, ſed procedendum eſt coram Iudice laico, corā quo lis fuerit incæpta, ut de communi teſtatur *Paul.de Caſtro in l.heres abſens §.1.num.3.ff.de judic.Guid.Pancirol.cōſ. 46.num.7.Scaccia in tract.de judic. p.1. cap.11. num.23.in fine, Carol. de Graſſis de effect. Clericat.effect.1.num.282.cum ſequentibus.*

OBSERVATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio ex conſuetudine interpretatur*
2 *Privilegium ex poſſeſſione declaratur.*
3 *Poſterior qualitas poſſeſſionis declarat, quod fuerit dubiæ intentionis.*
4 *Conſuetudo interpretativa an requirat longi temporis curſum, ut præſcriptio dicatur?*

1 COnceſſio ex conſuetudine interpretatur,& privilegium ex poſſeſſio-
2 ne declaratur, ut in *cap. cum dilectus de conſuetud.* & in *cap.1. §.ſi verò fidelis de controverſ.inveſtit.* ſecundum *Bald. in*
3 *conſ.446. Villa, vel Caſtrum 1. vol.* poſterior qualitas poſſeſſionis declarat, quod fuerit dubiæ intentionis, per *l.cū fundus, ff.de legatis 2.* & in *l.ſi ea, §.tirannæ de fundo inſtructo*,ut per *D.Frecc. in tract.de ſubſeud.lib.2.46.auth.nu.11.* ad materiam adde *Bart.in conſ.59.Commune Spoleti Roman.conſ.89.* viſis his,& *conſ.271.* vis tota allegans *gloſ.in cap.1. verſ.adempta in fine quid ſit inveſtitura*, & in *cap.1.§.beneficium de capit. Corradi*, & in *l.ſi prius, §.placuit, ff. de aqua pluvia arcenda Cravett. conſ.101.num. 3. de Franch. deciſ. 56. num.6. Loffred. conſ.36.num.8.* per *l. qui ſemiſſes, ff.de uſuris l.adverſus, & l. quamvis, C. eodem, l. ſed, & Iulianus, verſic. & ſi ab initio,ff.ad Macedon.Innocent.& gloſ.in cap.1.de poſtulat.Prælator.Franc.Aretin. conſ.10. & 13.* Viſis diligenter, & maturè *Regens de Ponte conſ.31.num.15.& conſ.32.num.17.in 2. Soccin.conſ.84.nu. 15. in 3. Lanar. conſ. 34. num. 3. Decius conſ.108. col.penult. Bald. in conſ. 245.*
4 *in 3.*& an hæc conſuetudo interpretativa requirat longi temporis curſum, ità ut dicatur præſcriptio *Cravetta conſil. 273.ſub num.13.Corn.conſ.188. nu.10. in 4.Decius conſ.48. num.2.*

OBSERVATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio talis præſumitur, qualis apparet ſolutio.*
2 *Conceſſio in dubio à petitione regulatur*
3 *Supplicatum ſi generaliter fuerit,& particulariter per Principem reſpondetur inſpicitur, quod conceditur, & ad petita, & è contra uum. 3.*
4 *Supplicatio, & reſponſio, ſi ſint generales, intelligitur reſponſio ſecundum interrogatum.*
7 *Decipiendus nemo eſt ſub involucro verborum.*

1 COnceſſio talis,præſumitur qualis apparet ſolutio, ut per *Speculatorem in tit.de locato, §. nunc aliqua num. 169.* Bald.in *l.cum de in rem verſo in 2.lectura in fine, ff. de uſuris*, & in *l. ſi certis annis num.8.ad fin.& 9. Cod. de pactis*, ſubdens id notandum eſſe pro illis, qui perdiderint inſtrumenta emphiteutica, ſequuntur *Decius conſ.146. num.2. Hier.Grat.conſ. 76.num.25.in primo recenſ.*per *Mantica dec.47. n.1.& 2.*

2 Con-

2 Conceſſio regulatur à petitione, quando ſumus in dubio, *argum. text. in l. ſi defenſor, §. qui interrogatus, ff. de interrogator. action.* ad hoc expenſus per *Andr. in cap.* 1. qui ſucceſſores teneantur, & *l. Titia, §. idem reſpondit, ff.*
3 *de verbor. obligation.* Quando generaliter ſupplicatur, & particulariter reſpondetur per Principem, inſpicitur quod conceditur, & ad petita *l. 1. C. de diverſ. reſcript. l. ſi de certa, C. de tranſact.* & è contra ſi particulariter petitur, & generaliter reſpondetur, gratia ad petita reſtringitur, *arg. l. jubemus,*
4 *C. ad S.C. Velleian. & l. cum ſervo, ff. de contrah. empt.* Quando verò ſupplicatio, & reſponſio ſunt generales, tunc reſpõſio ſecundum interrogatum intelligitur *§. præterea inſtit. de inutil. ſtipulat. cap. inter dilectos*, *§. cæterum*, ibi (ex forma petitionis) *de fide inſtrum. Iſernia in c. 8. in 3. col. circa finem*, poſt nu. 7. *qui ſucceſſores teneantur il 1. Abb. in cap. fin. de tregua, & pace, verb. aut fuit determinatè petita*; Aliter enim in dubio contra Principem eſſet facienda interpretatio, *l. ſi in emptione, ff. de contrahend.*
5 *empt. l. veteribus, ff. de pactis*, nec quis debet ſub involucro verborum decipi, *ff. de action. empti. l. quæro, Camill. de Medic. conſ. 31. & conſ. 62.*

OBSERVATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Relevium debetur ſingulis quindecim annis pro feudo Vniverſitati conceſſo, quod in forma Cancellariæ in aſſenſu exprimitur.*

1 Conceſſio feudi, quando fit univerſitati, quia ſemper vivit, & perraro moritur, & non eſſet feudum ad Dominum de facili recaſurum, in Regno ſingulis quindecim annis præſtatur relevium, & forma Cancellariæ in aſſenſu exprimitur, quod ſingulis quindecim annis relevium ſolvatur ab Vniverſitate, & à qualibet manu mortua, vel melius ſemper viva, ut per *Frecc. in tract. de ſubfeud. lib. 2. 3. auth. n. 15. in fine.*

OBSERVATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Caſtro, vel Villa à Rege conceſſo, quæ intelligatur conceſſiſſe?*

1 Conceſſo Caſtro, vel Villa per Regem, omnia, quæ Rex ibi habet, videtur donare, quæ tamen poſſunt per Privatum, & ſubditum poſſideri, quæ verò ſunt regalia merè, ut poteſtas cõdendi leges, creare Magiſtratus, & Tabelliones, monetam cudere, & ſimilia, quæ quidem non poſſunt cadere in privato, donaſſe nullatenus intelligitur, quia iſta velut Regis oſſibus inhærentia, nequeunt à poteſtate Regia ſeparari, *Lucas de Penna in l. 1. Cod. de privileg. Scholarium lib. 11. n. 18.*

OBSERVATIO LXXXIV.

SVMMARIVM

1 *Conductio in annum renovata videtur, ſi conductor poſt tempus remanet in prædio ruſtico; in prædio urbano, quatenus habitaverit, renovata videtur, niſi in ſcriptis celebrata fuerit.*

1 Conductor ſi poſt tempus remanet in prædio ruſtico, videtur in annum renovata conductio, & pignora ejuſdẽ, ſecus ſi ulterius; in prædio vero urbano, quatenus habitaverit renovata videtur, niſi in ſcriptis celebrata fuerit, vel niſi Dominus poſtea conſentire deſierit ad *l. item quæritur, §. qui impleto, & §. qui ad certum tempus, ff. de locato, & conducto.*

OBSERVATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Rectoris non præjudicat Eccleſiæ, vel ſucceſſori, etiam ſi fuerit judicialis, & ex abrupto.*

1 Confeſſio Rectoris nõ præjudicat Eccleſiæ, nec ſucceſſori, non ſolum quan-

Digitized by Google

quando eſt ſpontanea, ſed etiam ſi fuerit judicialis ex abrupto, & abſque interrogatione, & judicio non inſtructo, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 674. num. 18.* allegans *Pariſ. conſ. 115. n. 8. lib. 1. Ruin. conſ. 293. num. 114. lib. 3.* poſt *Bart. in l. certum, §. & an ipſos col. 2. de confeſſis*, neque ſolus prælatus poteſt præjudicare Eccleſiæ *Alex. in l. legatum num. 1. ff. de legatis 1. Caputaquenſis deciſ. 106. in fine lib. 1.*

OBSERVATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Diſponere ſi quis liberè poteſt in ſui præjudicium confiteri poteſt, ejuſque confeſſioni ſtatur.*

1 Confiteri quis poteſt ad ſui præjudicium in his, ſuper quibus poteſt liberè diſponere, & ſtatur ejus confeſſioni in ſui præjudicium, *l. ſi fortè, ff. de Caſtrenſ. peculio*, *l. ſi donatione, C. de collat. Aym. Cravetta p. 1. de antiquitate temporis num. 38. l. cùm quis decedens, §. codicillis, ff. de legatis 3.* dummodò ſit capax ille, in commodum cujus confitetur, & non in fraudem legis, ut in *§. ſequenti d. l. ſi quis decedens alias, §. penultim.*

OBSERVATIO LXXXVII.

SVMMARIVM

1 *Conſuetudo in dubio de præſcripta intelligi debet.*

2 *Conſuetudo antiqua plenè probatur per famam, præſertim, ſi cum ea concurrat obſervantia de præſenti.*

1 Conſuetudo, quando ſumus in dubio, intelligitur de præſcripta, *tex. eſt in cap. Cumana in verſ. Conſuetudine, Bald. in cap. unico de feudi cognitione*, & in *l. binos, ff. de Advocatis diverſor. Iudic. Angel. in l. diuturna, ff. de legibus, Antonius Capyc. in addit. ad Conſuetud. Neapol. in proemio in fine.*

2 Conſuetudo antiqua plenè probatur per famam ſecundum *Cyn. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo*, quem refert, & ſequitur *Alex. conſ. 14. vol. 5. Decius in cōſ. 143. num. 5.* quod eſt ſummè notandum, idque eo magis ſi cum illa fama cōcurrat etiam obſervantia de præſenti, ut apud *Decium d. conſ. 143. Marquardus Fremer. in tract. de fama publica cap. 7. num. 11.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio eſt lapis angularis totius judicii, ejuſque fundamentum.*

2 *Litis conteſtatio in cauſis ſummariis nō requiritur, & in Regno omnes cauſæ civiles, & mixtæ ſunt ſummariæ.*

3 *Litis conteſtatio*, ex Pragmat. diſpendialitium, & cap. deteſtantes, *poteſt omitti, & valet proceſſus.*

4 *Actus qui immediatè fieri ſolet poſt litē conteſtatam in cauſis, in quibus lis cōteſtatur habet vim litis conteſtationis.*

5 *Litis conteſtatio eſt principalis negotii apud competentem Iudicem facta narratio.*

1 Conteſtatio litis eſt lapis angularis totius Iudicii, & ejus fundamentū, ut in *auth. de litigioſ. §. omnem*, & ubi deficit principium, deficit principatum, nec ſuperædificari poteſt, *l. egi totum, ff. de except. rei judic. 1. q. 1. cap. cum Paulus, Bald. in cap. 1. de litis conteſt. nu. 2.* & adeò eſt de ſubſtantialibus, ut vitiet totum proceſſum, *gloſ. in c. dudum el 2. de elect.* per *Bart. & DD. in l. prolatā, C. de ſent. Card. in Clem.* ſæpè *num. 4. de*

2 *verborum ſignif.* Verùm in cauſis ſummariis non requiritur, ut hodiè in Regno, cùm omnes cauſæ civiles, & mixtæ ſint ſummariæ ex *pragm. diſpendiali-*

3 *tium, & cap. deteſtantes* poteſt omitti litis conteſtatio, & valet proceſſus, quia omnia ſubſtantialia Iudicii ſunt ſublata, & ſolùm attenditur mera diſpoſitio juris gentium, & ad ſolas probationes

4 reſpicitur, quo caſu ille ſolus actus, qui ſolet immediatè fieri poſt litis conteſtationem in cauſis, in quibus lis conteſtatur habet vim litis conteſtationis; in quibus verò lis non conteſtatur, eo ipſo, quod Iudex incipit cognoſcere de

meritis cauſæ, ità *Roman. in conſ.* 174. *col.* 2. *Bart. & Bald. in l. nulla, in l. nihil, C. de procuratorib. Cardinal. in Clementin. conſtitutionem, §. fin. in fine de elect. Felin. in §. olim de accuſat. in cap. exceptionem col.* 5. *verſ.* 3. *intelligo de except. Paris de Syndic. verb. ſententia col.* 4. &
5 litis conteſtatio eſt principalis negotii apud competentem Iudicem facta narratio, & ad eam ſequuta reſponſio, *cap.* 1. *de litis conteſtatione, cap. dudum el* 2. *de elect. cap. prout de dolo, & contumacia, cap. ad cauſam de juram. calumniæ.*

OBSERVATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Contractus eſt reſcindendus cum eadem perſona, quæ contraxit, vel ejus harede.*
2 *Clauſula, quæ ex æquitate S.C. additur in ſententiis. ſi Conventus ſolverit tertias infra mēsē ſuperſedeatur in exequendo, incipit currere à die decreti, per quod liquidatæ ſunt tertiæ, & adducitur deciſio S.C.*

1 Contractus eſt reſcindendus cum eadem perſona, quæ contraxit, vel ejus hærede, ut eodem modo ſolvatur, & cum eadem perſona, cùm qua ligatum eſt, ad *l. nihil tàm naturale, ff. de*
2 *regul. juris*; Verùm, quia ex æquitate Sacri Conſilii additur in ſententiis. Verùm ſi conventus infra menſem ſolverit tertias ſuperſedeatur in exequendo; Eſt ſciendum terminum hunc non incipere currere, niſi à die decreti, per quod liquidatæ fuerint tertię, ut per idem S.C. fuit deciſum in cauſa Nicolai Grimaldi Ianuenſis cum Principe Squillacii in Banca Strinæ pro Felice Act. Mag.

Deciſio S.C.

OBSERVATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſunt regulandi juxta morem Regionis, ubi celebrati fuerint.*
2 *Pretium á contrahentibus conſtitutum non expreſſa qualitate moneta, intelligitur de uſuali, & frequentata in loco contractus, & de ipſa ſolvi debet.*

1 Contractus regulatiter in morem Regionis, ubi initi, & celebrati fuerunt, ſunt regulandi, *Fulgoſ. conſ.* 72. *num.* 2. plura cumulat *Tiraquell. in* 1. *retract.* §. 1. *gloſ.* 18. *à num.* 73. *verſ. quaro, Myſinger. obſervat. cent.* 4. *obſerv.* 15. ſic à contrahentibus non expreſſa quali-
2 tate monetæ, pretium conſtitutum intelligitur in moneta uſuali, & frequentata in loco contractus, & de ipſa ſolvi debet, ad *l. licet Imperator in fine, in l. ſervus plurium, §. fin. ff. de legatis* 1. *Clementina ſi beneficiorum, verb. monetam currentem*, ubi *gloſ. & DD. de decimis, Fabian. de Monte de empt.* & *vend. in* 5. *q. in prin. à num.* 14. *ad l. ſemper in ſtipulationibus*, ubi *Cagnol. num.* 5. *verſ. actum pariter, ff. de regul. jur. Alber. Brun. de augumento, & diminut. monetæ in ultima concluſ. à nu.* 10. *cum ſeq. verſ. aliquando verò, Soccin. conſ.* 245. *verſ.* 2. *n.* 4. *lib.* 2. *& de ſtatutis verbo moneta in fine.*

OBSERVATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Contractus reſolutus, habetur pro non facto.*
2 *Contractu revocato, & annullato, effectus ab eo provenientes revocati cenſentur.*
3 *Exceptio reſolutionis contractus, eſt realis.*
4 *Obreptio reſolutionis juris agentis in quocumque judicio, etiam ſummario apponi poteſt.*

1 Contractus reſolutus, ſeù actus habetur pro non facto, *l. nec ullam, ff. de petit. hæreditatis, l. facta, ff. de adil. edicto, Caſalus cõſ.* 288. *n.* 62. & alii apud *Craſſ. de except. except.* 33. *n.* 2. reſolutus enim contractus continet, quod dici nequit, *l. Iulianus, ff. de verbor. oblig. l. etiam, ff. de ſolut. d. l. nec ullam, Cravetta conſ.* 202. *num.* 29. *Aldoin. conſ.* 40. *nu.* 26. *Parladorus lib.* 1. *rerum quotid. c.* 3. §. 4. *num.* 4. *Cephal. conſ.* 288. *num.* 12. *Bo-*
2 *logn. conſ.* 12. *num.* 28. & revocato, & annullato contractu, omnes etiam effectus ab eo provenientes revocati cenſentur,

l. nàm

Digitized by Google

*l.nã origo,ff.quod vi, aut clam, l. Atejus in fine cum l.ſeq.ff.de aqua pluv.arcend. Cravetta conſ.*182.*num.*2.*Cavalcan.de-*
3 *ciſ.*14.*num.*18. *p.*3. & exceptio reſolutionis contractus realis eſt, *l ab emptione,ff.de pactis,Bologn.conſ.*12.*num.*27.&
4 obreptio reſolutionis juris agentis in quocumq; etiam ſummario judicio opponi poteſt, *gloſ.in l.*1. §. *& parvi, ff. quod vi,aut clam.Bologn.d.conſ.*12.*n.*28 *& conſ.*30.*n.*25.

OBSERVATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Converſatio frequens,quod contemptum pariat, verificatur inter ruſticos, non autem inter prudẽtes,nàm nihil aliud tam amicorum proprium eſt, quàm ſimul vivere num.*2.

1 COnverſatio frequẽs parit odium, & contemptum,*l.obſervandum, ff.de officio Præſidis* 86. *diſtinct.cap.quoniam, & cap.ſi Iudeos de Iudeis, Abbas* dixit
2 hoc verificari inter ruſticos, quia inter prudentes auget amorem,& amicitiam, nàm nihil aliud tàm Amicorum proprium eſt, quàm ſimul vivere, ut ſentit *Ariſt.lib.*8. *eticorum, & Felin.in d. cap. Iudæos.*

OBSERVATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Conventus alienans rem lite pendente, alienatio corruit ex vitio litigioſi.*
2 *Pœna contra alienantem rem litigioſam quæ ſit?*
3 *Alienatio rei litigioſæ an ſit ipſo jure nulla?*
4 *Sententia lata contra alienantem poſt litem conteſtatam, exequitur contra novum poſſeſſorem ſine alio proceſſu.*
5 *Capitulum Regni conventus habet locũ, etiam contra Clericum,ſaltèm uti turbantem jurisdictionem Iudicis laici, accipiendo rem litigioſam.*

1 CONventus ſi alienet rem, ſuper qua fuit mota lis, corruit alienatio ex vitio litigioſi contracto per alienationẽ prædictam lite pendente toto titulo,*C.de*
2 *litig.*& in *l.*4. *eod. tit.* imponitur pœna privationis pretii contrà alienantem, & fiſco applicanda, & in Regno adeſt Conſtitutio *eorum fraudibus*, ubi latè *Afflict.& Capitulum conventus*, ubi *Io: Anton. de Nigris*, quod intelligitur, ſi alienatio prædicta exequatur durante inſtantia litis motæ, tam fervente calore Iudicii in cõpilatione proceſſus, quã etiam durante triennio, infra quod durat inſtantia in civilibus, ut in *l. properandum in principio, C.de judic. R. Rovit. in Rubr.de inſtantia cauſ.non reſtit.num.* 11. *&* 12.

Et *Afflict cit. loco n.*10. *in quæſtione*
3 *propoſita*,utrum alienatio rei litigioſæ ſit ipſo jure nulla vigore ſupradictæ *conſtitutionis eorum fraudibus*, dicit, quod ſic, quia punit venditorem, & emptorem ſcientes, & ſic tacitè ſentit nũllam eſſe venditionem, & hoc expreſsè tactum eſt in jure, ut in *l.fin.* & in *auth. ſi res,C.de litigioſis*, & in *gloſ. in Clem. ſæpè de reſtit.ſpoliat.* & *Bald. in l. Neſennius,C. de litigioſis cum aliis per eum adductis*, ſubjungens, quod ex eadem inſtantia agi poteſt contra novum poſſeſſorem *l.chirographis,§.fin. de adminiſtr.*
4 *Tutorum*, & profertur ſententia contra illum,qui alienavit poſt litem conteſtatam,& ſit exequutio contrà novum poſſeſſorem ſine alio proceſſu per dictũ *cap.conventus*, & per *l.certa forma,Cod. ut in poſs. legatorum cum aliis adductis* per *Afflict.loco cit. Vrſill.ad Affl.in deciſ.*331. confirmando ſupradicta *num.*
5 1. 2.*&* 3. prædictum Capitulum Conventus, habet locum etiam contra Clericum, ſaltem tamquam turbantem juriſdictionẽ Iudicis laici accipiendo hanc rem litigioſam, videtur poſſe conveniri coram Iudice laico,ut per *Reg. Sanfelic. deciſ.*2.*num.*5.*tom.*1. allegantem doctrinam *Hieronymi Cevallos pract. quæſt. commun.contra communes tom.*3.*q.*820.

OBSERVATIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Læſio enormiſſima facit, ut non obſtante quacumque renunciatione appellationis, vel reductionis ad arbitrium* boni

boni viri, poſſit appellari à laudo, & peti illud reduci ad arbitrium boni viri.

2 *Læſioni enormiſſimæ, & enormi non poteſt renunciari.*

3 *Læſionis enormiſſimæ renunciatio non tenet, neque ex pacto, neque ex ſtatuto introducta.*

4 *Læſio in quantum oporteat eſſe, ad hoc, ut non obſtante pacto, poſſit appellari à laudo, vel illud facere reduci ad arbitrium boni viri.*

5 *Laudum quando poſſit dici nullum, non obſtante pacto adjecto in compromiſſo, quod non poſſit dici de nullitate laudi.*

6 *Nullitas adverſus ſententiam, vel ejus exequutionem, quæ oritur ex defectu poteſtatis in judicante admittitur, non obſtante ſtatuto, vel alia diſpoſitione prohibente dici de nullitate adverſus ſententiam, idque procedit, etiam in laudo.*

7 *Laudi exequutio impeditur pendente diſcuſſione nullitatum adverſus laudũ propoſitarum.*

8 *Nullitas quæ incontinenti probatur, vel conſtat ex eiſdem actis impedit exequutionem ſententiæ, vel laudi, & intra quod tempus debeat doceri de tali nullitate?*

9 *Laudum an ſit exequendum pendente cognitione ſuper petitione facta, ut illud reducatur ad arbitrium boni viri?*

10 *Appellatione pendente non exequitur ſententia.*

11 *Appellatio non datur à ſententia, vel laudo facto ab illo, cui fuit commiſſum, ut judicaret ſecundum ſuam conſcientiam, & taliter laudũ fecerit, & ratio.*

1 Compromiſſum licet fuerit factum, & ex pacto conventum adverſus laudum non opponere de læſione, etiam enormi, vel enormiſſima, nec contra illud appellare, dicere de nullitate, vel petere reductionem ad arbitrium boni viri, non tamen obſtat, ſi læſio enormiſſima interveniat, quod appellatio, vel reductio ad arbitriũ boni viri petatur, adeò ut nulla ſuper hoc poſſit excogitari cautela, ut eſt omnium communis ſententia poſt *Bart.* optimè loquentem in *l. ſocietatem, §. arbitrorum num. 24. ff. de arbitris concluſ. 3. num. 4. Seraſin. de priv. juramenti cap. 136. per totum*, ubi

2 quod non ſolum non poteſt renunciari læſioni enormiſſimæ, ſed neque enormi, *Caroc. except. 44. num. . Maſtrill. deciſ. 90. à num.* 8. ubi quod ità ſerva-

3 tur in practica, & quod procedit, ut nõ ſolum nõ obſtet pactũ, ſed nec etiam ſtatutum, *Ioſeph Ludov. deciſ. Lucenſ. 27 à n. 1. ad 26. Muſcatell. in praxi civil. p. 2. gloſ. gradum à num. 50. Dec. conſ. 60. col. 3. ſub num.* 2. ea quidem ratione, quam poſuit *Bart. in d. §. Arbitrorum ſub num. 24.* quia pacta, & promiſſiones prædictæ habent tacitam conditionem, niſi immodicè lędatur promittẽs, *argum. l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati cum aliis juribus* per *Bart. adductis.*

4 Læſio autem ad hoc ſufficiens, vel erit in 6. parte debitæ quantitatis, ex *Bart. in d. §. Arbitrorum* Ferrat. *caut. 8. nu. 2. Orian. cap. quoniam contra p. ult. q. 14. de præb. Ludovic. d. deciſ. Lucẽſ. 27. n. 33.* Alii, quod debeat eſſe in dimidia, ut per *Dec. conſ. 60. Papienſ. in forma libelli ad pœnam compromiſſi*, & ſecundũ hanc ſententiam judicavit *Rota Lucenſi apud Ludovic. d. deciſ.* 27. & apud *Magon. dec. Lucenſ. 98.* quæ fuit in eadem cauſa; Alii, & hi crebriori calculo recepti, quod remittatur arbitrio Iudicis. latè refert *Menochius de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 73. n. 5.*

5 Et non obſtante pacto prædicto appoſito in compromiſſo, quod non poſſit adverſus laudum dici de nullitate, poſſe dici nullum, maximè quando nullitas dependet ex defectu poteſtatis, ex *gloſ. notabili in Clem. unica, gloſ. fin. de probib. ſequeſtr. poſſ. & fruct.* quæ voluit

6 ex quavis diſpoſitione prohibente exceptionem nullitatis adverſus ſententiam, vel illius executionem illam non prohiberi, quæ oritur ex defectu poteſtatis in arbitrante, probat latè *Alex. in l. de Pupillo, §. qui opus d. num. 3. ff. de oper. novi nunciat.* & ità in puncto in laudo voluerũt *Angel. conſ. 218. in fine*, ubi etiam ſi juravit non dicere nullum, ex *gloſ. Io: Andr. d. Clement. unica*, quem ſequuntur *Felin. in cap. paſtoralis ſub num.*

num.12. in princip. de excep. ut in *Rubr. de foro comp ſub num.2. verſ.2. amplia*, ubi ſtupendam Angeli dicit eſſe doctrinam, *Franc.in cap.dilectε num. 122. de appellation.Corn conſ.172. col.penultim. lib.1.* quos citat, & probat *Vivius dec. 423.num.9.p.3.* ubi in fortiori in multis voluit, etiam ſi eſſet emologatum, poſſe adhuc dici nullum, & hoc idem in ſtatuto vetante non poſſe de nullitate adverſus laudum opponi, tradit *Hieron. Laurent. deciſ. Avenon. 142. num. 4.* & idem voluit, & deciſum refert *Minadous deciſ.19. & Anna in repet. conſtit. Divæ memoriæ à num. 287.* ubi itá ait
7 deciſum, & pendente diſcuſſione nullitatum, impeditur ſimiliter executio laudi, ut deciſum refert idem *Minad. in d.deciſ.19.* quem ſequuntur *Reg.Tappia lib.3.juris Regni tit. de arbitris prag. 2 gloſ.reali executione, Viſcont. in commun.concluſ.5.laudum col.2.circa mediũ;* nam cum nullum ſit, nullam etiam meretur executionem, hoc idem ſētit *Bar-*
8 *tius deciſ.Bonon.112. num.14.* & in fine, ubi poteſt opponi ad exequutionẽ impediendam, hæc tamen procedunt, quando, vel nullitas laudi, vel iniquitas apparent in continenti, & nõ requirunt altiorem indaginem, & multo magis ſi ex eiſdem actis, quia tunc ceſſat omnis præſumptio malitiæ, vel calumniæ, ut per *Ripam in l.4.§.condemnatum num.4.* & ibi *Alexand.nu.14. de re jud.* optimè diſtinguit *Ioſeph.Ludovic.d.dec. Lucenſi 27. à num.49.ad 59.* ubi *à n.58.* quod debet docere de nullitate, vel iniquitate laudi intra terminum inſtantiæ, intra quem deciditur, an ſit defendũ decurſui, vel nè, *citat.Capyc. deciſ. 167. nu. 3.* ubi in ſententia ità firmat ex *Angelo in auth. hoc ſi debitor in fine de pignor.* ad quæ optimè faciunt dicta per *Alexand.in d.§.qui opus ſub num.7.& 8.*
9 Et an laudum ſit exequendum pendente cognitione ſuper petione ad arbitrium Boni Viri, quod non ſit exequẽdum ex multis optimè probant, & de communi teſtatur *Maſtril.deciſ.90.n.1. Magon deciſ.Lucenſ. 98. num.35. Maranta in ſpecul p.6.verſ. reductio ſub nu. 122.* ubi in fine dicit hanc eſſe tutiorem opinionem, *Abb.in cap. quintavallis nu. 41.de jurejur.ex Innoc. ibi ab eo citato*, *Bal.* optimè *in l. tale pactum, §.qui provocavit col.fin.ſub num.14.in 22.q.ff.de pact.s*, quia petitio reductionis eſt quædam appellatio, undè non debet exe-
10 qui, ſicut non exequitur ſententia pendente appellatione, adnotata in *l. non diſtinguemus, §.cum quidam. ff. de Arbitris. Berous conſ.1.num.92. lib.2. Ioſeph. Ludovic.deciſ.Lucenſ.27. num.43. Lanfranch.deciſ.461. Caballin.millel.887.*
11 Verum tamen, quando aliqua cauſa eſt commiſſa alicujus conſcientiæ, & is dat ſententiam ſecundum ejus conſciẽtiam, ab illa nõ appellatur, quia non eſt alius Iudex, vel Cognitor, quàm juſtus Deus *gloſ.in cap.ſtatutum, §.Aſſeſſorem, verb.relinquatur de reſcriptis in 6.Felin. in cap.ſuper his col.5.de accuſat.Maranta in ordine judic.cap.de appellat.n.363. & ſeqq.*

OBSERVATIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Actũ correſpectivorũ, unus cenſetur factus contemplatione alterius, & unus in alio ineſſe cenſetur, & quando dicta correſpectivitas præſumatur?*

2 *Correſpectivitas actorum facit, quod in eis abſque ulla diverſitate unicum ſit judicium.*

3 *Actus duo ſi fuerint correſpectivi, ſublato uno, corruit alter.*

4 *Contractus ſi fuerit correſpectiuus ad alterum, cenſetur unus contractus, & individuus, ità ut totus cenſeatur reſciſſus ſi pars annullatur, & nu.7.*

5 *Contractus, quando dicatur reſpectiuus ad alium, & n.6. & 7.*

8 *Obligationes correſpectivæ intelliguntur factæ, quatenus hinc inde obſervẽtur. & num.11.*

9 *Cauſa finalis ob quam obligatio fuit facta, niſi obſervetur ceſſat ipſa obligatio, & repetitur ſolutum.*

10 *Adimplementi non ſequuti exceptio habet locum, quoties in totum non fuit adimpletum.*

12 *Donatio licet non exprimatur, quod fuerit facta contemplatione dotis, tamen*

ſtan-

*ſtante correſpectivitate ad dotem, non
debetur, dote non tradita.*
13 *Adimplementum fuiſſe ſequutum, eſt
probandum ab illo, qui adimplere te-
netur.*
14 *Contractus dicuntur correſpectivi, licèt
cauſam habeant ſeparatam, ſi partes
non feciſſent unũ contractum abſq; alio.*
15 *Contrahere unuſquiſque cenſetur cum
omnibus pactis in contractu adjectis,
etiam ſi pacta fuerint adjecta in alio
contractu cum primo contractu corre-
ſpectivo ad ſecundum.*
16 *Contractus nominatus qui non poteſt re-
ſcindi agendo, poteſt reſcindi exci-
piendo.*

1 CORreſpectivorum contractuum pro-
prietas eſt, ut unus cenſeatur factus
cõtemplatione alterius, & unum alteri
ineſſe, latè *Tiraquell.in 1. retract.* §.5.
gloſ. 1. à num. 1. uſque ad 28. poſt *gloſ. in
l.in bona fidei, in l.petens*, ubi *Bald.Salic.
Detius, & alii, C.de pactis, Bart.in l.cõ-
tractus, C.de fide inſtrument.* & ex bre-
vitate temporis præſumũtur ea, quæ ſe-
quuta ſunt in primo actu fuiſſe cogita-
ta, & ab ea fuiſſe geſta, *l.ſi ventri*, §.
*ult.ff.de privil.Creditor.Alberic.in l.ſi ti-
bi pecunia, ff.ſi certum pet.Gratian. di-
ſcept.624. num.13. & 14.* & quaſi unus
actus ſit cauſa finalis, & pars alterius,
l.lecta, ff. ſi certum pet. d.l.ſi ventri, §.*in
bonis, Cephal.conſ.719.num.25. Federic.
conſ. 237.vol.2. Decian.conſ.36. num.8.
& conſ.32.nu.114. vol. 2.* & latè *Giurb.
deciſ.85.à num. 18.uſque vd 21.*
2 Et ſtante correſpectivitate nõ eſt fa-
cienda diverſitas unius ab altero, ſed
unum debet eſſe juditium, *l.Alumnæ*, §.
Seja.ff.de adim.legat.l.etiam, §.*ex cauſa,
ff.de minorib. Aym.conſ.16.n.4. & conſ.
179.num.13.Riminald.jun.conſ.662.nu.
28.& conſ.807.num.5.Gratian. diſcept.
627.num. 21. & 22.*
3 In correſpectivis, ſublato uno, cor-
ruit alterum, *l.etiam*, §.*ex cauſa, ff.de mi-
norib.l.fin.ff.de acceptil.l.clemens*, §.1.*ff.
de hæred.inſtit.Aym.conſ.16.n.4.& 179.
num. 13.& conſ.246.nu.4.* cum aliis per
*Menoch præſumpt.12. num.2. in 6. conſ.
97.num.42.conſ.156. num.15. Rota di-*
4 *verſ.deciſ.677.nu.2.& 8.p.1.*& ob iſtam
correſpectivitatem contractus habetur
pro unico actu, & individuo, ità ut
totus ſit reſciſſus, ſi pars annullatur,
*Tiraquell.in l.ſi unquam, verbo donatio-
ne largitus num.117.verſ. & ità quidem
ineſſe, Aymo conſ. 298. num.13. ante me-
dium, verb.imo iſti duo, Menoch.conſ.156
num.16.in 6.præſumpt.12.num.3. & 31.
in 6.* cum unus dicatur pars alterius, *l.
fundi partem, ff.de contrah.emptione, Ce-
phal.conſ.719 num. 25. in 5. Alba conſ.
240.num.31.Corn.conſ.36.num.14.lib.2.*
tamquam unus ſit cauſa finalis alterius,
Decian.loco cit. Federic. conſ. 237.col.2.
& latè de his actibus correſpectivis,
*Giurba d.deciſ.85. num.20. Gonzales ad
regul.8.gloſ.26.num.4.cum ſeq.*
5 Et in correſpectivis etiam in termi-
nis renunciationum, quamvis non ex-
primatur alterum fuiſſe factum contẽ-
platione alterius, ſufficit quod contra-
ctus ſint facti eodem die, vel poſtea in-
tra breve tempus, *Menoch. d.præſumpt.
12.num.28.& 29. Tiraquell. in d. verb.
donatione largitus à num.117. uſque ad*
6 121.maximè quando partes non dediſ-
ſent aliquid ſine tali renunciatione, quo
caſu contractus dicuntur correſpectivi,
etiam ſi haberent cauſam ſeparatam, &
eo magis, quod ab eodem negotio pen-
dent, *l.cum ejuſdem*, §.*interdum, ff.de
ædil.edicto, Bart.in l. Aurelius*, §. *idem
quaris num.3.ff.de liber. legat. Decius in
d.l.petẽs in 2.not.C.de pactis, Tiraquell.
de retract.lignagier.*§.*17.gloſ.1.num.20*
& alii apud *Giurb. d. deciſ.85. num. 20.
Gratian.diſcept.692. à num. 42. uſque*
7 *ad* 44. Et ſic in iſtis correſpectivis acti-
bus una obligatio dicitur ineſſe alteri,
& contemplatione alterius, nec ſit dare
prius, vel poſterius, ſed dicatur unicus
contractus, *Felin.in cap.paſtoralis nu. 7.*
de reſcriptis *Decius in d.l.petens in 2.no-
tab.Corn.d.conſ.36.num.14.& 157. nu.
14.lib.2.Soccin.conſ.273.n.4.lib.2. Sera-
phin.deciſ.35.nu.14.& 541. num.4. Ti-
raq.d.nu.117.Gabriel.de præſcript.concl.
13.num.17.* & ceſſante una diſpoſitio-
8 ne, ceſſat, & altera, *Dec.d.conſ.421.nu.
14.* Cum omnes obligationes correſpe-
ctivæ intelligantur, quatenus hinc indè
obſervẽtur, & non ceſſat obligatio re-
ſpe-

ſpectu cauſæ, *Aym.conſ.461.num.39.& 69.lib.3.Farin.deciſ.428.à num.2.uſque ad 5.p.1. Grat. diſcept.759.n.16.& 12.*

9 Non adimpleta cauſa finali, ob quã fuit facta, ceſſat donatio, & ſolutum repetitur, *Cyn.in l.generaliter ad finem, C.de Epiſc.& Cler.Caſtrenſ.in l.2. §. fin. ff.de donat. Natta conſ.609. nu.13. Roland.conſ.44.n.22.cum ſeq. in 4. Franch. deciſ.52.num.4.*poſt *Caſſan.conſ.49.n.6. Phanuc.de lucro dotis gloſ.3.ad fin.n.70. verſ.non obſtat ultimo*, & tunc cauſa finalis, eum alias donans non donaſſet, *Roland.d.conſ.44. num.24.* & tunc dicitur cauſa finalis,quando quis aliter non eſſet facturus, *Bald.in l.falſam, C.ſi ex falſo inſtrum.juxtà l.ſi pater familias.ff. de hæred.inſtit.Bertr.conſ.77.nu.6. lib.7.*

10 Nec ſufficit in parte adimpleviſſe, cum etiam in minimo obſtet hujuſmodi exceptio, *Dec.in l. cum proponas num. 22. C.de pactis, Beccius d.conſ.4.num.6. Roland.d.conſ.69.num.6.& 7. in 4. Natta conſ.673.n. 19.Boer.cõſ.15.n.14.in 3. Gratian.diſcept.826.à n.44.uſq; ad 48.*

11 Omnes promiſſiones correſpectivæ intelliguntur, quatenus hinc indè obſervẽtur, & non ceſſat obligatio reſpectu cauſæ, *Farin. d.deciſ. 428. à num.2. uſque ad 5. Aym.conſ.461. nu.39. & 63. lib.3. Felin.in cap. 3. num. 5. de jurejur. Gratian.diſcept.853.num.32.& 33. t.5.*

12 Non requiritur expreſſio, quod donatio fit cõtemplatione dotis, *Menoch. d.præſumpt.nu.29. Gratian.diſcept.862. num.1.& 2.*

13 Adimplemẽtum eſt probandum per eum,qui debet adimplere, *l.ità ſtipulatus.§.ſi ab initio,ff.de verb.oblig. Bald.in l.ſi quando num.5.C.de except.Farin.deciſ.515.num 4.p.1.Gratian. diſcept.926. nu. 3.d.l.Iulianus,§.offerri, ff. de action. empt. Aym.conſ.448. à num. 6. circa medium verſic.unus autem,Beccius conſ.45 num.16.Ripa in l.in illa n. 15. ff.de verbor.oblig.Corn.conſ.11.num.8.lib.2.Gratian.diſcept.944.num.4.*

14 Adeò quod correſpectivi dicuntur contractus, licet cauſam habeant ſeparatam, ſi incõtinenti unũ actũ ſine alio nõ feciſſent partes.*d.l.cum eiſdem,§. interdum,ff.de ædil. edict. Bart. in l.Aurelius,§.idem quærit num.3.ff de liber. leg. Dec.conſ.445.num.5.Tiraquell. in primo retract.§.13.gloſ.1. num.20. Corn. conſ. 36.conſ.157.utrobique nu.14.vol.2. Soccin.conſ.173.num.4.in 2.Felin.in cap.paſtoralis num.7.de reſcriptis, Creſcent. deciſ. 78. Puteus deciſ.214. lib.3. & deciſ. 3.de ſimonia, Rota diverſ. 446. num. 3. p.3.Farin. deciſ.crimin.dec.15.n.4.*

15 Cum juris ſit neminem velle contrahere, niſi cum pactis adiectis, *Surd cõſ. 217.num.1. Manent. de contract. Livell. q.5.ſub num.* 89. Ideò neque unum feciſſem, niſi tu aliquid feciſſes, *Tiraquell.in 1.retract.§.23.gloſ.1.num.3.*ubi *num.*8.dixit communem,ſequitur *Surd. conſ.217.num.70.Alciat.conſ.149.nu.9. Tuſcus lit.C.concluſ.1042. num.3.Giurb. d.deciſ.85. nu.13*, & ideò unus contractus dicitur pars alterius correſpectivi, *l.Iecta verbo dicebat ff.ſi certum petatur, d.l.ſi ventri,§. in bonis, ff de privil. creditorum,l.juriſgentium. §.quinimò.ff.de pactis,l.fundi partem ff.de contrah.empt. Alba conſ. 240.num.31. Georg. alleg.22. n.44. Ponte conſ. 69. num. 19.Cephal.cõſ. 719. num.25. in 5.* & unus cauſa finalis alterius, ad *l.etiam,§. ex cauſa, ff.de minoribus,Decian.d. conſ.32. num. 116.*

16 *in 2. Caroc.de depoſito p.2.q.183.* Contractus nominatus, qui non reſcinditur agendo, poteſt reſcindi excipiendo, *Alex. cõſ.105.lib. 3. n.17.in fine,Rolãd. conſ.53.num.23. lib.1. Surd.conſ.52. nu. 36. lib.1.*ex non adimplemento,etiam ſi juratus, *Menoch. conſ.55. num.9. & 10.lib. 1.Marſil.ſingul.42.Burg.de Laudin.p.3. inſpect.4. nu. 109.Graſſ. de except.except.13.num.40.*

OBSERVATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Credeus nobili, & Ill.Viro non eſt in culpa.*

1 CRedens nobili, & Illuſtri viri non eſt in culpa *gloſ.in l.Titio fundus, verſ.actiones in fine, ff. de condit. & demonſtrat.gloſ. in cap.cupientes, verbo notitiam de electione in 6. Bart. in l. de pupillo,§.ſi quis ipſi prætori in 8. q. in fine, ff.de oper.novi nunciat.* & in *l. qui fundum, §.Procurator, ff.pro emptore, Bald.*

in

in l.inditia num.5.in fine, *C. de rei vin-*
dic. in cap. Sanctorum de præſcript. in
cap.cum contingat de reſcript.Angel.in
l.1. ff.de eo, per quem factum erit, & in
l. ſi à bonæ fidei, ff. de re judicat. Alex.
conſ.31. col. 2. in 4. conſ.75.3.col. in 5.
Decian.conſ.44. num. 32.

OBSERVATIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſterior in graduatione ſi fue-*
rit diligens in exigendo etiam pecunia
conſũpta debet refundere in corpus cõ-
curſus creditorum anteriorum, & ad-
ducitur deciſio S.C.

2 *Creditor poſterior recipiens pecuniam;*
abſque cautione de reſtituendo, ſed cũ
clauſula donec aliter, tenetur reſti-
tuere creditori anteriori.

1 CReditor poſterior in graduatione
creditorum ſi fuerit diligens in exi-
gendo, etiam ſi pecuniã conſumpſiſſet,
debet eam refundere in corpus con-
curſus pro ſatisfactione creditorum an-
teriorum, cum ei obſtet mala fides pro-
veniens ex ſententia graduationis, &
etiam præſumitur colluſio ex exactione,
& receptione extra gradum ſuum, prout
deciſum per S.C. refert *Camill. de la*
Ratta in conſ.64.per totum, ſequitur *No-*
var.q.forenſ.p.1.q.139. num.6. Neguar.
alleg.7.num.11.Salgad. in laberint. Cre-
ditor.p. 1.cap.10. num.66. qui num. 71.
etiam dicit aliud notabile, quod quam-
2 vis per creditorem poſteriorem recipiẽ-
tem pecuniam non ſit præſtita cautio de
reſtituendo, ſufficit, quod ſit tantum
dictum, donec aliter provideatur.

OBSERVATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Creditor petendo in judicio ſortem prin-*
cipalem non ſibi præjudicat in uſuris, in-
tereſſe, dãnis, & aliis acceſſoriis, ſecus
recipiendo ſortem ſimpliciter.

1 CReditor petendo in judicio ſortem
principalẽ, nõ ſibi præjudicat in uſu-
ris, intereſſe, dãnis, aut aliis acceſſoriis,
ſecùs videtur in receptione ſolutionis,
quia recipiendo ſortem ſimpliciter, ſibi
præjudicat in iſtis acceſſoriis, *l.fin.in fin.*
ibi quod creditor recipiendo pecuniam,
etiam demiſiſſe pænam videatur, ideſt
intereſſe, ut exponit *gloſ.ibidem in ver-*
bo ex pæna, ff.de eo, quod certo loco, juxtà
diſtintionem *Bart.ibi*, & in *l. 2. in princ.*
ff.ſi quis cautionibus, *gloſ.in l.1. C. de ju-*
dicsis in princ.

OBSERVATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, vel debitor minoris an ejus cu-*
ram ſuſcipere valeant

2 *Creditor, vel debitor pupilli poſt admi-*
niſtrationem ſuſceptam effectus, cura-
tor rei adjungitur.

3 *Curator ſi ceſſionem aliquam contra mi-*
norem receperit, illa uti non poterit

1 CReditor, vel debitor minoris, nõ de-
bet ejus curam ſuſcipere, & ſi ſu-
ſcipiat, & taceat, creditor actionem per-
dit, ſi debitor taceat, ſolutione interim
2 facta non juvatur, & ſi poſt adminiſtra-
tionem ſuſceptam creditor, vel debitor
ejus efficiatur, Curator ei adjungitur, &
3 ſi ceſſionem aliquam contra minorem
receperit, illa uti non poterit, ſed mino-
ris loco cedit, *auth. Minoris debitor, Cod.*
qui dare tutores, &c. & in auth., ut ii,
qui oblig.ſe habere perhibent res minorũ,
§.ſed, & ſi quis colum.2.

OBSERVATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi in libello addit clauſulam,*
ſalvo jure ſuperflui, excludit dolum,
& de crimine ſtellionatus non tenetur, n.2

1 CReditor addendo in libello clauſu-
lam, ſalvo jure ſuperflui cenſetur
declaraſſe animum ſuum, ejuſque inten-
tionem, quod plus debito doloſè non
petierit, *Speculator de libell.cõcept. §.nũc*
oſtendamus in fine, qui de ſalvo jure ad-
dendi, diminuendi, & corrigendi loqui-
tur, & poſt habita reſponſione ſi ſit li-
bello contraria emendabit *Anton. de*
Butrio in cap.2.col. fin. verb. dicit de li-
belli oblatione, Iaſ.in §.tripli num. 25. in
§.ſi quis agens num.3.& in §.ſed hæc qui-
2 *dem col.1.Inſtit.de action.Nevizan. cõſ.*
94.num.4.& ideò licet qui plus debito
petit, de crimine ſtellionatus teneatur
ad *l.ſi fidejuſſor, §.in omnibus*, ubi *Bart.*
ff.mandati, tamen poſita in libello dicta
clauſula, dolus excluditur, *Alexand.cõſ.*
73.in 6.num.6.& conſ.83.num.4.

FINIS CENTVRIAE PRIMAE

PRACTICARUM
OBSERVATIONUM
RERUM SINGULARIUM
Cum Deciſionibus Supremorum Regni Neapolis Tribùnalium.

CENTURIA II.

OBSERVATIO I.

SUMMARIUM.

1 *Damnum præviſum, ſeù poſſibile imputandum eſt ei, qui illud paſſus eſt.*

2 *Culpa quando ſit non prævidere, quod prævidendum eſt.*

3 *Culpa eſt non prævidere, quod à diligenti præviderì potuit, & non eſt præviſum.*

4 *Culpa eſt deviatio ab eo, quod bonum eſt, & per diligentiam hominum præviderì poteſt.*

5 *Caſus fortuiti præviderì non poſſunt, & culpam allegans probare tenetur.*

6 *Incendium, & furtum ſine culpa committi non ſolent.*

7 *Damnum reſtitui debet in eo caſu, quo culpa præceſſit, ſecus ſi caſualiter cõtingat.*

8 *Actio* l. Aquiliæ *oritur in damno dato, & ut locum habeat, quæ requirantur?*

1 DAmnum præviſum, ſeù
poſſibile, eſt imputan-
dum ei, qui illud paſ-
ſus eſt, *cap. damnum*
de regul. juris, *l. quod*
quis de culpa, ff. eodem
2 *tit. Surd. conſ. 65. num.* 1. & quis dicatur
in culpa non prævidendo, videndi ſunt
Alex. conſ. 41. lib 3. Aym. conſ. 170. num.
1. Surd. conſ. 12. n. 25. lib. 1. & conſ. 391. n.
43. & 44. lib. 3. Gratian. diſcept. forenſ. c.
3 *677. n. 7.* & culpa eſt, cum quid à diligẽ-
ti præviderì potuit, & non eſt præviſum
not. in l. ſi putator, §. nàm culpa, ff. ad l.
Aquiliam, l. qui occidit, §. in hac, ff. eo-
dem, dicitur à diligenti, quia diligen-
tia tollit culpam, *gloſ. 1. §. penult. l. ſi me-*
4 *tus, ff. locati*, ſeù dicas culpa eſt devia-
tio ab eo, quod eſt bonum, & per ho-
minum diligentiam præviderì poteſt, &
hoc ultimum additur ad differentiam
5 caſus fortuiti, qui præviderì non po-
teſt, & allegans culpam illam probæ-
re tenetur, *gloſ. & DD. in l. quoties, §. qui*
dolo, ff. de probat. Bart. in l. exceptio, ff. de
except. fallit in his, quæ committi non
6 ſolent ſine culpa, ut incendium, & fur-
tum, in quibus præſumitur culpa, niſi
probetur contrarium, & in dicta mate-
ria conſulendus eſt *Sebaſtian. Medic. in*
tract. de fortuit. caſibus q. 10. num. 1. cum
7 *ſeq.* notandum inſuper eſt, quod dam-
num debet reſtitui, in caſu quo ipſa cul-
pa præceſſit, ſecus ubi caſualiter contin-
gat, *Bertran. in conſ. 53. num. 1. vol. 4.*
8 *Clarus in praxi crimin. q. 62. num. 5.* Et
in damno dato oritur actio legis Aqui-
liæ, quæ habet locum, quando damnum
evenit culpa alicujus, aliter enim, quod
non tenetur, vel de damno dato, *c. fin.*
de injuriis, & damno dato, l. ſed & ſi,

Digitized by Google

§.*injuriam*, *ff. ad l. Aquil.* ergò duo requiruntur, ut quod damnum datum ſit, & quod culpa dantis datum ſit, *Hoſtienſ. in ſumma de damno dato num. 3.*

OBSERVATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Datione in ſolutum facta alicujus nominis debitoris, periculum ſpectat ad emptorem, ſi debitor effectus eſt non ſolvendo.*

1 Datione in ſolutum facta alicujus nominis debitoris, periculum ſpectat ad emptorem, ſi debitor effectus eſt non ſolvendo, ad *l. pupilli*, §. *ſoror 96. ff. de ſolut. Bald. in l. pro debito, C. de bon. auth. Iudic. poſſid. Reg. Rovit. in deciſ. 75. primo vol*

OBSERVATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Debitor cogi poteſt ad vendendum feudum, etiam ad inſtantiam creditoris abſque aſſenſu.*

2 *Iudex conſenſum venditioni præſtat, ſi adſit graduatio creditorum, & deciſio Sacri Conſilii adducitur.*

1 Debitor poteſt cogi perſonali actione ad vendendum feudum, etiam ad inſtantiam creditoris, abſque aſſenſu, & ſi renitens fuerit poteſt cogi etiam per capturam perſonæ, ut ait *Dom. de Franchis in deciſ.* 704. *Praſ. de Curt. in diverſ. jur. feudal. tom.* 1. *fol.* 52. *ater. n.* 99 & ſi hoc non obſtante feudatarius vendere recuſaverit, nullo modo poteſt Iudex ad vẽditionem eo invito procedere per *tex. in c. Imperialẽ de prohibita feudi alien.* per *Federic. in Conſtit. Regn. Conſtitutionem Divæ memoriæ*, & ità deciſum refert *Dom. Reg. Marcian. lib.* 1. *diſp.* 27. Verum idem *Dom. Reg. num.* 18. adnotavit in cauſa Ducis Atellæ cum Marcello, & Scipione Filamarino, ſub die 29. Marrii 1645. fuiſſe deciſum poſſe procedi per Iudicem ad venditionem feudi, etiam ad inſtantiam creditoris, abſq; aſſenſu in caſu tamen, quo adſit graduatio creditorum, quaſi quod eo caſu videatur inhabilitata perſona debitoris, & conſequenter non poſſit conſentire, *Deciſio S.C.*

2 nec diſſentire, & propterea poſſit Iudex ex ejus perſona conſenſum venditioni præſtare per ea, quæ inſimili dixit *Caravita in pragm.* 1. *ad Macedon.* §. 11. *n.* 35 *& ſeq. de filio famil.* qui exiſtente ejus patre furioſo, vel alias incapace poterit contrahere cum decreto Iudicis, ex dictis per *Bald. in l. ſi filio furioſo, ff. de ſolution.* ſed de hoc cogitandum reliquir, addens, quod deindè cognovit hoc fuiſſe deciſum, quia in graduatione reperiebantur graduati, etiam creditores cum aſſenſu, qui pro venditione feudi urgebant, vel ſaltim illi conſenſũ præſtabant, & ideò ex his benè potuit procedere deciſio S.R.C. ex dictis per *Reg. Rovitum in pragm.* 1. *de ceſſion. bonorum.*

OBSERVATIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſine petitione tenetur afferre debitum ad Domum creditoris ſi ſunt ejuſdem fori, nec diverſæ qualitatis.*

2 *Iuriſdictio ſi ſit eadem, facit quod ſint ejuſdem fori perſonæ, quæ ſunt ſub eadem juriſdictione, & ſub eodem Præſidatu.*

1 Debitor tenetur afferre debitum ad Domum creditoris ſine petitione, quando ſunt ejuſdem fori, *Rota Gen. deciſ.* 144. *num.* 3. *Caballin. meliloq. q.* 304. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 78. *num.* 18. *Natta conſ.* 513. *num.* 3. maximè ſi non ſunt diverſæ qualitatis *num.* 4. Ità quod obſequium, vel reverẽtia debeatur, ait *Bald. in cap. fin. de condit. inſert.* ubi ad hoc adducit illum *text. in l. ſed & ſi ſuſceperit*, §. 1. *ff. de judiciis*, *Angel. & Imola in l. cum filius ff. de verbor. oblig. ad text. in l. item illa, ff. de conſtituta pecunia*, ubi *Bart.* & communiter *DD. Bald. in l. acceptam. C. de uſuris*, *Iaſon in l.* 2. *num.* 91. *C. de jure emphit. Cravetta conſ.* 41. *n.* 32. cum aliis adductis per *Pelician. de cenſ.*

2 *lib.* 3. *cap. ult. num.* 6. dicuntur autem eſſe ejuſ-

ejuſdem fori, ubicumque ſunt ſub eadē juriſdictione, & ſub eodem Præſidatu, ut obſervant *Bart. Iaſ. Crav. & Millel. in locis allegatis.*

OBSERVATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſi fuerit à Iudice venditum, debitor non poteſt venditionem revocare vigore conſtitutionis conſtitutionem Divæ memoriæ, & adducuntur deciſiones S.R.C.*

1 Debitor vendente Iudice feudum, non poteſt revocare ex beneficio Conſtitutionis *Cōſtitutionem Divæ memoriæ*, ut per *Frecc. in tract. de ſubſeud. lib. 2. limit. 6.* & idem per Collaterale Conſilium fuit deciſum in anno 1554. inter illos de Bonzis, & Baronē de Sonnino, & fuit præſtitus aſſenſus, ut in proceſſu magno penes Bozzavotram S.C. Actorum Magiſtrum, fol. 419 & in eadem cauſa cum Minerva Severino idem fuit deciſum per S.R.C. in dicto proceſſu, fol. 414. quod exponantur feuda venalia, & non liberentur ſine Regio aſſenſu, idem fuit proviſum in cauſa Franciſci Pitti cum Duce Adriæ penès Ioannem Portium in anno 1560. per idem Collaterale Conſilium, quod reperto emptore providebitur de aſſenſu in proceſſu Regiæ Cameræ Summariæ inter dictos de Bonzis, & Severinā. Commiſſarius Præſidens Hogeda penès Simonē Galderiū, *Tyraquell. in retract. proxim. §. 1. gloſ. 14. à n. 13.*

Deciſ. Collat. Conſ.

Deciſio S.C.

Alia Dec. Coll. Conſ.

OBSERVATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ex falſa cauſa latum nullum eſt ipſo jure.*

2 *Servitus per ſententiam conſtitui non debet, ſed quæ eſt declarari, & ſi non eſt, declarari non poteſt, & corruit ex falſa cauſa.*

3 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

1 Decretum ex falſa cauſa latum nullum eſt ipſo jure, *l. cum verò, §. ſubventum, ff. de fideicomm. libert. cum aliis* per *gloſ. ibi l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei, l. & ſi Præſes de prædiis minor. l. Tutor ſi petitus, l. ſeja egreſſa, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, Buran. conſ. 454. Decius conſ. 483. num. 2. Rota deciſ. 224. n. 1 p. 1. diverſ. Mandoſ. ad Buran. loco præcitato num. 12. Curt. jun. conſ. 170. num. 2 Roland. conſ. 7. num. 85. lib. 3. Dominicus Piccin. ad ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 151. gloſ. 2. num. 35. limit. 3. & 4.* Nàm cùm in reali agatur, & concludatur ad declarationem juris realis, *l. ex diverſo, ff. de rei vendicat.* & per ſententiam ſervitus non debet conſtitui, ſed quæ eſt declarari, *l. ſicut, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſerv. vendic.* Et in perſonali, ut declaretur,
2 quem debitorem eſſe, *l. quid tamen, §. ſi Arbiter*, & ibi notata per *DD. ff. de recep. Arbitr.* & in *l. ſi Prætor in princ. ff. de judic. Iacob. Veneti de ann. præſt. p. 1. q. 23.*
3 ſi non eſt, declarare non poteſt, & ex falſa cauſa corruit, cum non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui in Provincia, ff. de reb. cred. ſi certum pet. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. l. 2. ff. de uſufruct. l. ſi ſervum, §. fin. ff. de action. empt. l. nec ullam, §. is autem, ff. de petit. hæred. cap. bona de electíon. c. ad diſſolvendum de diſpenſ. Impuber.* & ex nihilo nihil fit, *l. ſeja egreſſa, ff. de tutor. & curator. l. ſi Mevia, ff. de hæred. inſtit.*

OBSERVATIO VII.

SVMMARIVM.

4 *virum, & uxorem*, & Eccleſia nunquã moritur,*cap.ſi gratioſè de reſcriptis in* 6. *gloſ.fin.in cap.tua de his quæ fiũt à Prælato,gloſ.fin.in cap.hujuſmodi, verbo ſalvo jure q.*2.& in *cap.fin.*12. *q.* 3. & in *c. poſſeſſiones* 16. *q.* 1. *cum aliis adductis* per *Felin.in cap.quoniam, Abb.col.pen.de offic.Deleg.Iacob.Venent. de ann. præſtat. p.*2.*q.*28.

OBSERVATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Electi vox non auget numerum, quia antequam quis eligatur, oportet,quod in ſcrutinio major pars Capituli in aliquem conſentiat, ideoque cum ipſe neſciat, non poteſt augere numerum.*

1 ELecti vox non auget numerum, ad *cap. Cumana*, ubi *gloſ. in verbo*, *quod perſona de electiori.* quia antequam quis eligatur, oportet, quod in ſcrutinio major pars capituli in aliquem conſentiat, & ſupta *eod.cap. Eccleſia veſtra, & infra eod.in cap.In Geneſi*, & ità cum nondum ſit electus, nec etiam ſciat in quem conſentit major pars non poteſt augere numerum.

OBSERVATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Venditor rei an teneatur de evictione, ſi vicinus retrahit jure congrui?*
2 *Venditor vigore Conſuetudinis Neapolitanæ, an teneatur emptori evicta re pro illo pluri, ad quod aſcendit appretium factum in executionem ſententiæ retractus?*
3 *Emptor, ſicut non tenetur de evictione, ità nec etiam poteſt agere de evicta re contra venditorem.*
4 *Conſanguineus retrahens vigore conſuetudinis venditor de evictione non tenetur.*
5 *Ius retrahendi contra emptorem competit ex juris municipalis permiſſione, & ex emptore uti extranea perſona non venditoris.*
6 *Emptor intelligere debebat, ſe id dare conſanguineo petenti, & pretium offerenti.*
7 *Venditor promittens conſentire à quacumque perſona habente intereſſe nũc, vel in futurum, non intelligitur de vicino detrahere volente.*
8 *Regula poſita per* gloſ.in l.ſi familia, C. famil.ercifcund.*quot modis limitatur?*
9 *Stipulatio evictionis ſimpliciter facta nihil operatur, quando ſequitur ex natura rei, vel præordinaria Authoris, niſi ſpecialiter, & expreſsè facta ſit, quando caſus ille ſuccedit.*
10 *Emptori potius, quam venditori eſt ſuccurrendum, ut non amittat pretium ſolutum, etiam æquitate ſuadente.*
11 *Conſanguineus, ut jus congrui habere poſſit, oportet habere rem collateralem, & rei collateralis eſſe Dominum.*
12 *Clauſula generalis, ut venditor teneatur de evictione quocumque modo fuerit*

res

res evicta, quemodo ſit intelligenda.?

13 *Emptor, qui ſcientèr emit, non poteſt agere de evictione contra venditorem, ſi res fuerit evicta vigore ſtatuti permittentis proximiori rem alienatam retrahere.*

14 *Emptori ſi expreſſim promiſſum fuerit de evictione caſu, quo ex natura rei res evincatur, poteſt agere de evictione contra venditorem.*

1 EMptor primus, à quo Vicinus rem emptam retrahit jure congrui, licèt pro illo primo pretio, quod ipſe ſolvit primo venditori, non teneatur ullo modo de evictione, ut probat *Ferron.in Conſuetud. Burg. tit. de retractu*, §. 3. *verſ. quid ſi res*, & ſecundum *Tiraquell. de retractu conſanguin. ad finem tituli n.* 42. tenetur de ſuo facto, & culpa tantùm, quod admiſit etiam *Benedel. de jure prothomiſeos in animadverſ. ad rubr.* impreſſis poſt copioſos commentarios, *Proſperis Rendella ad conſtit. ſancimus*

2 *de jure prothomiſ. num.* 30. Tamen vigore conſuetudinis Neapolitanæ, nè dum tenetur de evictione á ſe, & ab habentibus cauſā á ſe pro illo primo pretio, ſed etiam de evictione generali pro toto illo pluri, ad quod aſcendit appretium poſtea factum in exequutione ſententiæ retractus, ut affirmat *Reg. Rovit. in deciſ.* 24.*num.*41. fuiſſe judicatū per Sacrum Conſilium ipſo referente, & *Altimar. in addition ad d. deciſ. nu.* 41

Deciſio S.C.

3 *verſ. ubi obſerva*; Quod ſicut emptor nō tenetur de evictione, ità etiam non poteſt agere pro evictione contra venditorem *Rumm. ad Afflict. de jure prothomiſ. fol.* 186.*num.*7.*tit. de jure congrui q.* 49. *num.* 7. *Tiraquell. in tractatu de retra-*

4 *ctu lignagier.* §.1.*gloſ.*9.*nu.* 34. ait, quod quando conſanguineus ex dicta conſuetudine retrahit, non tenetur venditor de evictione, quia cum res non ideò evincitur, quod non ſit venditoris, ſed jure ſpeciali, non tenetur venditor ēptorem defendere per notata in *l. minor,*

5 *ff. de evict. in princ.* & id etiam, quia jus retrahendi contra emptorem competit ex juris municipalis permiſſione, & ex emptore, utpotè extranea perſona, non venditoris, propterea non tenetur venditor de evictione, argumenro *l. ſi per imprudentiam*, & *l. hoc jure cum l. ſeq.* & *l. ſi ſervum*, & *l. ſi fundum*, & *l. ſi mancipium*, *ff. de evict.*

6 Præterea emptor intelligere debebat, ſe id dare oportere conſanguineo petenti, & offerenti pretium; ideò ſibi imputandum, ſi nihilhominus emat, *l. quod te in fine*, *ff. reb. cred. ſi certum petatur* concordandum eſt jus, per quod hujuſmodi evictio procedit ex ipſo contractu venditionis, & poſt ipſum contractum, & non ex cauſa ipſum antecedēte, certè etiam hoc caſu non tenetur venditor de evictione *l.* 3. *ff. de evict.* ibi, Hic autem hæc actio poſtea eſſe cæpit, & *l. Lucius*, *ff. de evict.* ibi poſt contractam emptionem ad venditorem non pertinere.

7 Et re vendita cum promiſſione faciendi conſentire omnem, & quacumq; perſonam habentem intereſſe nunc, vel in futuru, non intelligitur de vicino volente retrahere, tanquam iſta promiſſio non ſit declaranda de jure provenīēte poſt contractum *l.* 3. *de evict.* & *d. l. Lutius eod. tit. l.* 1. *C. de periculo, & commodo rei vendita.* Cum jus vicini oriatur poſt contractū, *Tiraquell. de retract. lignager.* §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 56. ideò non comprehenditur vicinus volens retrahere *Rota Romana coram Cardinali Mellino Romana Retractus* 28. *Aprilis* 1600. & declarat *Afflict. de jure prothomiſeos*, §. 2. *in verb. ut infra triginta dies in fine n.* 27. *Manſer. de contractibus*, §. *item ſecundum opinionem Gratian. diſcept. forēſ. cap.* 947.*num.* 25.

8 Et Regula poſita per *gloſ. in l. ſi familiæ, C. familia erciſcunda*, quod pro venditione rei feudalis nulla competit evictionis actio, ſi ex natura rei ſequatur evictio, quam *gloſ.* multi ſequuntur interpretes, ut per *Theſaur. quaſt. forenſ. lib.* 2.*q.* 23.*n.* 1.

Limitatur, ut non habeat locum, quando emptor ſibi in ſpecie providit, ut venditor teneatur de evictione ex natura rei contingētis, ut poſt *Odofred. Cyn. Bart. Bald. Angel. Caſtrenſ. Salycet.* & alios ſcribit *Surd. deciſ.* 243. *num.* 4.

H *Bald.*

Bald. Laudenſ.& Propoſit. in cap. 1. §. rurſus, tit. quibus modis feud. amittitur, Ruin. conſ. 25. in 5. idem Surd conſ. 70. n. 17. ut idem *Theſaur. in dicta quaeſt. 23. num. 13.*

Reſtringitur etiam regula praedicta, quãdo emptor ſibi providit de evictione, etiam in caſu, quod ex natura rei, vel facto authorum evinceretur, *Alciat. conſ. 133. num. 5. & conſ. 138. Alex. conſ. 21. num. 6. in fine, & nu. 6. lib. 5. Soccin. iunior conſ. 119. nu. 1. & 15. lib. 3.* & iſta declarant *Bart. Bald. Salycet. Caſtrenſ. & alii in d. l. ſi familiae, Cod. familiae erciſcundae.*

Limitatur etiam dicta regula, quando evictio promiſſa eſſet verbis vniverſalibus, utpotè ſi dictum ſit: quomodocũq; vel qualitercumque evinceretur *Tiraquell. de retractu lignag. ad finem tit. nu. 98.* quem refert, & ſequitur *Honded. conſ. 3. num. 75. lib. 1. Giurba obſerv. 79. num. 7. Surd. in deciſ. 243. num. 3. ait*

9 Quod & ſi ſtipulatio de evictione ſimpliciter facta nihil operetur, quando evictio ſequitur ex natura rei, vel praeordinatione authoris, tamen ſi in eum caſum ſpecialiter, & praeciſè facta ſit, obligat promittentem, quando caſus ille ſuccedit, ità voluerunt *Odofred. Cyn. Bart. Alber. Bald. Angel. Caſtrenſ. Salycet. & alii in l. ſi familiae, C. familiae erciſcundae, cum aliis ibidem allegatis*; & ex *Menochio conſ. 418. num. 9. & 10.* habetur, quod licet evicta re diſpoſitione ſtatuti permittentis proximiori jure ſanguinis retrahere ab emptore rẽ alienatam, non poſſit emptor ille, ſi ſcienter emit agere de evictione contra venditorem, attamen hoc limitatur, quando expreſſim, & in ſpecie promiſſum eſt de evictione caſu, quo evincantur bona ex natura ipſius rei, nempè ab his, quibus facienda eſt reſtitutio, ità manifeſtè declarat, *Bald. in l. ſi familiae, Cod. famil. erciſcundae num. 8.* ſecundum *Riccard. Malumber Cynum, & Bartolum* per *Baldum in lege praedicta allegatos, Rummus enim in addit. ad Afflict. in d. tract. de jure prothomiſ. ad 7.* notabile mihi *f. 186. num. 5. & 6.* ait,

10 quod potius emptori, quàm venditori erit ſuccurrendum, ut non amittat ſolutũ pretiũ, ẽptor enim excuſatur per *tex. & gloſ generalẽ in l. nec emere, C. de iure deliberandi l. invitũ, C. de contrahenda empt. & vendit. l. 1.* & per totum *C. eodẽ l. fin. C. de jure delib.* licet de aequitate pretium emptori nulli dubium eſt eſſe reſtituendum ſecundum *text. in l. emptorem, §. qui autem, ff. de action. empti Theſaur. quaeſt. forenſ. 23. num. 3. & 12. lib. 2.*

Idem *Rummus in addit. praedicta, fol. 86. ad verſ. itẽ quaero, §. 1. nu. 1.* ait quod

11 ad hoc ut conſanguineus habeat jus congrui, oportet habere rem collateralem, & rei collateralis ſit Dominus, ut *Afflict.* concludit, & ſic etiã tenet *Bald.* in hoc tractatu cum aliis ibidem allegatis.

12 Clauſula generalis, ut venditor de evictione teneatur quocumque modo res fuerit evicta intelligenda eſt, ubi nulla culpa emptori adſcribi poſſit evictionis ſequutae, quod ſi contendat quis adhuc evictionis actioni locũ in his caſibus eſſe ſaltim id obtinebit, quoad pretium rei venditae, non quoad culpã, nec quoad intereſſe *Covarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 17. num. 7. & Menoch. d. conſ. 418. num. 9. & 10.* cum aliis per eum adductis.

OBSERVATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Emptor alicujus feudi, qui pactus eſt cum vẽditore ſolvere pecuniam liberã, poteſt illam vinculare ſi evenerit dubium de aliqua evictione.*

2 *Cautio eſt praeſtanda ab eo, cui ſolutio eſt facienda pro intereſſe aliorum creditorum.*

3 *Emptor, cui res eſt tradita poteſt agere, ut liberè tradatur, & ſi de pretio convenitur, poteſt excipere de re non tradita.*

1 EMptor alicujus fundi, qui pactus eſt cum venditore ſolvere pecuniam liberam, poteſt illam vinculare, ſi evenerit dubium de aliqua evictione; pro

pro hac deciſione conſulendus eſt *Scaccia de ſententia*, *& re judicata reſponſum*, in quo in fine recenſet hanc deciſionem, quia depoſitum potuit habere iſtam conditionem, cum ſint conditiones à lege contractus, & cautio-
2 nem de reſtituendo prioribus pręſtare debet is, cui facienda eſt ſolutio propter intereſſe aliorum creditorum, qui comparuerunt, ad *l. pater dotem in princ. & in §. cum patri filius, ff. de dote prælegata*, *verſ. ſi forte per errorem*, & ideo depoſitum ſupradictas conditiones recipit, *Bald. in l acceptam 49. C. de uſuris*, *Aym. conſ. 705. num. 13.* & ità con-
3 cluſum. Emptor cui res eſt tradita poteſt agere, ut liberè tradatur, & ſi convenitur de pretio poteſt excipere de re non tradita, *l. ex iis prædiis*, *C. de evictſion.* quæ lex procedit, etiam re tradita, ut ait *gloſ. in eadem l.* & ſequntur cæteri, & non tantùm in debito puro, ſed etiam conditionali, ut dicit ibi *Bald.* reaſſumit alios *Neguſant. in tract. de pignor. 5. p. mēbro 1. col. 8. verſ. ſed difficultas*, *Rpa* poſt alios in *l. 1. §. hæres 3. notab. ff. ad Trebell.* & latè per *Dom. Reg. de Franch. in deciſ. 200. num. 14. & 15.*

OBSERVATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Emptor conventus hypothecaria, qui debitum obtulit agenti, non expectata ſententia per actionem ex empto indēnitatem conſequitur à venditore.*

1 Emptor conventus hypothecaria, qui debitum obtulit agenti, non expectata ſentētia per actionem ex ēpto, indemnitatem conſequitur à venditore ad *l. cum tibi liberum, C. de eviction.* ubi *gloſ.* allegat *text. in l. emptorem, ff. de action. empt.* nàm licet venditor non ſe obligaverit, tamen ex natura contractus tenetur de evictione, ad *l. non dubitatur, C. de eviction.*

OBSERVATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudi emptor revocando ſpontè poſtquā poſſedit feudum, non compenſantur fructus cum intereſſe, & deciſiones S. C. referuntur.*

2 *Feudi venditi revocatio, quæ fit ab ēptore an differat ab ea, quæ fit per vēditorem.*

1 Emptor revocando ſpontè, poſtquā poſſedit feudum, fructus non compenſantur cum intereſſe, ut deciſum fuit per S. R. C. in cauſa D. Flaminii Vrſino cum Marchioniſſa Cuſani in venditione Terræ Sorbi, & in cauſa Principis Hoſtiliani teſtantur *Dominus Reg. Tappia in deciſ. S. C. 8. & Dom. Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 21.* verùm *Reg. Conſil. Rocc. in* *Deciſ. S. C.*
2 *reſponſ. 97. num. 12.* agit de differentia inter revocationem, quæ fit ab emptore ab ea, quæ fit per venditorem.

OBSERVATIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Emptor pretium ſolvere non tenetur, ſi res liberè ei non tradatur.*

2 *Pretium ſi fuerit ſolutum, datur repetitio.*

1 Emptor non tenetur ſolvere pretiū, ſi res libera ei non tradatur, ad *l. qui non dum, C. de hæred. vel act. vend.* ubi *gloſ. & Bald.* & facit, quod notat idem *Bald. in rub. de contrahend. emptione in 22. q. Paul. de Caſtr. in conſ. 365. Decius conſ. 119. num. 1. Achill. Pedrocca reſponſ. 54. num. 534.* ubi pro prædictorum confirmatione plures allegat., imò
2 etiam pretium ſi fuerit ſolutum repetitur, ad *l. ſervus, ff. de cond. indeb.* idem *Pedrocca reſponſ. 56. n. 553.*

OBSERVATIO XXVI

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus præfertur extraneo emere volenti rem emphitheuticam.*

2 *Dominus directus ad alterius beneficiũ prælatione uti non poteſt, ſed pro ſe tantum.*

3 *Nemo ad retrahendum in alterius commodum admittitur.*

4 *Conjectura fraudis, vel ſimulationis ſi adſint, quod ad alterius commodum quis retrahere intendit, retractui locus non eſt.*

5 *Fraus detegitur ſi quis poſt obtentam prælationem rem extraneo ceſſerit.*

1 EMphytheuſim extraneo emere volẽti Dominus directus præfertur per text. in *l. fin. C. de jure emphyt. Conſiliar. Prat. diſcept. forenſ. tom. 7. cap. 2. num. 3. cum ſeq. Carolus Antonius de Luca in obſervat. deciſ. 610. de Franch. num. 1. cum ſeq.*

2 Verum dictus directus Dominus prælatione ad alterius beneficium uti non poteſt, ſed pro ſe tantùm, *Guid. Papa deciſ. 411. Oſaſcb. deciſ. 156. Tuſcus to. 3. lit. E. concluſ. 269. num. 4. Giurba deciſ. 51 num. 6.* ex eo, quia nemo pro alio, vel in

3 alterius commodum ad retrahendum admittitur multis laudatis *Giurba deciſ. 51. num. 5. Capyc Latro deciſ. 57. à n. 42.*

4 qui pluribus probant retractui locum non eſſe, ſi fraudis, & ſimulationis cõjecturæ adſint, quod ad alterius commodum quis retrahere intendit *Olea de ceſſ. jurium tit. 3. q. 2. num. 10. cum ſeq.*

5 Ex eo etiam fraudem detegi teſtatur, ſi quis poſtquam in prælatione, & retractu obtinuit rem, extraneo ceſſerit argum. text. in *l. ſi ventri, ff. de privileg. credit. cap. officii de electione*, & ità refert *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 238. num. 6. Gayll. lib. 2. obſervat. cap. 9. num. 10. Coſta de portione rata q. 100. num. 2.*

OBSERVATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ſi velit vendere, quis præferendus, Dominus ſecundum formam juris communis, vel vicinus ratione congrui ſecundum formam juris municipalis?*

2 *Conſuetudines noſtræ fuerunt approbatæ, uti rationabiles.*

3 *Rationabile non eſt, quod conjunctus vicinitate rei præferatur conjuncto ratione directi, & majoris dominii.*

1 EMphirheuta ſi velit vendere, quæro quis præferatur Dominus directus, ſecundum formam juris communis, *C. de jure emphit. l. fin.* an vicinus ſecundum formam juris municipalis ratione congrui, ut in *Conſuetud. ſi quis emit de iure congrui?* Reſpondit ibi *Napodan. num. 34.* quod Dominus præfertur cum lex illa non ſit ibi correcta, nec quo ad verba, nec quo ad mentem iſta-

2 rum conſuetudinum; nàm iſtæ conſuetudines fuerunt approbatæ, ut rationabiles, ut ſupra in prohemio. At quod conjunctus vicinitate rei præferatur conjuncto ratione directi, & majo-

3 ris dominii, non eſt rationabile, cùm major, & connexior ſit conjunctio dominiorum utilis, & directi, quia poſſunt fieri unum finito, ſeù confuſo utili, quã vicinitas prædiorum, quorum unum nũquam confunditur in aliud, licet diſpoſitione patris familias duæ domus poſſunt fieri una, per habitationem, nõ per confuſionem ſic, & duæ Terræ poſſunt fieri una per culturam, non per cõfuſionem.

OBSERVATIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *In emphytheuſi aere, vel ſolo vacuo conceſſo, an valeat pactum, ut emphytheuta habeat ſolum jure emphytheutico, & id, quod ædificaverit jure proprio.*

2 *Contractus emphytheuticus, in quo differat à contractu ſuperficiario?*

1 IN Emphytheuſim conceſſa Area, vel ſolo vacuo cum pacto, quod communiter conſuevit apponi in inſtrumentis inveſtiturararum 23. ut habeat ſolum iure emphytheutico, & ſuperficiẽ, ideſt id quod ſuper ædificaverit jure proprio, tenendo, quod tale pactum valeat, & quod ædificium ſit proprium ædificantis, ut ſuum remaneat, etiam finita emphitheuſi, ait *Iaſon in l. cum dubitabatur C. de*

C.de iure emphit.num.44. in fine, & l. 1.
2 *ſupra eodem in gl.ſ.3.in fine 3.q.* principali dùm tetigit,quæ differentia ſit inter contractum emphitheuticum,& contractum ſuperficiarium, certè iſto caſu attenta eorũ ratione Dominus debet habere quinquageſimam extimationis atq; tantum,& non ædificii ſuperimpoſiti, quod eſſe notandum, ait *Iaſ.loco citato in fine*.

OBSERVATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Repreſentatio non datur in ſucceſſione rei emphitheuticæ, ſed deferenda eſt ſucceſſio ordine ſanguinis, non ordine ſucceſſionis inteſtatæ, & deciſio S.C. refertur.*

2 *Argumentum ex feudo ad emphitheuſim non eſt validum,& quæ ſit ratio.*

1 IN emphitheuſi non dari repreſentationem,ſed deferẽda eſt emphitheuſis ordine ſanguinis,non ordine ſucceſſionis inteſtatæ, prout fundat,& deciſũ refert per S.R.C.*Montan.lib.controverſ.* Deciſio R.C.
2 *contr.3.num.9.in fine,& num.*10.ait,argumentum ex feudis ad emphitheuſim non eſſe validum, nàm licet habeant aliquas ſimilitudines inter ſe,habẽt quoque quatuordecim differentias, quas reaſſumit *Io:Bapt.Caccialup.* quem refert,& ſequitur *Camer.in repet. l. Imperialem fol.*14. *col.* 14. & facit concluſio *Bart.in l.iuſiurandi, §.ſi liberi,ff.de oper. libert.Angel.in conſ.* 184. *num.*1. *verſ. non obſtat argumentum de feudo,Salicet. in l.*2.*num.*27. *C.de iure emphitheutico.*

OBSERVATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Aemulatio eſt evitanda, & quilibet debet eſſe intentus, ut aliis proſit,& non noceat.*

2 *Prohibitio facta ſubditis, nè accedant ad alium molendinum non tenet, niſi pro publicis neceſſitatibus inſerviret.*

3 *Prohibitio an ſufficiat non fieri majori parti, dummodò alii acquieſcant, vel omnibus ſit facienda.*

4 *Servitus an incipiat, ſi prohibitio fiat ſine bannis, ſed per pignorationem,vel carcerationem,et an dicatur violentia, ſuper qua non poteſt dari conſuetudo, vel præſcriptio.*

5 *Præſcriptio an, & quando cadat in actis facultativis?*

6 *Praſcribi non poteſt, quod per metum fuit introductum.*

1 AD æmulationem nihil eſt faciendum,*l.opus, ff.de oper. public.* & quilibet debet eſſe intentus, ut aliis proſit, & non noceat, *Fab. in §.* 1. *de leg. fuſ.Can. Bald. in cap. cum olim de conſuetud.Franch.deciſ.*380.*Roland.conſ.*99
2 *num.*94.*in.*2.quod ſi facta ſit à Domino prohibitio, nè ſubditi eant ad alium molendinum, non tenet, niſi inſerviret pro publicis neceſsitatibus, *Boer.deciſ.*
3 125. *num.*5. an ſufficiat prohibitio fieri majori parti, dummodò alii acquieſcãt, vel omnibus ſit facienda; quid ſi ſine
4 Bannis prohibeantur per captionem pignorum,vel carcerationem, an ex hoc incipiat ſervitus, vel dicatur violentia, ſuper qua non poſſit dari conſuetudo, vel præſcriptio? vide adducta per *Fabr. in §.æquè num.*26.*de action.Natta conſ.* 126.*num.*12.*in* 1. *Nevizan. conſ.*43. *in fine, Bertrand.conſ.*49.*nu.*1. *in* 1.*Surd. conſ.*127.*in* 1. *Cagnol.in l.*1.*à num.* 71. *ff.ſi quis juſdic.non obtemp.Practic.Petri Iacob.de furnonum.*8. *&* 10.*Covarr. in regul.poſſeſs.*2. *p. §.* 4. *Capyc. in inveſtit. in verb.Molendinis, & Ferrariis verb. furnis, Iacob. in verb. & eum molendi-*
5 *nis,Natta conſ.*127.*lib.* 1. & in actibus meræ facultatis an, & quando cadat præſcriptio, etiam ſi per mille annos? *Ripa in l.quo minus num.*132. *ff. de fluminibus, Aym.de antiquit.tempor.p.*4.*§. materia nu.*98. *Balbus de præſcript.* 4. *p.* 5. *p.princ.q.*5.*ſ.*97. *Cephal.in Vrban. de furno q.* 2. *Gabriel. de praſcript. concluſ.* 10.*num.*4.*in* 1.*ampliat.Bald.in l.*1.*n.*10 *C.de ſervit.*quid ſi promiſerint Dominũ
6 accedere, vel prohibitioni acquieverunt, an præſumatur per metum,& ceſſat obligatio? *Surd.conſ.*127. *num.* 23. &

& 24. In fine, Nevizan. conſ.43. nu.10. in fine, Natta conſ. 106. num. 12. Capiblanc.de Baron.prag.14.

OBSERVATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nonnumeratæ pecuniæ ex cauſa mutui infra biennium opponi poteſt, in aliis contractibus infra triginta dies.*

1 EXceptio non numeratæ pecuniæ ex cauſa mutui opponi poteſt infra biennium; in aliis contractibus infra triginta dies *Afflict.deciſ.*10. *num.*2.*& deciſ.*100.*num.*1. *Graſſus de except. except.*43.*num.*48.per *text. in l.in contractibus in §.ſuper cæteris, C. de nonnumerata pecunia*, ibique *Bald.& gloſ.inſtit. de liter. oblig.in verb.extendatur*, & in *l. pecuniæ,C.de ſolution.Reg.Capyc.Latro in deciſ.* 111.*tom.*1. *Seaccia omninò videndus in tract. de commercio* §. 2. *gloſ.* 9. qui pulchrè hanc materiam tractat *Hartman.Piſtor.q.*12.*lib.*4.*Alex.Trẽtacinq.var.reſolut. lib.*3.*de ſolut. reſol.* 20 *per totam.*

OBSERVATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio incapacitatis ſucceſſionis oppoſita, præſertim bonorum feudalium contra conceptum, & natum poſt forjudicationem, an ſit ad merita cauſæ reſervanda, ubi ſupremorum Tribunalium deciſiones adducuntur.*

1 EXceptio incapacitatis ſucceſſionis, præſertim bonorum feudalium oppoſita per Martium del Verme,contra Hieronimum de Morra,uti conceptum, & natum poſt forindicationem Iulii de Morra patris,per S.R.C. ad relationem Regii Conſiliatii Frãciſci de Curtis,fuit reſervata ad merita, in Bãca Iacobi Figliola,& deindè remiſſa dicta cauſa ad Regiam Camerã ob intereſſe Regii Fiſci Authoris laudati per dictum Martium; per dictam Regiam Cameram ad relationem Regentis David,tunc etiam Præſidentis dictæ Regiæ Cameræ ſub die 3.menſis Iulii 1585.fuit condemnatus dictus Martius, uti poſſeſſor Terræ Podariæ ad ſolvẽdum prædicto Hieronymo Morra petitos annuos ducatos viginti pro præterito, & in futurum,nõ obſtãte inhabilitate perſonæ dicti Hieronymi Morra oppoſita per dictũ Martium del Verme in Banca Actuarii Io: Dominici Sametani, ad præſens Proſperi de Laurentiis.

Deciſ S.C. *Deciſio R.C.*

OBSERVATIO XXXII.

SVMMARIVM

1 *Exceptio: tua non intereſt, dicitur litis finitæ.*

2 *Exceptio: tua non intereſt impedit litis ingreſſum, cum nemo ſine actione experiri poſſit.*

3 *Exceptio poſt ſententiam: quod tua non intereſt opponi non poteſt.*

4 *Solutum, vel ſolvendum pro condemnatione patris de communi portione detrahi debet.*

5 *Exceptio ſine actione agis debet opponi, aliás judicium non eſt nullum.*

6 *Audiendus non eſt, cuius non intereſt.*

1 EXceptio tua non intereſt, dicitur litis finitæ,*l.loci corpus*,§.*competit,ff. ſi ſervitus vendic. l.poſthumo*,§.*ſi quis,ff. de inoffic.teſtam.* ubi *Bart. & DD. Corn. conſ.*6.*vol.* 1.*in* 2. *Romanus conſ.*347. *&* 499. *Marzar. conſ.*31. *l. Fulcinius*, §. *ſi Iudicem,ff.ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur l.ſtipulatio iſta*,§. *alteri,ff.de verbor. oblig.cap.cum inter*, §. *ſeniorum de elect. cap.non ſolent* 2.*q.*6 *Gram. conſ.*195.*nu.* 7. Nemo namque ſine actione experitur, *l.ſi pupilli*,§.*videamus*, *ff de negotiis geſtis*, *l.Papinianus*, §. *ſi quis impubes*, *l.mater decedens*, *ff. de inofficioſo teſtam.l.ſi unus*,§.*antè omnia*, *ff. de pa-*
2 *ctis,l.conquerebatur,ff.judicatum ſolvi*, & idcò exceptio hæc impedit litis ingreſſum, *Caſtrenſ.& Alexand. in l.nam, poſtea ff. de jureiur. l.conſequens*, §.*ſi tẽporali*, *& l.tutores in principio,ff.de admini-*

miniſtrat. tutor. l. ſi quid, §. illud, ff. de
3 *petit. hæred.* non autem opponitur poſt ſententiam, *l. cum putarem, ff. familiæ erciſcundæ*; hinc ago, ut ſolvas tertio, quia mea intereſt, *l. his conſequenter, §.*
4 *celſus, ff. familiæ erciſcundæ*, & ſolutum, vel ſolvendum pro condemnatione patris debet retrahi de communi portione, *l. hæredes eius, §. fin. ff. familiæ erciſc.*
5 Sed quod exceptio ſine actione debet opponi, alias judicium non eſt nullum, *Aym. plenè conſ. 191. num. 1. in 1.* & regulariter id quod cujuſque intereſt agi-
6 tur, *l. 2. §. fin. ff. de ſepulcro violato*; nec audiendus eſt ille, cujus non intereſt, *l. 1. in princ. ff. quorum appell. non recip.*

OBSERVATIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Evictio an, & quando debeatur pro re legata.*
2 *Evictio non debetur, niſi de re effectualiter evicta, niſi aliter fuerit conventum.*

1 Evictio an, & quando debeatur pro re legata, *Mangil. in tract. de evict. q. 63. num. 40.* fundat deberi evictionem, quando eſt factum conjunctæ perſonæ per *text. in l. cum alienum, C. de legatis*, *Peregrinus de fideicomm. art. 33. num. 32.* ubi in fine refert pro Clientibus fuiſſe judicatum, & deindè executum, & *Iaſ. in l. ſi res obligata num. 7.* ubi in fine addit notabile exemplum, quando legatarius erat valdè Amicus teſtatori iuxtà, *l. lata culpa, §. amicos in verbo non levi amicitia, ff. de verb. ſignif. de Franch. dec. 547.*
2 Evictio non debetur, niſi de re effectualiter evicta, niſi aliter fuerit conventum, ad *l. ſi plus, vel nimis, ff. de evict. l. qui rem, C. eod. Burſ. conſ. 194. num. 41. lib. 2.* verum ſi conventum ſit deberi evictionem, etiam lite mota, tenetur etiã non ſequuta ſententia, ad *l. ſive libertatẽ, C. de evict ion. Theſ. decif. 85. num. 1. & 2. & decif. 105. n. 1.*

OBSERVATIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Evicta re pro parte, an committatur ſtipulatio?*
2 *Cautela eſt apponenda in inſtrumento, ut etiam evicta parte, committatur ſtipulatio.*
3 *Quid faciendum ſi evincitur pars pro indiviſo.*

1 Evicta re pro parte an committatur ſtipulatio de evictione? reſpondet
2 *Bart. in l. ſine tota 1. ff. de eviction.* quod committitur, verum cautela eſt apponenda in inſtrumento, ut etiam ſi evincatur tota res, ſivè pars, ſivè proprietas, ſivè poſſeſſio, committatur ſtipulatio; Dubitatur ibidem *n. 3.* ſi rem valentem 12. emi pro decem, & pars eius evincitur, cuius pretii habeatur ratio conventi, an communis? Reſpondet ibidem *Bartol.* quod ſecundum *gloſ. in l. bonitatis, eodem tit. ff. de evict.* videtur dicere, quod ſecundum quantitatem pretii communis, ſi enim evincitur
3 pars pro indiviſo, tunc habetur ratio bonitatis illius, ut ſi quid valebat plus, in plus fiet condemnatio, ſi minus valebat condemnetur in minus; Verum ſi teneremus opinionem dicentium, quod habetur ratio extimationis pretii conventi; tunc deberet detrahi tertia eius, quod valet ultra extimationem, ſi tertia pars eſt evicta, eo caſu, quo emi fũdum valentem 8. pro decem, tunc quod illa tertia pars valet ſecundum communem extimationem, tunc detrahitur tertia, quia tanto minus, & ſic remanebunt quatuor, & illa venient in actione exſtipulatu, prout habetur ratio ad extimationem conventam, ut ait idem *Bart. in d. l. tota, ff. de evict.*

OBSERVATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio tranſactionis, impedit litis ingreſſum.*

2 *Tran-*

2 *Tranſactio inducta eſt, ut litium ſit finis.*

3 *Tranſactio imponit finem liti, ideoque impedit alterius litis ingreſſum.*

4 *Exceptio tranſactionis impedit proceſſum, quia habet in ſe clauſulam: Ad Iudicem non iri.*

5 *Tranſactio ſemel facta non poteſt amplius litem finitam inſtaurare.*

6 *Tranſactio etiam prætextu inſtrumenti noviter reperti non reſcinditur.*

7 *Tranſigens ſi reperiat ſe graviter læsũ, etiam ultra dimidium, non poteſt trãſactionem reſcindere.*

8 *Tranſactione facta omnia inſtrumenta, & jura, omneſque probationes annullantur, & caſſantur ipſo jure.*

9 *Tranſactio omnia vetera caſſat, & annullat, & poſt tranſactionem non eſt licitum petere pœnam ex veteri cauſa.*

10 *Tranſactio, & res judicata æquiparantur præſertim quoad lites finiendas.*

11 *Tranſactio eſt optimum remedium, & dicitur res ſalubris, & à jure commendatur.*

12 *Tranſactio juramento vallata, quos effectus producat?*

13 *Tranſactio in promptu habet exequutionem paratam ſi quis implorare velit Iudicis officium.*

14 *Tranſactio æquiparatur ſententiæ, quæ tranſivit in rem judicatam.*

15 *Sententia, & iuramentum paratam habẽt exequutionem.*

16 *Tranſactio eſt contractus liberationis, & remedium finiendarum litium.*

17 *Exceptio tranſactionis impedit conteſtationem litis.*

18 *Tranſactio, nec etiam per reſcriptum Principis infringi poteſt.*

19 *Tranſactio, & res judicata eundem habent effectum.*

20 *Tranſactio ſervanda eſt, ſicut ſententia in rem iudicatam tranſacta.*

21 *Iuramentum appoſitum in tranſactione excludit non ſolùm eum, qui fecit, ſed Iudicis officium impediendo litis ingreſſum.*

22 *Contractus tranſactionis licet ſit innominatus favore dirimendarum litium, non licet ab eo recedere.*

23 *Tranſactio extinguit litem, ſicut aqua extinguit ignem.*

24 Exceptio *tranſactionis eſt litis finitæ.*

25 *Tranſactio ad judiciorum exitum, & finem introducta eſt.*

26 *Tranſactio, niſi ſuper lite, aut iudiciali controverſia fieri non poteſt.*

27 Exceptio *tranſactionis ſolet ad merita cauſæ reſervari, niſi in limine iudicii appareat de viribus tranſactionis.*

28 *Dictio: incontinenti, quid ſignificat?*

29 Exceptio *tranſactionis non eſt ad merita cauſæ reſervanda, & adducitur ratio.*

30 *Damnum grave eſt, quem litibus, & ſumptibus vexari.*

31 *Merita cauſæ diſcuti non debent, nec exquiritur, an iuſtè iudicatum, vel transactum ſit.*

32 *Intentionem fundatam habere dicitur, qui nititur tranſactioni.*

33 *Præſumptio capi debet, etiam in dubio, ut tranſactio valeat, & ſubſtineatur.*

34 *Præſumptio ſumenda eſt magis favore tranſactionis, quàm cuiuſvis alterius contractus.*

35 *Tranſactio impedit litis ingreſſum, & obſtat exceptio litis finitæ.*

1 EXceptio tranſactionis impedit litis
ingreſſum, itaut Actores, ſi fuerit
oppoſita exceptio tranſactionis in con-
tinenti cum libello, debeãt expelli à li-
mine judicii ex pluribus rationibus.
Prima. Quia inducta eſt transactio,
2 ut litium ſit finis, & ſic per S.R.C. fuiſ-
ſe deciſum affirmat *Afflict. in deciſ. 220. num. 3.* & ratio deſumitur ex *textu in l.*
fratris, C. de tranſaction. ubi habetur,
quod tranſactio imponit finem liti, adeò
3 quod ſi de illa excipiatur impedit alte-
rius litis ingreſſum, facit *cap. 1. de litis*
conteſt. in 6. hinc dicit *Bald. in cap. unico*
2. col. verſ. & nota extra de litis conteſt.
4 quod exceptio tranſactionis ideò impe-
dit proceſſum, quia habet in ſe illam
clauſulam ad Iudicem non iri, ita quod
ſi actor fecerit tranſactionẽ ex eo, quod
videbat, quod probare non poterat], ſi
poſtea ſibi ſuperveniant probationes li-
5 quidę, poſtquam tamen ſemel tranſegit,
nõ poteſt amplius litem finitam inſtau-
rare, quia tranſactio, etiam prætextu
inſtru-

inſtrumenti noviter reperti non reſcinditur, *l. ſub praetextu inſtrumenti, C. de tranſaction.*

7 Secunda: Quia, qui tranſigit, ſi reperiat ſe graviter læſum, etiam ultra dimidium, non per hoc poteſt reſcindere tranſactionem *l. Iulius, §. fin.* ubi *gloſ. & Bart. ff. ad Trebell. & DD. in cap. cum cauſam de empt. et vendit. Panorm. in cap. 1. de tranſaction. Bald. in l. a ordo, Cod. de exequut. rei judicata n. 5. in fine, & Alex. conſ. 41. 3. col. vol. 1.* ubi ait, hanc eſſe communem opinionem, *Anton. de Petrucia in repet. l. 2. ff. de jurejur. tom. 2. fol. 176. num. 411. cumſeq.* & in tantū tran-

8 ſactio imponit finem liti, quia omnia inſtrumenta, & jura, omneſque probationes, etiam per teſtes, tranſactione facta, annullantur, & caſſantur ipſo jure, quamvis expreſsè, & ſpecificè nihil dictum fuerit inter partes, *text. eſt expreſſus in cap. 1. extra de tranſaction.* quem multum ad illud propoſitum extollit, *Bald. in Rub. illo eodem tit. de tranſact. n.*

9 *7. in fine*, ubi dicit, quod poſt tranſactionem, non eſt licitum petere pœnam ex veteri cauſa, quia tranſactio omnia vetera caſſat, & annullat, ut in *l. 2. in princ. ff ſi quis caut.* & idem *Petrucia loco cit. num. 413. & 426.* ait, quod tranſactio,

10 & res judicata æquiparantur, præſertim quoad lites finiendas ad *l. non minorem, C. de tranſact. Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art. 52. nu. 88.* ſimiliter ait, quod in cauſis, ubi lis fuerit dubia, & incerta, ob conflictum opinionum, & rationum, tranſactionem bona fide factam de dividendo ſucceſſionē pro certis quotis valere, & ſubſtineri poſſe, nā magna eſt tranſactionis vis, quoniam rei judicatæ comparatur *cap. 1. de litis conteſt. in 6.* Etenim remedium eſt finiēdarum litium *d. l. fratris, C. de tranſact.* & negotia ſemel tranſactione deciſa, amplius non reſtaurantur, ut inquit *text. in d. l. fratris*, etiam ſub prætextu inſtrumentorum de novo repertorum, *d. l. ſub praetextu ſa 2. C. de tranſact.*

11 Tertia. Cum tranſactio ſit optimum remedium, atque dicitur res ſalubris, proindeque à jure commendatur *d. c. 1.* ibi: ſalubrem, & ibi notat *Abb. de c. ſi.*

tranſaction. ſiquidem per hanc finis litibus imponitur *d. l. fratris, C. de tranſaction.* quippè eſt meritorium, & laudabile *Caccialup. in tract. de tranſact. c. 19. Gallarat. de renunciat. cent. 1. renunt. 18. num. 8. Grammat. deciſ. 66.* maximè ſi

12 fuerit juramento vallata, quia tūc virtute juramenti quatuor operabitur effectus, ſcilicet contravenientem efficit infamem, ipſo jure privat ipſum actione, cogit ad reſtituendum data, & ad ſolvendum pœnam per *text. capitalem in l. ſi quis major, C. de tranſaction. Anna allegat. 28. Conſil. Prat. diſcept. forenſ cap. 18. n. 3. lib. 1.*

13 Quarta. Additur, quia tranſactio in promptu habet exequutionem, ſi quis

14 implorare velit Iudicis officium; æquiparatur enim ſententiæ, quæ tranſivit in rem judicatam *d. l. non minorem*, & ſimiliter æquiparatur juramento, *l. 2. ff de jurejur.* neque dubium eſt, ſententiam,

15 & juramentum paratam habere exequutionem; ergò idem dicendum eſt de tranſactione *Bart. & Alex. in l. 2. ff. de jurejur. & Cravett. in conſ. 683. num. 27. Mantica de tacitis lib. 26. tit. 7. n. 21.*

16 Quinta. Quod tranſactio æquiparetur ſententiæ, & ſit contractus liberatorius, latè fundat *Fabian. de Monte de emptione, & vendit. q. 9. princip. nu. 11 f. 65. to. 6. p. 1.* & quod ſit remediū finiendarum litiū *Sebaſtian. Medices de definit. def. 46. num. 5. fol. 305. inter tract. to. 18.*

17 & quod exceptio tranſactionis impediat conteſtationem litis, caſus eſt in *d. cap. 1. de litis conteſt. in 6.* & in *d. l. cauſa, C. de tranſactionib. Bart. & alii in l. eleganter §. ſi quis poſt ff. de condit. indeb. & not. in l. cum quærebatur, ff. judicatum ſolvi, Socin. in cap. 1. de litis conteſt. & Alex. in l. vir bonus in addit. ff. iudicatum ſolvi, & Angel. in d. §. æqua in 3. except. & alii in d. l. fratris C. de tranſaction. Alex. conſ. 61. vol. 7. Federic. de Senis conſ. 161. Marc. Anton. Blanc. de except. num. 48. f. 170. ater. de except. imped. litis ingreſſ.*

18 Sexta. Exceptio tranſactionis adeò dicitur litis finitæ, ut ait *Roland. à Valle conſ. 28. n. 14. & 15. lib. 4.* quod nec per reſcriptum Principis infringi valeat

l.cauſas, C.de tranſactionib. deciſ.Pedemont.p.1.num.7.ut ſuper deciſis per trāſactionem lis non oriatur l.terminato,C. de fruct.& litium expenſis, l.ſi quis ſe.ff. de rebus creditis, quod magis certum redditur, quia tranſactio,& res judica-
19 ta eundem habent effectum, & à jure æquiparantur d.l.non minorem,C.de trāſaction.Grammat.deciſ.66. num.10.cum aliis adductis per Reg. Valenz. in conſil. 175.num 37.cum ſeq.& num.40.eodem
20 loco ſubjungit, & ſicut eſſet ſervanda ſententia tranſacta in rem judicatam, ità etiam tranſactio,ut benè probat Roland.à Valle d.conſ.28.num.3.& ſeq.cū traditis per Ceſalum conſ.137.num.48. qui in conſ.295.num.7.reſolvit id maximè, ſi interveniat juramentum in trā-
21 ſactione, excludit non ſolum eum, qui fecit, ſed Iudicis officium, quia impedit litis ingreſſum, juxta cap.1. de litis conteſtat.in 6. Afflict. deciſ 63. ubi latè Vrſill.num.2.Grammat.d.deciſ.66.n.21.

Septima. Ex quo licet tranſactio ſit contractus innominatus, & in contra-
22 ctibus innominatis ſit locus pænitentiæ, l.ſi pecuniam.ff.de condit. ob cauſam. Tamen favore dirimendarum litium, ab ea non licet recedere l. quamvis, & ibi notant omnes, & præcipuè Curt.& Iaſ. in l.cū te tranſegiſſe n.2.C.de trāſact. qui etiam reddit rationem in l. dedi nu. 10. & 13.C.de condit.ob cauſam, quod Decian.etiam ſcribit in conſ.64.num.9. lib. 3. Vndè rectè dicimus, ſicut aqua ex-
23 tinguit ignem, ità tranſactio extinguit litem Bald.in l.ſi cum ſortem,§.duo in fine,ff.de cond. indebiti, Card.Mantica d. tract.de tacit.convent.lib.26.tit.1.qui n. 8.ait,quod exceptio tranſactionis eſt li-
24 tis finitæ,d.l.fratris, & ibi Bart. Bald. Alex.& alii, & d.l.eleganter,§ ſi quis,ff. de cond.indeb.& c.1.de litis conteſt. in 6.

Octava. Cum tranſactio ad judiciorū
25 exitum, & finē introducta ſit, ut ſupra diximus, nec niſi ſuper lite, aut judi-
26 ciali controverſia fieri poſſit l. 1. ff. hoc tit.l.inter patrem 6.C.de ſolution.l.in ſūma, ff. de condit. indebit. ſi ſtipulatio aquiliana acceptilatio interveniat, ipſo quidem jure lis extincta manet l. aquiliana 4.ff.hoc tit.l.actione 4. l.ut reſponſum 15. l.ſi cauſa cognita 32. l.ſive apud acta 28.C.eodem Valeron. in tract. de tranſaction.tit.1.q.5.num.5.

Et licèt idem Valeron. d.tract. de tranſaction.tit.5.q.1.num.35. dicat ſer-
27 vari in praxi, exceptionem tranſactionis, ejuſque cognitionem ad diffinitivā ſententiam reſervare;ſubdit tamen hoc procedere,niſi in limine judicii non appareat de viribus dictæ tranſactionis, ut docet Molina de primog.lib.5.cap.9. nu. 39 ubi cum hac diſtinctione conciliat Giurba deciſ.21.num.1.Reg.Valenz.conſ. 68. nu.12.cum ſeq. Cancer.var.p.3. cap. 17.num.10.Surdus conſ.252.ex nu.45. Farin.in praxi q.62.num.358. Maſtrill. deciſ.8.num.5.Guzman.de evictiion.q.31 num.34.Carleval.de judiciis diſp.1.lib.2 tit.2.num.12.Muſcat.in praxi lib.1.p.4. gloſ.ulteriora num.4.& Angel.de acquir. poſſ.q.2.per totam art.8.& 9.Tangit articulum. Quid ſignificat dictio in con-
28 tinenti; & in primis cenſeri probatam in continenti exceptionem, de qua conſtat per inſtrumentum productum ſimul cum libello rei illam allegantis Dom. Reg.Carleval.d.tract.de judic.diſp.5.nu. 20.lib.2. & Larrea in deciſ.40.num.80.
29 fundat exceptionem tranſactionis non eſſe ad merita cauſæ remittendam,quia id proprium eſt earum exceptionum, quæ ad ipſius cauſæ jus ſpectant,ſi verò tales ſunt, ut litis ingreſſum impedire poſſint (ut iſta) de ea,primò ante omnia ſententia ferenda, nec in diffinitivam reiicienda; nè alioquin Reus litem ſuſcipere fruſtra cogatur, ſi poſtea admitteretur,ut obiiciat petitori,nè obtineat;
30 Grave enim damnum eſt,quem litibus, & ſumptibus vexari l.1. C.de adminiſtr. tutor. l.minoribus 6. ff.de minoribus l.4. §.1.ff.de alienat.judicii mutandi cauſa facta,ità Ant.Faber in C.def.13.de tranſact. quem ſequitur, & comprobat
31 Oſuald. tunc enim inquit, merita cauſę diſcuti non debent, nec exquiritur, an juſtè judicatum, vel tranſactum ſit,non enim quæ ſopita ſuſcitari oportet.

Indeque lites inextricabiles reddantur l.ſingulis.ff.de except.rei judicatæ,& Surd.in conſ.451.num.16. ait,quod trāſactio

ſactionis exceptio eſt litis finitæ, & im-
pedit ingreſſum cauſæ cap. 1. de litis con-
teſt. in 6. l. cauſas, C. de tranſact. Bart. in
l. eleganter, § ſi quis poſt, ff. de cond indeb.
32 & num. 18. ſubjungit; qui nititur tran-
ſactioni, dicitur habere intentionem
fundatam, ut poſt Abb. & Alexand. cõ-
33 cludit Decius conſ. 216. num. 3. ut etiam
in dubio capi debeat præſumptio, quod
tranſactio valeat, & ſubſtineatur c. fin.
litibus de dolo, & contum. ità dicit Be-
34 rous in conſ. 176. num. 15. vol. 1. ubi Hãc
præſumptionem ſumendam magis eſſe
favore tranſactionis, quam cuiuſvis al-
terius contractus, Roland. d. conſ. 28. nu.
10. vol. 4. Ceſal. in conſ. 24. in fine. Idéq;
fundat Gratian. diſcept. forenſ. 867. n. 47.
quod per tranſactionem impeditur in-
greſſus cauſæ, & obſtat exceptio litis fi-
nitæ d. cap. 1. de litis conteſt. in 6.

OBSERVATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numerata pecunia infra biennium oppoſita transfert onus probandi numerationem in creditorem.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ſi fuerit infra biennium oppoſita transfert onus probandi numerationem in creditorem, etiam ſi in contractu juramentum acceſſerit.*

3 *Contractus numeratione non ſequuta, non operatur, quia deficit conſenſus, & ultra conſenſũ juramentum obligare non potuit.*

4 *Exceptio non numerata pecunia, etiam contra inſtrumẽtum paratam exequutionem habens opponi poteſt.*

5 *Verba appoſita in ſcriptura privata:* per altri tanti ricevuti contanti, *non probat numerationẽ ſed tantũ confeſſionẽ.*

6 *Errans conſentire non videtur.*

7 *Conſenſus ordinatus ad finem, deficiente ille fine, deficit conſenſus.*

8 *Conſenſus ordinatus per debitorem ad recipiendam numerationem pecuniæ, deficiente numeratione, deficit conſenſus.*

9 *Exceptio non numerata pecunia, etiam infra biennium contra confeſſionem factam in ultima voluntate per exiſtentem in extremis non admittitur alias ſecus.*

10 *Confeſſio mutui facta per teſtatorem in ultima volũtate, ſi re vera non debeatur, eo caſu babet vim fideicommiſſi.*

11 *Exceptio non numerata pecuniæ adverſus confeſſionem geminatam ex intervallo factam opponi non poteſt.*

1 EXceptio non numeratæ pecuniæ
appoſita infra biennium transfert
onus probandi numerationem in credi-
torem, per text. in l. 1. & l. ſi cautione, &
l. in contractibus, C. de non num. pecun.
ad §. fin. inſtit. de liter. obligat. quod etiã
2 procedit, ſi in contractu juramentum
acceſſerit hac exceptione uti poterit de-
bitor ad l. fin. C. de non numer pecunia,
nàm cum quidquid debitor in contra-
ctu profeſſus ſit, hoc ſpe futuræ nume-
rationis fuerit, & hac deficiente, nec
conſenſiſſe quidem amplius intelligitur,
& ſic ultra eius conſenſum juramentum
obligare illum non potuit, ut notant
Bart. Iaſon, & DD. in l. ſed, & ſi, §. quæ-
ſitum ff. ſi quis caution. ſed potius omnes
qualitates, atque conditiones eius a-
ctus, ſuper quo interponitur recipit, l.
4 fin. ff. qui ſatiſdar. cogantur, Bart. in l.
Imperator de legatis 2. quæ exceptio
opponi poteſt, etiam contra inſtrumen-
ta; quæ vigore ſtatuti paratam habent
executionem, & quæ quarantigiata
vulgo appellantur, ità poſt Cynum do-
cuit Bald. in d. l. contractibus, & ibi Sa-
lycet. num. 7. & Paul. de Caſtro num. 5. Ia-
ſon in l. qui pecuniam nu. 2. & 7. ff. ſi cer-
tum petatur, Anton. Gomez variar. reſo-
lut. tom. 2. cap. 6. de mutuo num. 3. ubi
Emanuel Suarez in additione hanc ſen-
tentiam veriſſimam eſſe ait, Emanuel Cõ-
ſta in l. ſi ex cautione, C. de non numera-
ta pecunia, & ſequitur Anto. de Canariis
in tractat. de exequut. inſtrum. q. 14. n. 29
Celer. in tract. de proceſs. exequutivo p. 1.
cap. 10. num. 207. & p. 4. cap. 1. num. 90.
& 95. & hanc opinionem in judicando
eſſe veriorẽ, & ab ea non recedendum,
docet Hartman. Piſtor. in q. 12. num. 13.
5 in fine lib. 4. Nàm quando in privata
ſcriptura pars dicit (per la valuta d'al-

tri tanti ricevuti contanti) in hoc caſu
concludunt *DD.* per dicta verba partis,
non probari numerationem, ſed ſolum
confeſſionem, *Roman.in l.prædia,ff.de*
acquirenda poſſ. ubi allegat *gloſ. in l. ex*
pluribus in verbo proponeretur, ff. de ſo-
lut.& in l.ſi non ſinguli,C.ſi certum peta-
tur,Bart.inſtit.de literarum obligat.circa
princip. Salyc.in d.l.ſi ex cautione in an-
tepenult.col.cum aliis per eum adductis,
nam debitor atteſtatur ſolum ex facto
ſuo antecedente cõfeſſionem emiſſam,
& *Paul.de Caſtro in l.in contractibus, C.*
de non numer.pecunia, & latè apud *Trē-*
*tacinq var. reſol.de ſolut. reſol.*20.*lib.*3.
6 *num.*17.*in fine*, ſiquidem,qui errat, non
conſentit, *l.ſi per errorem*, & ibi *DD. ff.*
de juriſdiction.omnium Iudicum, ad l.il-
7 *licitas, §.veritas, ff.de officio Præſidis*,
Secũdo,quoties conſenſus ordinatus ad
finem, deficiente illo fine,deficit conſē-
8 ſus, *l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ.*
Ideoque conſenſus ordinatus per debi-
torem ad certum finem, ſcilicet ad reci-
piendam numerationem pecuniæ, defi-
ciente numeratione deficit conſenſus,
quod eſt verũ reſpectu exactionis, quia
ſi cogitaſſet, quod ſibi pecunia non nu-
meraretur, utique ſe non obligaſſet,&
ideò cum ſe obligaverit, datur excep-
tio ad elidendam actionem, quæ obli-
gationem præſupponit.
9 Notandum eſt tamen, quod in con-
feſſione mutui facta in ultima volun-
tate contra ipſum nõ opponitur excep-
tio non numeratæ pecuniæ, etiam infra
biennium, *gloſ.& Bald. in l.*1. *C.de falſa*
cauſa adjecta legato, & in tit. de pace
conſtantiæ in verbo vaſſalli in fine ult.
col.C.de non numer.pecunia, Salic. in l.in
contractibus in princ.C.eod.tit, & Iaſ. in
l.qui pecuniam.ff.ſi certum pet. & eſt cõ-
munis opinio, ut tradit *Vaſqui. de ſuc-*
*ceſſ.creat.lib.*1.*§.*9.*num.*29.quæ conclu-
10 ſio procedit in confeſſione facta in ul-
tima voluntate per exiſtentem in extre-
mis alias ſecus eſt, ut concludit *Felin.*
in cap.ſi cautio de fide inſtr. & quando
ea pecunia, quam teſtator ſe debere in
ultima voluntate confeſſus eſt, re vera
indebita eſſet, tunc ea confeſſio habet vim fideicommiſſi *num.* 44. *Ferdi-*
nand.Vaſquius in dicto tract. de ſucceſſ.
*creat.lib.*1. *§.*9. *num.* 30. ubi atteſtatur
11 de communi. Nec etiam procedere,
quando confeſſio eſſet ex intervallo ge-
minata nã tunc exceptio non numera-
tæ pecuniæ opponi non poteſt,& voluit
gloſ.& tenet *Roman.in l.ſi vero,§.de viro*
in 31.*fallentia.ff.ſolut.matrim.* & ante
omnes hoc voluit *Io: Andreas in addit.*
Specul.in tit.de donat. inter vir. & uxo-
rem in fine, licet contrarium videatur
tenere *Felin. in d.cap.ſi cautio ſub nu.*44.
verſ.fallit 5.cũ aliis adductis per *Alex.*
*Trentacinq.var.reſol.lib.*3.*reſol.*20.*n.*18
cum ſequent.

OBSERVATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Fama quid ſit? & quot homines in ſpe-*
cie requiruntur.
2 *Notorium quid ſit? & an ſcientia de-*
cem hominum ſufficiat?
3 *Teſtimonium unius Parochiæ, facit cri-*
men eſſe notorium.
4 *Collegium ex tribus hominibus conſti-*
tuitur, Congregationem verò duo ho-
mines faciunt.
5 *Iudicis arbitrio committitur quot homi-*
nes faciant notorium.
6 *Fama,ut conſtituatur nõ pauciores per-*
ſonas,quam decem probabiliter requi-
ri, & numerandi non ſunt pueri, nec
ſervi,nec mulieres, ſed viri tantum
honeſtiores.
7 *Notorium fit ex fama antiqua, quæ*
traſcendit ſenſum hominum vivẽtium,
& probat in vim notorii.

1 FAma eſt communis opinio populi,
ſaltim maioris partis illius Univer-
ſitatis, *l. quod major, ff. ad municip. l. a-*
liud,§.refert.ff. de regul.juris, verum nõ
poteſt definiri quot homines in ſpecie
requiruntur, an decem puta,vel vigin-
ti famam faciant, quemadmodum
de notorio, errant enim, qui dicerent
3 decem hominum ſcientiam ſufficere, ut
quid dicatur notorium; Tot enim per-
ſonæ faciunt Parochiam *cap.unico* 10.*q.*
3 3. & teſtimonium unius Parochiæ facit
cri-

Digitized by Google

crimen eſſe notorium *cap. cum dilectus*
extra de purg. Canon. Alii, tres volue-
4 runt ſufficere, quia tot faciunt collegiũ,
ut *l. Neratius, ff. de verb. & rerum ſigni-*
ficatione, & duo faciunt congregatio-
nem, *cap. 1. de electione*; Verior tamen
illorum eſt ſententia, qui voluerunt ar-
5 bitrio Iudicis committi, quot homines
faciunt notorium, cum non ſit de iure
expreſſum *argum. cap. de cauſis de officio*
Deleg. l. continuus, *& magis eſt ff. de*
verbor. oblig. quod etiam locum habet
in fama, ut latè per *Marquardum Fre-*
ner. in tract. de fama publica lib. 1. cap. 4.
6 *num. 5. cum ſeq.* quod ſatis tamen pro-
babiliter dictum eſt *num.* 108. non de-
bere pauciores perſonas, quam decem
ad famam conſtituendam, argum. *l. præ-*
tor, §. dolo, ff. de vi bonorum raptorum,
& cap. de manifeſta 2. quæſt. 1. cum
ibi notatis per *Cyn. in d. l. equidem q.* 1.
2. & 3. ſed in hac ratione maioris par-
tis ineunda, non ſunt numerandi, nec
pueri, nec ſervi, nec mulieres, ſed vi-
ri tantum, & hi quidem honeſtiores, &
qui ſunt alicuius authoritatis, *l. manici-*
pes. ff. ad municip. l. manicipibus, ff. de con-
dit. & demonſtrat. Innoc. in cap. veniens
extra de verb. ſignif.
7 Fama, quæ eſt tam antiqua, quæ tra-
ſcendit ſenſum hominum viventium, fa-
cit notorium, & probat in vim notorii,
per notata per *Archid. in cap. cum causã*
de iur. calumniæ, facit *gloſ. in cap. 1. de*
preſcript. in 6. Alex. in conſ. 424. Corn.
conſ. 48. num. 4. & communem opinionẽ
eſſe, quod fama in antiquis bene pro-
bat, teſtatur *Cravetta in tract. de anti-*
quit. tempor. p. 1. num. 302. cum aliis la-
tè congeſtis per *Marquardum Fren. in*
tract. de fama publica lib. 1. cap. 7. num. 5.

OBSERVATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina excluſa à ſucceſſione feudi ob ſervitium militare, ſi parata ſit eſſe in expeditione, ſicut maſculus, an habeat feudum?*

1 FOemina excluſa à ſucceſſione feudi, eo quia Dominum in bello ſervire non valeret, ſi hodie aliqua fœmina ſe armaret, & eſſet in expeditione, ſicut maſculus, an habeat feudum, cum hæc in negotiis non temere computetur, *l. ea quæ raro. ff. de regul. iur.*? Dic quod habebit feudum, licet ad ea iura non aptentur, ſcilicet, ut fiat lex de talibus, ſed quia quæ inſolita ſunt; & rarò eveniunt, poſtquam evenireut habent omnia quæ habent illi, qui legitimè ad feudum vocantur, *l. ſi maior, C. de legitim. hæred.* & patet in Lazaro reſuſcitato, qui recuperabat bona, *l. ex iis 4. ubi gloſ. in princ. iuncta, l. nam ad ea. ff. de legibus.*

OBSERVATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina à ſtatuto excluſa, facit partem, quamvis non admittatur ad partem, & quomodo ſit portio liquidanda, remiſſivè.*

1 FOemina à ſtatuto excluſa, licet non admittatur ad partem, facit tamen partem, de *Franch. in decif. 549. Peregr. de fideicomm. art. 38. incipiente in legitima*, plures refert opiniones, & in *nu.* 18. refert ſupradictam opinionem, & dat modum liquidandi, prout fecit S.C. ut per dictum de *Franch. in fine*, ibidem ibi *num.* 13. eſt inſertum decretum interpoſitum per S.R.C. die 18. mẽſis Februarii 1595. in cauſa Mag. Aureliæ Iacuti, cum Mag. Diana Rocco agregando dotes per communem patrem datas Aureliæ, & Camillæ eius filiabus. *Deciſio S.C.*

OBSERVATIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum dubia conſuetudini relinquitur, quia præſumitur dominum, & Vaſſallum ad id obligaſſe, niſi probetur contrarium.*

1 FEudorum dubia conſuetudini relinquuntur, quia præſumitur Dominum, & vaſſallum ad id ſe obligaſſe, niſi contra probetur ſecundum Iacobum de Bel-

Belviſo, & faciunt notata in *l. ſemper ff. de regulis juris*, & in *l. 2. & 3. de jure emphit. l. quod ſi nolit, §. aſſidua iu fine*, *& l. fin. ff. de fideiuſ. Par. de Put. in tract. de reintegr. feud. fol. 130. at. n. 4.*

OBSERVATIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſi devolvitur ad Regem tenetur ſolvere debitum creditoribus cum aſſeuſu.*

2 *Aſſeuſus hominis durat, etiam mortuis filiis, vel culpa commiſſa.*

3 *Dominus tenetur ad onera, etiam ſi in aſſenſu adeſſet clauſula juribus noſtris ſemper ſalvis.*

4 *Rex non intelligitur reſervare aliquid repugnans conſenſui, vel negotio ſuper quo interponitur.*

5 *Feudum ſine pignoris onere reverti ad Dominum, tenent nonnulli Doctores.*

1 FEudum ſi devolvitur ad Regem, tenetur Rex ſolvere debitum feudi, ſuper quo fuit præſtitus aſſenſus, fundat *Freccia in tract. de ſubfeudis in 29. authoritate lib. 2. num.* 8. idemque tenet *Roſental. de feudis cap. 9. concluſ. 18. n. 1. cum additione*; *Capec. verbo feudorum*
2 *devolutio, §. hypotheca*. Nàm aſſenſus hominis durat etiam mortuis filiis, vel culpa commiſſa *Andr. in c. 1. §. quid ergo verſ. quid vaſſallus u. 5. de inveſt. de re*
3 *aliena facta*, & tenetur Dominus ad onera, etiam, ſi in aſſenſu adeſſet clauſula (juribus noſtris sẽper ſalvis) *Hartm. Piſtor. q. 48. Vlteius de feudis lib. 3. c. 10. n. 70. verb. an idem*, dicens opinionem hanc notiſſima Germaniæ generali conſuetudine receptam *Andr. Kolch exercit. legali 3. num. 31. Doct. Marta in clauſ. feudali clauſula 35.* Iuribus Curiæ, & alterius ſemper ſalvis, *Scadr. de feudis*
4 *p. 8. cap. 4. q. 11. num. 34.* quia per hanc clauſulã non intelligitur reſervari aliquid repugnans conſenſui, vel negatio ſuper quo interponitur *Gloſa Pariſienſis*
5 *D. M. §. 30. q. 35. num. 130.* Quamvis cõtrarium, nempè feudum ſine pignoris onere reverti ad Dominum, qui ſalvo jure ſuo aſſenſiit, teneant Præpoſitus, & Laudenſ. in *d. §. quid ergo num. 1. Zaſius de feudis p. 6. num. 23. Paris de reintegrat. cap. 44. num. 10. Burſat. conſil. 171. in 2. Michael Teuber q. 45. n. 15.*

OBSERVATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Fides de pretio habita quo ad Dominii translationem ſolutioni æquiparatur.*

1 FIdes de pretio habita quoad dominii translationem ſolutioni æquiparatur, ut egregiè poſt *gloſ.* docuit *Bart. in l. ſi ſervus communis, §. locavi ſub num. 1. ff. de furtis, & Bart.* ſequuti fuerunt *DD.* maximè *Decius num. 8. & Iacobus de S. Georgio ſub num. 4.* qui de communi teſtantur in *l. traditionibus, C. de pactis, & Berous in conſ. 158. nu. 16. 1. vol.* quod etiã clarè ſuadetur *ex l. ut res, & l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. l. procuratoris, §. ſed ſi dedi de trib. actione, & l. ex empto*, ubi *gloſ. & DD. de action. empti, Achill. Pedrocca in conſ. 2. num. 8. p. vol.*

OBSERVATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum voluntate teſtatoris finitur, ubi ad certas perſonas, vel certos gradus coarctatum reperitur.*

1 FIdeicommiſſum voluntate teſtatoris finitur, ubi ad certas perſonas, vel certos gradus coartatum reperitur, nã ultimus illius gradus, rem liberè alienare poterit, quia non ſupereſt perſona, quæ ex fideicommiſſo rem revocare poſſit, *l. cum pater, §. libertis, & l. qui ſolidum, §. penult. ff. de legat. 2. gloſ. Bart. Imola, & Paul. & Bald. in l. 2. C. quando dies legati cedat, Angel. conſ. 169. ſuper puncto 2. col. Paul. de Caſtr. conſ. 453. lib. 1. Soccin. cõſ. 63. col. 7. in princ. lib. 3. Decius conſ. 182. in primis verbis, Natta conſ. 191. 470. num. 3. & 551. Gabriel conſ. 132. in 7. q. num. 60. & 61.* & plenè firmat *Peregrin. de fideicomm. artic. 52. n. 2.*

OB-

OBSERVATIO XLIV.

SUMMARIUM.

1 *Dos ab hærede accepta poſt fideicommiſſum, etiam ſi legitimam conſumpſerit, & Trebellianicam ex fideicommiſſo detrahitur.*

2 *Pater tenetur dotare filiã, & dare filio donationem propter nuptias, & pro dote filii reſtituenda bona ſua obligare.*

1 ex Fideicommiſſo detrahitur dos poſt fideicõmiſſum ab hærede recepta, etiam ſi legitima conſumpta ſit, & trebellianica, ad *Decian. in conſ. 19. à n. 25. 2. vol. per authent. res quæ, C. cõmun. de leg.* ubi *Bart. Salic. & alii*, etiã ſi dos fuerit recepta poſt onus, ſivè gravamen injunctum, ad *Bart. in §. quamobrẽ Auth. de reſtit. & ea quæ parit, & Ang. in d. Auth. res quæ*, & communiter, etiam *DD. omnes in l. Marcellus, §. res quæ, ff.*
2 *ad Senat. Conſul. Trebellianum*, ea ratione, quia pater tenetur dotare filiam, ſicut etiam eodem modo filio dare donationem propter nuptias, & pro dote filii reſtituenda obligare bona ſua, juxtà *l. ſi cum dotem, §. transgrediamur, ff. ſoluto matrim.* & ideò ſicut vivus non potuiſſet recuſare, ità moriens non potuit talem prohibitionem facere, per quam iſtud jus filii, & Nurus reſtringeretur, ut tradunt omnes poſt *Bart. in l. filius familias, §. Divi in 2. q. ff. de legatis 1.*

OBSERVATIO XLV.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum invicem inter filios relictum neuter filiorum videtur gravatus, quia omnes ſunt in pari gradu & ſpe, & ratione dubii eventus, ceſſat querela inofficioſi teſtamenti*

2 *Fideicommiſſum reciprocum non dicitur onus.*

1 Per Fideicommiſſum invicem inter filios relictum neuter filiorum videtur gravatus, qui omnes ſunt in pari gradu, & ſpe, & ideò ceſſat omnis querela inofficioſi teſtamenti, etiam ſi fieret reciproca ſubſtitutio in legitima, ratione dubii eventus, quia ità poteſt acquirere, ſicut erogare, ad *tex. in l. pater puellæ, C. de inofficioſo teſtamento*, quem non eſſe correctum in *l. quoniam in prioribus, C. eodem titulo*: tenuerunt ibi *Riccardus Malũb. Fulgoſ. Vaſquez. num. 3.* & idem *Vaſquez. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. nu. 674. Decius conſ. 456. num. 6. Petra de fideicommiſſ. q. 18. num. 105. Menoch. conſ. 196. num. 16. lib. 1. Brun. à Sole in com-*
2 *prehenſor. reſolut. verbo fideicommiſſum reciprocum non dicitur onus, fol. 90.* ubi citat *Bart. Curt. jun. Silvan. & alios.*

OBSERVATIO XLVI.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſi dies non cedit per ingreſſum Religionis, niſi ingreſſus ſit in Religione Fratrum Minorum.*

2 *Ingrediens in Religionem fratrum minorum, habetur pro mortuo, & fit locus ſubſtitutionis.*

3 *Fideicommiſſarius propter ſolam ſpem, quam habet poteſt petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas.*

4 *Fideicommiſſarius poteſt petere, & cõpellere hæredẽ ad cavendum de reſtituenda adveniente conditione.*

1 Fideicommiſſi dies non cedit per ingreſſum Religionis, niſi ingreſſus quis ſit in Religione Fratrum minorum, *l. cum pater. §. hæreditatem num. 8. de leg. 2. in verb. 3. nota col. 2.* quia habetur pro mortuo, & fit locus ſubſtitutioni, *de Franch. dec. 14. nu. 7. Fab. de Anna conſ. 9. num. 21. & 22. Craſſ. §. fideicommiſſum art. 28. nu. 63. Mantic. de coniecturis ult. vol. lib. 11. tit 7. num. 8.* fideicommiſſarius propter ſolam ſpem, quam habet poteſt petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, quod colligitur ex
3 *tex. in l. 2. §. ſub conditione, ff. de bonorũ poſſeſſ. ſecundum tabulas, & ex tot. tit. ff. et Cod. ut legat. & fideicomm. nom. caveatur*, ubi fideicommiſſarius poteſt pete-
4 re, & compellere hæredem ad cavendũ de reſtituendo adveniente conditione, ut

ut etiam tradit *Peregr. de fideicommiſſ. artic.41.num.5.verſ.2.poteſt, & art.40. num.10. Conſ. Hodierna in addit. deciſ. 120.Surd.& in l.hac edictali q.34.num. 1.& 2.*

OBSERVATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Proximiores, vel venientes ab inteſtato vocati in fideicommiſſo, an intelligantur vocati proximiores, & venientes ab inteſtato teſtatori, vel hæredi.*

2 *Teſtator ſi vocaverit illos, qui de jure debent ſuccedere, vocati ipſi hæredi, nõ teſtatori veniunt.*

1 In Fideicommiſſo ſi vocantur proximiores, vel venientes ab inteſtato, hoc caſu voluntas teſtatoris eſt certa, perſonas certas de incertis vocare ad huiuſmodi certificationem faciendam, eſt recurrendum ad eandem voluntatẽ teſtatoris, & ad ejus affectionem, & ideò multi dicunt eſſe vocatos proximiores, & venientes ab inteſtato ſibi teſtatori, non hæredi, *Fuſar. conſ.12. num.11. uſq; ad 17. Peregrin. de fideicommiſſ. artic.20. num.11.*
2 ſed quando vocantur illi, qui de jure debent ſuccedere, & teſtator remittit ſe juri, quod eſt certum, nec cõjecturis eſt opus, ut à jure vocati ipſi hæredi, non teſtatori veniant, *Cephal. conſ.739. lib.5. Portius Imola conſ.122.n. 7. Petr. de fideicommiſſ. q.11. nu.153. Fuſar. de ſubſtit. q.377. num.1. & q.484. nu. 48. Cancer. var. reſol. lib.1. tit. de ſubſtit. num.59. & lib.3. cap.21. nu.33. Gratian. diſcept. forenſ. lib.2. cap.285. num.21.*

OBSERVATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Maſculis vocatis in fideicommiſſo, maſculi ex fœminis non continentur.*

2 *Maſculi ex maſculis in concurſu prævalerent maſculis ex fœminis, quando agnationis gradus fuit inſpectus.*

3 *Diſpoſitio facta ſub conditione ſi quis ſine liberis maſculis deceſſerit, non comprehendit maſculos ex fœminis.*

4 *Maſculi ex maſculis duplici jure nituntur, uno quod ſunt maſculi altero quia ex maſculis orti ſunt.*

5 *Maſculi nati ex fœminis unico tantum jure foventur.*

1 In Fideicommiſſo maſculis vocatis, maſculos ex fœminis provenientes minimè contineri, & in concurſu maſculos ex maſculis prævalere maſcu-
2 lis ex fœminis, quando agnationis gradus fuit inſpectus *Soccin. in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de liberis, & poſthumis*
3 *ait* Diſpoſitio facta ſub conditione, ſi quis deceſſerit ſine liberis maſculis, non comprehendit maſculos ex fœminis, quia qualitas maſculinitatis videtur adjecta gratia conſervandæ familiæ, ideq; voluerunt *Alciat. Cephal. & Ruin.* eadem moti ratione, quia mater eorum, quæ proximior eſt non includitur: ideò nec maſculus ex ea deſcendens, *quaſi* proveniens ex radice expulſa; Indeque non admitti eos, quorum repelluntur authores, & ſicuti teſtator dilexit maſculos, eoſq; vocavit excluſis fœminis, ita deſcendentem maſculum ex fœmina
4 dilexiſſe videtur, nã maſculi ex maſculis dixit *Fuſar. conſ.18. num.6. & 54. n. 16.* duplici jure nituntur, uno quod ſũt
5 maſculi, altero, quia ex maſculis orti ſunt; maſculi verò nati ex fœminis unico tantum iure foventur, vz. quia ſunt maſculi, ideò maſculi ex maſculis præferri, & prævalere debent.

OBSERVATIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *In dubio judicandum eſt contra fideicõmiſſum.*

2 *Probatio ſi eſt dubia fit interpretatio ad excluſionem fideicommiſſi.*

1 IN dubio judicandum eſt contra fideicommiſſum, ut poſt *Bart. in l. cum Avus in fine de condition. & demonſtrat. Socin. Abb. Silvanus, Cravetta, Riminald. Gabriel Burſat.* & alios tradit *Peregrin. art.1. num.38. & 40.* & innume-

ros

ros tradit *Fuſarius q.* 291. per totam, maximè quando actus non aperto jure, ſed per conjecturas parum urgentes, & minus probatas, quæ debent eſſe certę de jure, & de facto veniunt, ut per *Pe-*
2 *regr.& alios in art.12. nu* 38. aliàs dum probatio eſt dubia, fit interpretatio ad excluſionem fideicommiſſi, idem *Peregrin.in conſ.149.nu.11.lib.5.& conſ. 67. nu.10. eod.vol.* & optimè poſt alios *Fuſar.q.615.num.5.cum ſeq.*

OBSERVATIO L.

SVMMARIVM.

1 *In fideicommiſſis non ultimo morienti, ſed ipſi teſtatori ſucceditur.*
Quod magis procedit, quando non ſuperſunt deſcendentes legitimi ex ultimo qui deceſſit, num. 2.

1 IN fideicommiſſis non ultimo moriēti, ſed ipſi teſtatori ſucceditur, *l. cohæredi,§.cum filia ff.de vulgar.& pupill.*& hæc redditur verior opinio, ut latiſſimè teſtatur *Surdus conſ.31.num.29.& conſ. 120.num.1. lib 1. & conſ. 545. lib.4. & deciſ.66.num.13.* poſt *Bart.in l. ſi cognatis, ff.de rebus dubiis, & l.peto, §.fratre, ff.de legat.2.*& pluribus comprobat *Rubeus Alex.in l. gallus,§.quidem rectè nu. 76.cum ſeq. ff de liber.& poſthum.cum aliis* per *Menoch.conſ.124. num.30.uſq; ad num.56. lib.2. & de præſumption. lib. 4.præſumpt.85.nu.22.* ubi *in conſ.prædicto citat quadraginta DD.* ſic affirmantes, prout etiam tanquam veriorem, & magis receptam ſententiā ſequitur *Gabriel conſ.86. num.11.lib.1.& conſ.107. num.9.& conſ.130.nu.30.lib. 2. Ruſtic. ad l.cum avus lib.3.cap.10.num.30. de condition.& demonſtrat. Covarr.practicar.quæſt.cap.38.num.3.Portius conſ.55. num.85.Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita num.1114.ff.ad Trebell. Guald. de arte teſtandi tit.5.cautel.21.num.3.to.8. p.1.fol.* 124. & omnibus contrariis peroptimè reſpondet *Menoch.d. conſ.* 124. *per totum lib. 2. & Gab, conſ. 121. lib.1.* & practicari teſtatur *Peregrin.de fideicōmiſſ. artic.20.num.3.poſt princ.& Molin.de primogen.Hiſpan.lib.1.cap.6.n.46. Riminald.jun.conſ.246.num.58.cum ſeq. lib.3.Tell.Fernand.ad l.27. Tauri nu.7. verſic. unde Ripa, Cevall. pract. quæſt. contra comm.lib.1.q.398.nu.4. Faber.ad 6.lib.C. tit.de verbor.ſignif. defin.6. Laderch.conſ.45.á num.1.uſque ad 9. Merlin. deciſ. Lucenſi 97. num. 26.Theſaur. deciſ. 64. num.2. Fachin. controverſ.jur. lib.4.cap.85.Pater Molfeſ.ad Conſuetud. Neapol.p.4.de ſucceſſ.ab inteſt.q. 56. n.3. Honded.conſ.70.num.5. verſic.nec obſtat*
2 *lib.1.* quod magis procedit, quando nō ſuperſunt deſcendentes legitimi, ex ultimo, qui deceſſit, *Gabr. conſ.112.n.12. & 13.lib.2.*

OBSERVATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius, qui agit ad fideicommiſſum, ut obtineat quæ probare debet?*
2 *Bona fuiſſe in bonis teſtatoris fideicommittentis quomodo probatur?*
3 *Fideicommiſſarius vivente hærede gravato, poteſt agere, ut adveniente die ſibi reſtituat, reddat rationem, & de rebus hæreditariis inventarium conficiat.*

1 FIdeicommiſſarius, qui agit ad fideicommiſſum, ut obtineat plura probare debet, & inter alia primo probare debet dici, & conditionis implemētum, *l.qui hæredi, §.plautius, ff.de condit.& demonſtrat. l.ſi quidem. C. de except.* ſecundo, probare debet eſſe comprehenſum in ſubſtitutione, plenè *Menoch.conſ.732. num. 7. & ſeq. & Fuſar. de ſubſtit. q. 615.* tertio, probare debet bona fuiſſe in bonis teſtatoris, qui fideicommiſſum reliquit; ut omnes uno ore ſcribunt, *Bald. in conſ. 84. & conſ. 89. lib.1.& conſ.4. lib.4. cum aliis adductis*
2 per *Fuſar. de ſubſtit.q.616.*& bona fuiſſe in bonis teſtatoris pluribus modis probatur, & præſertim ex inſtrumentis acquiſitionis defuncti probatur bona fuiſſe in bonis fideicommittentis, *Bald. conſ.89.num.3. lib.1. Peregrin. conſ.48.*

num.6.lib.1. & in *tract. de fideicommiſſ. art.44. n.1. Maſcard. de probat.concluſ.* 778. *num. 9. idem Fuſar. loco citato q.* 618.*num.4.*

3 Fideicommiſſarius vivente hærede gravato, poteſt agere, ut adveniente die ſibi reſtituat, ut plenè *Vivius in deciſ.*403. item, ut hæres reddat ſibi rationem, & conficiat inventarium de rebus hæreditariis, *Bart.Bald.Imola,& Paul.de Caſtro in l.cum tale,§.Titius, ff. de condit.& demonſtrat.*

OBSERVATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio prætoria, vel judicialis, cuius ſit naturæ, & in quo differat à conventionali?*
2 *Fideiuſſio perit per judicis mutationem, ſed non extinguitur non expreſſo nomine Iudicis, & Iudex mutatur, & alius ſubrogatur.*
3 *Fideiuſſor de judicio Siſti, ſi reus deceſſerit ante moram liberatur à fidejuſſione, ſecus ſi poſt moram.*
4 *Fidejuſſor non dicitur eſſe in mora poſt lapſum tempus, niſi fuerit requiſitus.*

1 FIdeiuſſio prætoria, vel judicialis talis eſt naturæ, ut mortuo fideiuſſore, vel ob volubilitatē fortunæ effecto non ſolvendo, ulteriorem requirat cautionem, ſecus tamen eſt in conventionali fidejuſſione, de *Franch.deciſ.*80.*n.*5. *ex diſpoſitione text.in l.is,à quo,§.fin. ff.ut in poſſeſs. legatorum*, licet ſecus in dicta conventionali,per *text.in l.ſi ab arbitro, verſ.qui ex cauſa,ff.qui ſatiſd.*co-
2 gantur fidejuſſio perit per quamlibet Iudicis mutationem, ſed non extinguitur, quando non eſt expreſſum nomen Iudicis, & Iudex mutatur, etiam ſi in locum ejuſdem Iudicis alius ſubrogatur, per *tex.in l. proponebatur, & in l. ubi acceptum, ff.de judiciis.*

3 Fideiuſſor de judicio Siſti, ſi reus deceſſerit antè moram liberatur á fidejuſſione; ſecus ſi poſt moram ad *l. ſi deceſ-*
4 *ſerit, ff.qui ſatiſd. cogantur*; quis non dicitur eſſe in mora, etiam poſt lapſum tempus, niſi fuerit requiſitus *Paul. de Caſtro* hoc tenet per *text.in d.l. ac conſil.* 199. *vol.* 2. & de materia moræ an, & quando committitur, vide *Decium in conſ.*450.*per totum,& Hippol.in rubr. de fidejuſſ.n.*449.

OBSERVATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias nunquid poſſit donare cauſa mortis ipſi patri, cuius conſenſus requiritur?*
2 *Filius non conficiens inventarium legitimam non amittit, ſed tenetur creditoribus ex legitima, & Trebellianica.*
3 *Filius legitimatus per oblationem Curiæ, conſequitur jura legitimorum ſolum reſpectu legitimantis.*
4 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, efficitur legitimus, quo ad omnes, quia iſta legitimatio naturā imitatur.*

1 FIlius familias nunquid poſſit donare cauſa mortis ipſi patri, cuius conſenſus in ipſa donatione requiritur? Reſpondetur in dicto articulo magnā eſſe controverſiam inter *DD.* & *Iulius Clar. in §.Donatio q.7.nu.4.cum ſeq.* ait,quod licet multi *DD.* tenuerint opinionem affirmativam, pro negativa concludit, ſequendo opinionem *gloſ.in l.1.in verbo rem acquirit, ff.de auth.& conſ tutor.* & eſſe communem ait *Bald.conſ.62.n.3 lib.4.verſ. undè in tanto, & Decius in l. ſenior num. 56. C. qui teſtam. facere poſſunt, & conſ.245.num.6.circa finem cum aliis allegatis per d.Clar.in d. §. Donatio ead.q.6.n.7.*

2 Filius, qui inventarium non confecit, neque legitimam amittit, nec eo minus, tamen tenetur cæteris creditoribus ex legitima, & Trebellianica,*ad l.jubemus, C.de Sen.Conſ.Treb.in l.ratione, §. quod vulgo, ff.ad l.falcidiam,Ant.Faber. in C.tit.de jure delib.diff.*24.

3 Filius legitimatus per oblationem Curiæ conſequitur jura legitimorum, ſolum reſpectu legitimantis, non reſpe-
4 ctu cæteræ cognationis; ille autem, qui legi-

legitimatur per ſubſequens matrimonium efficitur legitimus, quoad omnes, quia iſta legitimatio naturā imitatur ad *l. communium*, *C. de naturalibus liberis.*

OBSERVATIO LIV.

SVMMARIVM.

1 *Filius Epiſcopus in domo patri reverentiam exhibere debet, in Eccleſia verò præcedere debet, & obſequiari.*

1 FIlius Epiſcopus diverſis reſpectibus conſiderari poteſt, ut minor, & ut maior primo modo in domo, in qua patri reverētiā exhibere debet, ſecundo in Eccleſia, ubi debet illum præcedere. *gloſ. in cap quæritur 2. q. 7. Caſſan. in Catal. gloria mundi p. 7. & conſid. 29. Menoch. conſ. 52. num. 101. Roman. conſ. 351. vol. 3. num. 125.*

OBSERVATIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum ætas poſt obſtetricem non probatur melius, quàm per parentes, conſanguineos, & affines.*

2 *Teſtimonium parentum, & conſanguineorum, & affinium an ſit admittendum, judicantis officio relinquitur.*

1 FIliorum ætas poſt obſtetricem, non
probatur melius, quam per parentes, conſanguineos, & affines, *l. de tutela, ff. de in integr. reſtitut. l. ſi vicinis ſcientibus, C. de nupt. Bart. in l. de ætate, & in l. 1. ff. ſi cert. petatur*, & quamvis aliqui ex affectione forte ſuſpectum eorum teſtimonium non admittant, *l. parentes, Cod. de teſtibus*, attamen
2 re diligentius perpenſa, vix aliud invenitur, quam quod judicantis arbitrio probationes illæ ſunt relinquendæ, qui æqua lance exiſtimet ſingulis perſonarum, & litis circumſtantiis, & potiſſimum hoc, an neceſſitate ſāguinis majorem faciat ſuſpicionem, an in diverſum potius trahat res ipſa, ſuper qua teſtimonium fertur, quæ veriſimiliter nulli tám poteſt eſſe nota, quàm parentibus, cognatis, affinibus, & vicinis, *Gabriel Med. de reſtit. in integrum, f. 68.*

OBSERVATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Filiis an liceat exhæredare, vel præterire parentes?*

2 *Teſtamentum, quando redditur nullū ipſo jure, vel per querelam inofficioſi, & quid ſi pater præteritus ſit à filio emancipato?*

1 FIliis an liceat exhæredare, vel præterire parentes ſuos? Reſpondetur diſtinguendum eſſe inter patrem, & aſcendētem per lineam paternam, quoad patrem, & aſcendentem per lineam paternam, dic, quod ſi pater eſt à filio ex-
2 hæredatus ſine cauſa, teſtamentum eſt ipſo jure nullum, ſi verò eſt adjecta exhæredationis cauſa ingratitudinis, valet teſtamentum mero jure, ſed ſi ipſa cauſa non probetur, poreſt á patre impugnari per quærelam inofficioſi; ſi autem pater eſt præteritus á Filio in poteſtate, tunc ſivè adjecta, ſivè non ſemper teſtamentum eſt nullum, ſi verò ſit præteritus ab emancipato, tunc ſi non eſt adjecta cauſa pariter teſtamentum eſt ipſo jure nullum, ſed ſi adiecta eſt præteritionis cauſa, valet teſtamentum, ſed poteſt pater illud impugnare per contra tabulas, & hæc eſt communis opinio, ut atteſtatur *Guglielmus de Benedictis in 1. p. repet. c. Raynutius, fo. 207 in fine, Iulius Clar. lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum q. 48. num. 1. Reg. Merlin. controverſ. forenſ. tom. 1. controverſ. 12.*

OBSERVATIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Filia naturalis nupta viro legitimo, & naturali, efficitur legitima, & redditur ratio.*

1 FIlia naturalis nupta viro legitimo, & naturali, efficitur legitima, ut per

 An-

Angel.in §.*quod vero auth.quibus modis*
*naturales effic.ſui, gloſ.in l.*1.*C.de in jus*
vocando, ſequitur *Tiraquell. de legibus*
*connub.lib.*1.*gloſ.*1.*nu.* 18. nàm dicto ca-
ſu quamvis incapax, ex viri capacitate
fit capax, *Bald.in l.ſi quis verſ. & ſi fi-*
liam naturalem,C.de naturalibus liberis;
*Decius in l. fœmina nu.*9.*ff.de regul. jur.*
Reg. Capyc. Latro in deciſ. 99. *num.* 29.
& 30.

OBSERVATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata de bonis paternis,poteſt pe-*
tere paragium in bonis maternis, iure
conſuetudinario non obſtante.
2 *Filia dicitur congruè dotata inſpectis*
bonis patrimonii paterni, reſpectu tẽ-
poris mortis ipſius patris, non autem
dotationis.

1 FIlia dotata de bonis paternis, poteſt
petere paragium in bonis maternis,
nàm licet de jure conſuetudinario uni-
ca dotatio ſufficiat, hoc locum habere
poteſt in illa ſucceſſione, ubi non ha-
bet legitimam, ſed non in bonis mater-
nis, in quibus ſibi competit legitima,
prout expreſsè dixit *Napodan. in con-*
*ſuetud.ſi moriatur num.*96. *& in conſue-*
tud.ſi qua mulier. verſ.de bonis num. 24.
*de Franch.deciſ.*87.
2 Filia, ut dicatur congruè dotata, cõ-
ſideranda ſunt bona, & quantitas pa-
trimonii paterni, reſpectu temporis
mortis ipſius patris, non autẽ reſpectu
temporis dotationis, *l. etiam,*§.*fin.ff.de*
bonis libertorum, l. cum quæritur, ff. de
inoffic. teſtamento, Mantica de tacitis
*lib.*12.*tit.*24.*num.*7.*verſ. verum*, quod
tamen intelligũt, quando filia congruẽ-
ter non dotatur habito reſpectu ad fa-
cultates tempore nuptiarum, *Mantica*
ubi ſupra num. 2. *cum aliis adductis* per
*Caſtill.in deciſ.*203.*num.*8.*cum ſeq.*

OBSERVATIO LIX.

SVMMARIVM

1 *Forma à lege tradita ad unguem eſt ſer-*
vanda, & nihil addi, nec detrahi po-
teſt.
2 *Formæ omiſſio, etiam in parte minima*
vitiat actum.
3 *Forma, quæ eſt individua in totum eſt*
ſervanda, & ſi receditur à parte, ſit
receſſus à toto.
4 *Quando lex prohibet, & reſiſtit contra-*
ctui, non valet actus, neque poteſt ra-
tificari, etiam accedente voluntate il-
lius, in cuius favorem annullatur.
5 *Forma inducta ad juris rigorem conſer-*
vandum nemini parcit.

1 FOrma à lege tradita ad unguẽ eſt ſer-
vanda,& nihil addi, vel detrahi po-
teſt *Bal.in l.quoties col.*1.*n.*4.*C.de ſuis,et*
2 *legitimis*,& omiſſio formę,etiã in quali-
bet minima parte vitiat actũ *DD.in c.pi-*
ſanis de reſtit.ſpoliat.Bart.in l. legitimo-
rum in fine, ff.de legit.hæred. per *l.fin.*§.
omnem, C.de adminiſtratione tutorum,et
formæ inductæ per ſtatutum non poteſt
renuntiari, neque cum juramento, *Ro-*
*lan.conſ.*72.*num.*57.*lib.*3. *& conſ.*60.*nu.*
31.*lib.*4. *Menoch.de arbitr.lib.*1.*q.*30.*n.*
6. *Ruin.conſ.* 158.*num.*1.*lib.*4.ubi,quod
3 quando lex prohibet, & reſiſtit contra-
ctui,non valet actus,etiam volente illo,
in cuius favorem annullatur, ideò ne-
que poteſt ratificari,nec tali nullitati re-
nuntiari,*Burſat.conſ.*42.*num.* 12.17. &
18.*lib.* 1. poſt *Innocentium*, & alios in
cap. prudentiam in princ. de offitio deleg.
*Bar.in l.licet de judic. Oſaſcb. deciſ.*166.
*num.*7.*& deciſ.*172.*num.*17.*et* 18.*Surd.*
*deciſ.*268.*nu.*8.*&* 9.prout paſſim,quan-
do ſtatutum reſiſtit contractui, nõ datur
aliqua voluntas prohibitionis per eum,
ad cujus favorem ſit prohibitio, *Tiraq.*
*de legib.connub.gloſ.*8.*num.*98.*fol.*.366.
*Gratian.diſcept.for.*691.*num.*8. *cum ſeq.*
4 & forma inducta ad juris rigorem con-
ſervandum nulli parcitur,etiam mulieri
minori,& ruſtico, ut in ſpecię latè com-
probat *Natta conſ.*514.*num.*7. *uſque ad*
11. *& Rota diverſ. dec.*72.*num.*10.*uſq;*
ad 19.*p.*2. prout forma introducta per
legem circa confectionem inventa-
rii eſt ad unguem ſervanda tanquam
pertinens ad ſubſtantiam negotii. *idem*
Gratian. diſcept. cap. 767. *num.* 16.
5 & 17.& quia forma eſt individua in to-
tum eſt ſervanda, itaut ſi recedatur à
parte ſit receſſus à toto, quamvis in
mini-

minimo recederetur *Butrig.in cap.fin.in 7.notab.de reſtit.ſpoliat.Dec. in cap. prudentiam in 4. notab.de offic. deleg. Cencius in tract.de cenſib.p.2.cap.1. q.1. nu. 13.* ubi latè fundat, quod forma præciſè adimplenda eſt,& formæ omiſſio,etiã in qualitate, vel minima vitiat actum, *Bald.Imola, & alii in l.1.ff.de liber. & poſthum. Butrig.in cap.fin. in 7.notab. extra de reſtit.ſpoliator. Dec. in d.cap. prudentiam in 4.notab.de offic. deleg.*

OBSERVATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Fortitudo quid ſit, & in quo conſiſtat?*

1 FOrtitudo eſt virtus animi, virtute cujus Princeps firmiter, & immobiliter operabitur, ità *D.Thomas 2. 2. q. 123.art.1.& 2.& Cicer.lib.3.de finib.* ubi ſic qui magno eſt animo, atq; forti omnia,quæ cadere in hominem poſſunt deſpicit, & pro nihilo putat,atque iſte vir altus, & excellens magno animo verè fortis infra ſe omnia humana ducit, & idem *Cicero 1. de offic. ait* Fortitudinis eſſe proprium nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſſit in tollerandum putare, ut refert *Pater Fragoſa de regim. Reipublica Chriſtiana p. 1. lib.1.diſp.1.de virtutibus Principis §.2.n.30.*

OBSERVATIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Flumina in Regno licet navigabilia, sũt privata ex forma privilegiorum, & inveſtiturarum Regni, ſecundum quã aqua,flumina, & decurſus aquarum ſunt Baronis, in cuius ſunt territorio.*

1 FLumina in noſtro Regno Neapolitano licet ſint navigabilia ſunt privata ex forma privilegiorum, & inveſtiturarum Regni, ſecundum quam aquæ, flumina, & decurſus aquarum ſunt Baronis, in cuius ſunt territorio,ut teſtatur *Lucas de Penna in l.uſum aqua n.12 C.de Aquaductibus lib.10. Loffred. conſ. 13.num.6.& 7. Lanarius conſ. 39. nu.5. Regeus de Marin.lib.1.quot. cap. 16.nu. 11.Camillus Borellus de præſt.Reg.Catth. cap.8.à nu.37. Reg.Capyc. Galeota lib.2. controv.cap.52.num.13. Reg. Salern.deciſ.21.num.3.Couſil. Arias de Meſa var, reſol.lib.2.cap.42.n.13.*

OBSERVATIO LXII.

SVMMARIVM

1 *Reſtitutio in integrum an ſit deferenda fratri minori qui cum tutoris authoritate ultra vires patrimonii dotavit ſororem.*

2 *Dos data à fratre minori cũ authoritate Tutoris viro eius ſororis, non dicitur exceſſiva, ſi nobilitas viri patiatur illas dotes de paragio, ideoque minor cum non ſit deceptus non poteſt petere reſtitutionem in integrum adverſus dictam dotationem.*

3 *Nobilitas cum nummis compenſatur.*

1 FRater minor, ſi cum authoritate tutoris dotavit ſororem ultra vires patrimonii,an in integrum reſtituatur? Reſpondet *Napod.* ſic,niſi conditio,ſeù nobilitas viri patiatur illas dotes de para-
2 gio, quia tunc minor non eſt deceptus, ut notant *DD.in l.1. C.ſi adverſus dotẽ, Napod. in conſuetud.ſi moriatur de ſucceſſ.ab inteſt.num.57.fol.98. Franc. de Amicis in tract. nobilitatis*, ſubtiliter materiam tractat, & plures utiliſſimas quæſtiones reſolvit, & ratio eſt, quia
3 nobilitas cum nummis compenſatur, *Bart.& Bald.in l.ſi voluntate C.de dotis promiſſione* ubi *gloſ.marginalis in d.l. in verbo petentibus*, notat, quod nobilis præſumitur donare, quia donare procedit à nobilitate *cap.1. de donat. Barb. in cap.ſedes de reſcript.*

OBSERVATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum conſumptorum extimatio facienda eſt inſpecto tempore recollectionis*

nis, vel ſaltim juxta tempus conſumptionis, & deciſio S.C. adducitur.

1 Fructuum conſumptorum exiſtimatio illa ſpectanda erit iuxta valorē fructuum tempore illorū perceptionis, ut egregiè reſpondit *Ioann. Anan. in cōſ.* 28. *num.* 13. vel ſaltim, ut docuit *Bald. in l. 2. in fin. C. de fructibus, & litium expenſis, verſ. quaero haeres percepit iuxtà tempus conſumptionis*, quod notandum eſt, maximè, ut affert *Menoch. de recuperanda poſſ. remed. 15. q. 15. nu. 599. Trētacinq. variar. reſol. de aliment. reſolut. 1. num. 3. Roman. conſ. 454. num. 26. & ſing. 90. Reg. Tapp. deciſ. 8. Sacri Conſilii, Horat. Mandoſ. in addit. ad d. cap. 454. Roman. in verb. fructuum Innocent. in cap. conſultationibus de jurepatron. Curt. jun. conſ. 71. idem Felin. in cap. ad cauſam num. 37. de conſtit.*

Deciſio S.R.C

OBSERVATIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Gradus proximitatis deſumitur à moriente, qui tenet rem reſtitutioni obnoxiam.*
2 *Proximitas ſanguinis ſumitur à primo acquirente, gradus verò à moriente.*
3 *Conſtitutio Regni incip. Vt fideiuſſionibus proſpexit tenētem feudum, nō autem primum acquirentem.*

1 Gradus proximitatis in Regno noſtro deſumitur à moriente, qui tenet rem reſtitutioni obnoxiam; hinc dicimus ſanguinem ſumi à primo acqui-
2 rente, gradum verò à moriente, qui ręnet, ut per *Camill. de Curtis in ſuo diverſorio feudali, fol. 57. num. 3. Io: Andr. de Georgio allegat. 21. num. 31. & Montan. in repet. legis Imperialem ſub num. 126. ex Conſtitut. Regni noſtri*, quae incipit, *ut de ſucceſſionibus*. Quae Conſtitutio ex-
3 plicans perſonas ſucceſſuras proſpexit tenentem feudum, non autem primum acquirentem, ibi in *text. feuda tenenti*, & *Andr. in cap. 1. num. 5. tit. Imperator*, *Lotarius* hanc ſequitur opinionem in *verſ. & proximior iſte in gradu*, ſcilicet, cui ſuccederet, & alia videnda ſunt penes dictum *Montan. contr. 3. num. 12. cum ſequent.*

OBSERVATIO LXV.

SVMMARIVM

1 *Verba ennunciativa, quando diſponant.*
2 *Confeſſio geminata, licet invalida eſt plena confeſſio.*
3 *Actio ex pacto nudo non oritur, ſecus ſi ſit geminatum.*
4 *Interlocutoria geminata revocari non poteſt.*
5 *Confesſio geminata eſt irrevocabilis.*
6 *Voluntas teſtatoris geminata magis eſt ſervanda.*

1 Geminatio, ſeù reiteratio actus dat robur, & validitatem actui ſimplici, & invalido, nàm verba enunciativa regulariter nō diſponunt, ut ex *l. ex hac ſcriptura, ff. de donat.* tamen ſi geminentur tunc diſponunt ſecundum *Bart. in l. cum ſcimus, C. de Agric. & cenſ. lib.* 11. & ex confeſſione invalida geminata plena
2 oritur confeſſio, *Cyn. in l. 1. C. de confeſſ.* & licet ex pacto nudo nō oriatur actio,
3 ut in *l. juriſgentium, §. ſed cum nulla, ff. de pactis*, ſecus ſi ſit geminatum, quia
4 tunc ex eo oritur actio, *Angel. & Salycet. in l. petens, C. de pactis*, & geminata interlocutoria non poteſt revocari con-
5 tra *l. quod iuſſit, ff. de re iudicata*; item confeſſio geminata eſt irrevocabilis, etiam reſpectu erroris, *Ludovic. Roman.*
6 *in conſ. 346. incip. in hac cauſa in 2. col.* & quod geminata teſtatoris voluntas magis ſit ſervanda, habetur in *gloſ. l. ſi ſtipulatus in princ. ff. de uſuris, Decian. in conſ. 49. vol. 1. num. 18. & idem in conſ. 1. num. 200. vol. 1.*

OBSERVATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Generalia non extenduntur ad caſum veriſimiliter non cogitatum.*
2 *Clauſula generalis debet reſtringi ad ſimilia ſpecificatis, neque comprehendere*

dere poteſt maiora expreſſis.
3 *Generalitas reſtringitur ad naturam rei, de qua ſit diſpoſitio.*

1 GEneralia non extenduntur ad caſū
veriſimiliter nō cogitatū, *l. qui ju-*
re militari, ff. de militari teſtam. Menoch.
2 *conſ. 84. num. 42. vol. 1.* Item generalis
clauſula reſtringi debet ad ſimilia ſpeci-
ficatis, neque poteſt comprehendere
majora expreſſis, *l. fin. §. dulcia, ff. de trit.*
vino, & oleo legato, Decian. conſ. 19. nu.
80. & notatur in *l. doli clauſula* 119. *ff.*
3 *de verb. obligat.* & generalitatem reſtrin-
gi ad naturam rei, de qua ſit diſpoſitio,
conſuluit *Decian. in conſ. 57. num. 60. &*
in ſeq. vol. 1.

OBSERVATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Gubernatores Civitatum, vel Provinciarum quid facere debeant circa utilitatem illius loci, quem gubernant?*
2 *Taxa pretii victualium pro bono publico quolibet anno eſt facienda.*
3 *Taxa victualium fieri debet poſt feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ, quod celebratur octava die Septembris.*
4 *Fertilitas victualium in uno anno ſolet fieri melior, quàm in altero.*
5 *Pretium victualium augeri, & minui debet ſecundum exigentiam temporis.*
6 *Vendere nemo tenetur invitus, limitatur in venditione victualium propter favorem victus hominum.*

1 GVbernatores Civitatum, vel Provin-
ciarum debent ſagaciter providere
circa utilitatem illius loci, quem regūt,
& gubernant cum conſilio civium, &
incolarum, qui melius ſciunt conditio-
nes locorum, *Alvar. in tit. de pace tenē-*
da eiuſque violat. §. poſt natales col. 3. in
princ. per *Bald. in l. hac edictal. §. his, C.*
de ſecund. nuptiis, debent etiam procu-
rare, ut pro tuitione boni publici, &
2 terrarum, & populorum quolibet anno
taxentur victualia, ut debito pretio ſol-
vantur, & vendantur, *l. 1. §. cura carnis,*
ff. de offic. præf. Vrbi, in *l. Decuriones, ff. de*
adminiſtrat. rerum ad Civit. pertin. & ta-
3 lis taxatio fieri debet poſt feſtum Nati-
vitatis Divæ Mariæ, quod celebratur 8.
die Septembris, de quo feſto habetur in
cap. fin. extr. de feriis, & in *l. omnes, C. eo-*
dem tit. & fiunt iſta tali tempore, quia
4 tunc omnia ſunt collecta ex agris, quæ
pertinent ad victum, & vitam hominū,
eo quia in uno āno eſt melior fertilitas,
5 quam in altero, debet igitur pretium au-
geri, & minui ſecundum exigentiam tē-
poris, *l. fin. in princ. ff. ad l. Iuliam de an-*
6 *nona*, & licet nemo invitus teneatur ven-
dere, hoc eſt ſpeciale propter favorem
victus hominum, & quia res expoſitæ
ſunt venales, ſecus in aliis rebus, quia
ibi quilibet cenſetur moderator, & ar-
biter rerum ſuarum, *l. in re mandata,*
C. mandati.

OBSERVATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ex contractibus defuncti tenetur.*
2 *Hæres adiens hæreditatem, voluntatē defuncti confirmare intelligitur.*
3 *Repudiatio non admittitur, hæreditate ſemel adita.*
4 *Hæres adeundo dicitur quaſi cōtrahere.*

1 HÆres ex defuncti contractibus te-
netur propter regulam: ſemel adi-
ta hæreditate omnis defūcti volūtas ra-
ta cōſtituitur. *l. ſi patrono, §. 2. ff. ad Tre-*
bellianum, & nō poteſt oppugnare, quo-
2 niam hæreditatem adiens defuncti vo-
luntatem confirmare intelligitur in *l. ſi*
ab eo, C. de liber. cauſa, tex. in l. cum à ma-
tre. C. de rei vendic. ubi filius domum ſuā
à matre venditam, pro qua parte hæres
eſt, vendicare non poteſt, faciunt *l. ſi ab*
eo, C. de negotiis geſtis, & l. 3. Cod. de rebus
alien. non alien.
3 Hæreditate ſemel adita, quod eius re-
pudiatio non admittatur conſuluit *De-*
4 *cian. in conſ. 89. vol. 2.* hæres enim adeū-
do dicitur quaſi contrahere *l. apud Iu-*
lianum, § finali, verſ. etenim, ff. ex quibus
cauſ. in poſſeſſ. eatur.

OBSERVATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſcriptus in teſtamento carente omni vitio viſibili mittẽdus eſt in poſſeſſione bonorum, quæ tempore mortis tenebantur per defunctum, & quid exiſtente legitimo contradictore?*

2 *Hæres infra quantũ tempus tenetur conficere inventarium.*

3 *Hæres pendente tempore confectionis inventarii, non poteſt à creditoribus cõveniri.*

4 *Hæres ſi confecerit inventarium ante trimeſtre tempus, poteſt à creditoribus conveniri, non expectato fine dicti trimeſtris.*

5 *Actio realis competit creditoribus contra hæredem, etiam durante tempore ad conficiendum inventarium, quia ut quilibet poſſeſſor convenitur.*

1 Hæres ſcriptus ex ſola inſpectione teſtamenti carentis omni vitio viſibili, mittendus eſt in poſſesſionem rerum, quæ tempore mortis per defunctum tenebantur, niſi appareat legitimus contradictor, ſi autem apparet immittitur cauſa cognita ſi allegationes illius contradictionis non ſunt legitimę, ſecus autem ſi ſunt legitimæ, ut quia oſtendat ſe habere potiora jura, vel pręſcripſiſſe bona, in quorũ poſſeſſione hæres mitti ſe poſtulat, *l. fin. C. de edicto Diu. Adrian. tollend.* ubi *DD.*

2 Hæres cũ benef. l. & inventarii habet trimeſtre tempus ad conficiendum ſi res præſto ſint, vel ſi abſuerint intra annale ſpatium, et durante hoc tempore, non poteſt à creditoribus conveniri, ut in *l.*
3 *fin. C. de jure deli.* tamen ſi ante dictum tempus inventarium compleverit à creditoribus conveniri poterit non expectato fine totius trimeſtris, ità tradit *Capolla caut.* 223. *Monticul. de inventario gloſ.* 56. *Phanuc. in eod. tract. p.* 4. *num.* 6. & in materia feudali, docet *Iacobin. in l.*
4 *fin. §. fin. num.* 9. *C. qui admitt.* Poterit tamen hæres durante tempore prædicto ad conficiendum inventarium conveniri actione reali, quia convenitur ut quilibet poſſeſſor, argum. *tex. in l. ſi de eo, §. fin. ff. ad exhibend. in d. §. donec, Odofred. Guglielm. de Cun. Bald. Angel. Salyc. Paul. de Caſtro, & alii de Franch. in dec.* 352. *num.* 3. *cum ſeq.*

OBSERVATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes licet ſint plures, regulariter actiones competunt contra quemlibet pro hæreditariis portionibus.*

1 Hæredes licet ſint plures regulariter actiones competunt contra quemlibet pro portionibus hæreditariis *l.* 1. & 2. *C. de action. hæred.* fallit tamẽ in quinque caſibus. Primo, ſi aliquid individuum eſt in obligatione, tunc quilibet ipſorum tenetur inſolidum. *l. in executionibus, §.* 2. *ff. de verbor. obligation.* Secundo, ſi res, quæ debet reſtitui ab uno inſolidum poſſideatur, *l. ſed mihi, §. hæres, ff. cõmodati.* Tertio, in alimentis legatis, quę pro volũtate defũcti, vel Iudicis, vel ab uno inſolidum, vel à pluribus pro partibus deſignatis peruntur, *l.* 3. *ff. de alim. legatis.* Quarto, ſi teſtator ab uno hærede legaverit creditori animo compenſandi, tunc enim ille hæres uſque ad quãtitatem legati onus debiti ſubſtinebit, *l. cum ab uno, ff. de legat.* 2. Quinto, in impenſa funeris uxoris, quæ non tantum adſtrinxit hæredes pro hæreditariis portionibus, ſed etiam virum pro portione, quæ pervenit ad eũ de dote uxoris ſuę, utpotè ad eum pervenerunt centum, & in hæreditate ſunt bis centum, ipſe tenetur pro tertia, & hæredes pro duabus partibus, *l. veluti, ff. de relig. & ſũpt. funer. Guid. Pap. in ſingul. ſuis n.* 297

OBSERVATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Hæres adiens hæreditatem videtur habere rata omnia geſta per defunctum.*

2 *Alienatio feudi facta per patrem illegitimè nocet filio, ſi patris ſit hæres, etiã confecto inventario, quatenus eſt in hæreditate.*

Hæ-

1 Hæres adiens hæreditatem videtur
habere rata omnia geſta per defũ-
ctum; immo etiam in alienatione feudi
2 facta per patrem illegitimè nocet filio,ſi
patris ſit hæres,ex *Iſernia*, *& Roman.*
tradidit *Præpoſitus in cap.Imperialem n.*
7. Alex.conſ.29.num.16. lib.5. Ripa lib.
2. reſponſ. 3.cap.16.num.5. quibus cõ-
ſonãt quæ tradidere *Bal.Alvar.et Præ-*
poſ.in §. & quod dixere, *Accurſ. &*
Bart.per text.in l.ſolutum, §.ſolutum.ff.
de pignor.actione; vendicat ſibi locum,
etiam confecto,à filiis inventario, qua-
tenus ultra legitimam ad eos pervenit,
§. non ſolum,inſtit. de legatis, cum aliis
latè adductis per *Petrum Anton. Anguiſ.*
in materia feudorum conſ.1.à n. 19. cum
ſeqq.

OBSERVATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inventarium, non tenetur ultra vires pro legatis piis, ſicut Eccleſia.*

2 *Hæres gravatus reſtituere hæreditatem deducit dotes maternas, & omne ſuũ creditum, etiam ſi non fecerit inventarium reſpectu fideicommiſſarii.*

1 Hæres non conficiens inventarium non tenetur inſolidum pro legatis piis,ſicut Eccleſia:quia cũ Eccleſia in exigendo forum cõſcientiæ ſequi ſoleat, non urgebit ultrà vires hæreditatis hæredem, etiam quod non confecerit inventarium, ex adductis per *Præſid. de Franch.in deciſ.536. nu. 29.*

2 Hæres gravatus reſtituere hæreditatem deducit dotes maternas, *Caſtr. in conſ.77.in 1.dubio lib.2.Natta conſ.255 num.7. Bald.conſ.65.nu.13. vol.2.* & eſt generale, quod hæres gravatus onere reſtitutionis deducit omne ſuum creditum,etiam ſi non fecerit inventarium, *Caſtr. in l. ità tamen, §.ſi ex Trebellianica,num.3.ff.ad Trebell.Surd.in conſ.7. n. 23. Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ità p. 5.num.64.ff.ad Trebellian.*

OBSERVATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inventarium tenetur inſolidum legatariis, & creditoribus,non autem fideicommiſſario.*

2 *Actiones hæredi competentes non omnino confunduntur, ſed in reſtitutione fideicommiſſi reviviſcunt.*

3 *Hæres gravatus detrahit quicquid ſibi debebatur à defuncto.*

1 Hæres non conficiens inventarium
tenetur inſolidum legatariis,& cre-
ditoribus,non autem fideicommiſſario,
Cuman.in conſ.37. Quidam,Ripa in cõſ.
512.num.7. ubi dicit actiones non om-
ninò confundi, ſed in reſtitutione fidei-
2 commiſſi reviviſcere,*l.ſi hæres,§. ex tre-*
bellianica, ff. ad Trebell. & quod aditio
hæreditatis tali caſu vim habet ſolutio-
nis,*l.Stychũ,§.aditio,ff.de ſolution. Nat-*
3 *ta in cõſ.355.n.7.*ubi ait,quod gravatus
hęres detrahit quicquid ſibi á defuncto
debebatur,*l.ab õnibus,§.fin. ff.de legatis*
1.l.imponendo, & l.irritum,C.ad l.falci-
diam,Io:Ant.Trigona ſing.1. num.4.

OBSERVATIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Hæres adeundo ſtatim ſibi ſolviſſe videtur, & tantò minus inveniſſe in hæreditate, & tenetur reſtituere,quod in hæreditate invenit urgentibus creditoribus.*

2 *In fideicommiſſo illud tantùm cenſetur adeſſe, quod ſupereſt deductis oneribus.*

3 *Hæres animum,ſivè intentionem defuncti declarare non poteſt.*

4 *Hærede non conficiente invẽtarium, actiones confunduntur.*

1 HAeres adeundo videtur ſtatim ſibi ſolviſſe, & tantò minus inveniſſe in hæreditate, *Menoch.conſ.183.nu.35. & ſeq.* tenetur ſolùm reſtituere quod invenit in hæreditate, *l. in fideicommiſ-*

2 *ſariam,§.quoties, ff.ad Trebell.* & illud
ſolùm cenſetur eſſe in fideicommiſſo ,
quod ſupereſt,deductis prædictis , *l. qui*
quadraginta, verſ. & quod hæres , ff. ad
Trebell.

3 Hæres non poteſt declarare animum,
ſeù intentionem defuncti,*gloſ.in l. idem*
Pomponius, *§.ult.* ubi *Bar. Bald. & An-*
gel.ff.de rei vind. cum multis apud *Ty-*
raq. in l.ſi unquam , verſ.revertatur , n.
302.C.de revocan.donation.Gabriel lib.1
tit.de regul. juris,concluſ.3.nu.74.Natta
conſ.439.num.8. Surd. conſ.7. num.10.

4 Hærede non conficiente inventarium,
confunduntur actiones, ſecus verò con-
ficiente inventarium , quia regulariter
non confunduntur, *l.fin. §.ſin verò , &*
ipſe,Cod.de jur. delib.gloſ. & DD. in l.ſi
debitori, C.de pactis,Corn.conſ.192. n.7.
vol. 2. ubi refert alios *Menoch. in conſ.*
89.num.31.

OBSERVATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Hæres gravatus an poſſit in vita reſti-*
tuere bona fideicommiſſo ſubiecta
poſt ejus mortem , etiam in præjudiciũ
creditorum?

1 HAeres gravatus poteſt in vita reſti-
tuere bona ſubjecta fideicommiſſo
venienti poſt ejus mortem,*l.poſt mortem*
12.C.de fideicomm. ubi *gloſ.Bald. Angel.*
in l. uxorẽ,§.Scævola,ff.de legat.3.Bald.
in Rub.C.de his,quæ in fraud.creditor. n.
11.Alex.in l.ſi antè, ff.ad Trebell. & ità
pluries per *Rotam Roman.* fuiſſe deciſum
teſtatur *de ſubſtit.deciſ.602.num.1.* quod
procedit etiam ſi talis reſtitutio præju-
dicet creditoribus , quia qui fideicom-
miſſum antè mortem reſtituit , non vi-
detur fraudare creditoribus, ſed potiùs
plenam fidem adimplere, & magis fide-
liter facere,*l.patrem 19. ff. quæ in frau-*
dem creditorum.

OBSERVATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vendens ſimpliciter juſſu teſta-*
toris non expreſſo pretio læſus ultra di-
midiam uti poterit remedio l. 2. C.de
reſcind. vend.

2 *Hæres vendens pro pretio à Teſtatore*
taxato nõ poterit ex circumventione
agere.

3 *Pretium ſi non eſt condignum rei , à de-*
nominatione emptionis recedimus.

1 HAeres vendens ſimpliciter juſſu te-
ſtatoris non expreſſo pretio , læſus
ultra dimidiam, uti poterit remedio *l.2.*
2 *C.de reſcind.vendit.* quod ſi pretium te-
ſtator taxaverit,quo vendere debeat, &
tunc non poterit ex circumvẽtione age-
re,per *l.Imperator,§.ſi centum , ff. de le-*
gatis 2.l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe,de leg.
*1.*ubi *Bart. Bal. Iaſon. Alex. & alii ſe-*
quũtur Roman.& Alex.in l.ſi quis cum
aliter, ff. de verbor. oblig. & ibi *Aretin.*
col.fin. & per *l.etiam , §.quod ſi quis ,*
ff. de petit. hæred. Cremenſ. in d. l. 2.
in 28.ampliat. & in *6.limit.Tyraquellus*
in fine primi retract. n.5. & 9. Pinell. in
d.l.2.cap.1.num.19. Cagnol.num.167. in
26.q.Barbatus,& alii in l.cum dilecti,de
empt. & vendit. quia in primo caſu de
juſto pretio re vendenda intelligitur ad
gloſ. & DD. in d. l. ſi fideiuſſor, §. memi-
niſſe ; l.non dubium,§.1.l.ſi primus actor,
§.fin.ff.de petit. hæred. l. cum quaſi, §.ſi
plures,l.alienatio , §.ſi cuius , ff. de fidei-
commiſſ.libert. notant *Bart. & DD. in l.*
1. C.de Metall. & metallar. lib. 11. in l.
uxorem , §. agri plagam,de legatis 3. ar-
gum.l.ſi cui fundus de leg.2. l. ſi cui fun-
dus,ff.ad l.falcid.Iaſon in l.ſi fundum
§.ſi libertas nu.13.de legat.1. Tyraquell.
in 1.retract.§.1.gloſ.18.n.2.Roland.conſ.
7.num.8.in 3. Mantica de conjectur. ulti-
mar.volunt.lib.3.tit.18. num.14. & in
tacitis conventionibus lib.4.tit.20. n.20.
Quandoquidem cùm pretium non eſt
3 condignum rei, à denominatione emp-
tionis recedimus , ad *gloſ. in l.1. §.1.*
verb.agendo,ff.de ſuperfic. Bald. in l. ex
conventione num.1. C.de pactis, Iaſon in
l.1.n.23.ad finẽ,C.de jure emphit. et conſ.
45.nu.3.in princ.Hyppol.ſing.105. quod
incipit *ubicũque, Menoch.de retin.remed.*
4. num.24. taliter quod juſto pretio non
ſuppoſito rei,idem eſt non reperiri emp-
torem,

torem, vel non juſto pretio emere volentem, *l.*1. & 2. ubi *Bald. & Salyc.C.ſi in cauſ.Iud.pig.gloſ.in verb.non inveniãt in l.à Divo Pio*, §.*ſi pignora*,ubi *DD.ff.de re judic. Belluc.in Specul.Princip.rub.*41. §.*leges Regni num.* 43. *in* 4.*caſu*, *Affl. deciſ.*358. *num.* 5. & 6. in ſecundo caſu ſufficit, quod teſtator juſſerit: namque in poſſe hæredis, vel legatarii legati eſt, ſi adeundo,vel legatum cum hoc onere recipiendo velint diſpoſitioni teſtatoris ſtare, ut adeundo, & acceptando teneantur, *d.l.Imperator de legat.*2. & de mandato teſtatoris pro alio cavetur, & ſolutum non repetir, nec validè ceduntur jura,ad pulchrum caſum *l.tribus*, *ff. de uſufruct. earum rerum,quæ uſu conſumuntur.*

OBSERVATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres gravatus poteſt in vita petere ſeparationem bonorum, in quibus remanet creditor, & adjudicationem, etiam ſi tempus fideicommiſſi non dum venerit.*

1 HAeres gravatus, etiam dum vivit poteſt adire judicem, & petere ſeparari ab eo bona, in quibus remanet creditor, & ea ſibi adjudicari, ad finem,ut de eis teſtari poſſit, *Caſtrẽſ. cõſ.*186.*in* 2.*p.in novis,ex Bal.in l. jubemus, C. ad Trebell.*& in *l.debitori*, *C.de pact.*etiã antè tẽpus fideicommiſſi teſtituendi, maximè ſi æs alienum ſolverit, *l.*1 *Cod.ad Trebell.l. ità nomen*,§.*qui ex Trebelliano,ff.eodem*, nàm non plus potuit relinqui, niſi alieno ære ſoluto, *l. Lutius*, §.*Titia ex aſſe*, ubi *Caſtrenſ.& Imol.ff.ad Trebell.l.fin.*§.*quatuor,ff.de legat.*2.*Fulgoſ.conſ.*82.*n.*33.

OBSERVATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres adeundo conſequitur dominium omnium rerum hæreditariarum, etiam ſub conditione legatarum, vel per fideicommiſſum relictarum.*

2 *Dominium acquiſitum ab hærede ſuper bonis ſubjectis reſtitutioni, reſolvitur purificata conditione.*

3 *Fideicommiſſi conditio ſi defecerit, hæres non dicitur aliquid acquirere, ſed acquiſitum retinere,*

4 *Fictioni, & retrotractioni ſit locus, quando legatum, & fideicommiſſum eſt purum, & poſtea deficit repudiatione, & dominium illud retrofingitur fuiſſe hæredis a die adita hæreditatis.*

1 HAcres adeundo conſequitur dominium omnium rerum hæreditariarum, *l.ſi ager* 51.*ff. de rei vendi. l.ſi hæres* 37.*ff.de acquir.hæred.* etiam ſub cõditione legatarum, vel per fideicommiſſum relictarum, quæ interim in hæreditate ſunt,*l.ſi ſur* 14. *ff.de uſufruct.l.*1.§.*ſervi,ff.qui,& à quibus*, *l. ſi ſub conditione* 16.*ff.quibus mod.uſusfruct.amit. l.non ideò minus* 66.*ff.de rei vendic.l. & poſt litem* 17.§.*magna,ff.ad l.falcidiam*; Adeo ut interim quaſi Dominus poſſit eas alienare, *l. ultima*, §.*ſin autem ſub conditione,C.commun.de legatis*, & quaſi cõfuſione extinguãtur ſervitutes,ſi quæ rebus illis à prædiis hæredis debebantur, vel è contra *l.Papinianus* 18.*ff. de*
2 *ſervit.* quod ſi poſtea conditio venerit, & locum habuerit legatum, vel fideicommiſſum, tunc reſolvitur illud dominium,& transfertur in legatarium, vel fideicommiſſarium, *d. l. ſi fur,l.ſi quis à multis* 14.§.*ultimo, ff. de noxal. actionibus,l.*1.§.*ſervus,ff.adSyllan.l.ultim.*§.*ſin autem ſub conditione, C. communia de le-*
3 *gatis*; Quod ſi conditio legati, vel fideicommiſsi deficiat, aut pendente conditione moriatur legatarius, vel fideicommiſſarius, tunc non dicitur hæres aliquid acquirere, ſed tãtùm acquiſitum retinere, cùm id quod adeundo res ſe immiſcendo jam fuerat cõſequutus, nunquam deſiit in ſuo dominio habere, ideoque hujuſmodi legata, vel fideicommiſſa reſpectu hæredis non dicuntur acquiſitiones, ſed retentiones, *l.in ratione in princ.ff.ad l.falcid.*& eodẽ ſenſu dicuntur apud hæredem manere,

vel remanere in *l.unica,§.in pri.et §.pro ſecundo, & §.ſin autem aliquid ſub conditione,C.de caduc.toll.l.Celſus ff.de leg. 2.l.id autem* 75.*§.ult.ff.ad l.falcid.* quia hæres non ſit Dominus, ſed Dominus eſſe non deſinit, prout deſineret, ſi locũ habuiſſet diſpoſitio dictæ *l.1. §.ſervi,ff. ad Syllan.* & non fictè per quandam retrotractionem, ſed verè hujuſmodi partes jam ab initio quæſitæ hæredi cen-
4 ſeantur: quia tunc fictioni, & retrotractioni locus eſt, quando legatum, & fideicommiſſum eſt purum, & poſtea deficit repudiatione, quia Dominium re vera tranſivit ipſo jure in legatarium, vel fideicommiſſarium, ſaltẽ ex die aditæ hæreditatis, *l.à Titio* 66. *ff.de furtis,l.ſervum filii* 46.*§.1.l.ſi tibi homo* 88.*§.cum ſervus.ff.de leg.1.l.ſervo invito* 72. *in princ. l. legatum* 82. *de legatis* 2.*l.1. §.utrum, ff. ſi quid in fraudem Patroni* ideò ſequens repudiatio non poteſt operari, ut hæres dici poſſit verè habuiſſe dominium, quia re vera fuit legatarii, vel fideicõmiſſarii, ſed fictè, & per quandam retrotractionem, quia legatarius, vel fideicommiſſarius repudians retrofingitur nunquam habuiſſe dominium, *d. l. tibi homo, §.cum ſervus de leg.2.& l.1.§.utrũ,ff.ſi quid in fraud. patroni*, perindè, ac ſi res illi non fuiſſet legata, aut per fideicommiſſum relicta, *l.legatarius,*38.*§.ultim.de leg.1.l. id autem* 75. *§.ultim.ff.ad l.facid.l.nàm ſicut* 36.*in prin.ff.ad l.Aquil.*& dominiũ illud retrofingitur fuiſſe hæredis ex die aditæ hæreditatis, *l.proindè* 8. *ff.ſi certum pet. d.l.ſervũ filii* 46.*§.1.de leg.1.d.l nãſicut* 36. *in princ. ff. ad l.Aquil.l.ſi hæres* 3.*ff. de manumiſſ.vindict.l.ſimiles* 32.*ff. de milit.teſtam.l.2.ff.de manumiſſ. Io: Ant. Bellon.conſ.* 84.*num.*40. & 41.

OBSERVATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an poſſit revocare alienationem feudi, factam abſque aſſenſu, & deciſiones per Regia Camera, & S. C. adducuntur.*

1 HAeres an poſſit revocare feudum alienatum ſine aſſenſu? Reſpondetur, quod poteſt fieri revocatio per hæredem ſecundum *Andr.in l.Imperialẽ 6. col.* quia dũ poterat defunctus revocare, eiuſdem juris debet eſſe hæres ejus, per *l.hæredem de regul. juris*, vel ſi fortè defunctus diſpoſuit fraudando hæredem, hæres venit contra factum defuncti, cùm in eo non repreſentet perſonam illius, *Bald.conſ.*82. *præponitur*, 1. *vol.* & in *l. defunctis,C.ſi in fraudem patroni, Afflict. in cap.1. num.*27. & 31. *de ſucceſſ. feud. Loffred.conſ.*1. & *conſ.*7. & in cauſa Regii Fiſci cum Duce Gravinæ, Io: Petro, & fratribus de Graſſo, & Iulio Morra, fuit per R.C.determinatum, referente Domino Bernardino de Sancta Cruce cauſæ Commiſſario poſtmodum Locũ-R.C. tenenente, & Magno Camerario de Menſe Iulii 1578. revocantem teneri tantum ad pretium, quo valebat tempore conceſſionis factæ, non obſtante promiſſione evictionis per concedentẽ facta, ad *l.1.C.de evict.* in Banca Io:Andreæ Coppola, olim de Mazzone, ut hodiè revocans vigore *Conſtit. Conſtitutionẽ Divæ memoriæ*, tenetur tantũ ad pretiũ, & intereſſe, & ẽptor tenetur reſtituere rẽ cũ fructibus, ut per *Capyc.in c.Imperialẽ,verſ.ũdè Imperator Federici,verſus fin.f.*41.& 42. prout per S.R.C.m e patrocinante anno 1660. fuit deciſum in beneficium Baronis Matii Palmerio contra Frãciſcum Perſonè ad relationem Reg. Conſ.Franciſci Rocco in Banca Franciſci Antonii Lombardo. *Deciſio S.C.*

OBSERVATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes antiquitus mortem defuncti non vindicantes privabantur hæreditate, hodiè tamen de communi conſuetudine non ſervatur, & redditur ratio.*

1 HAeredes non vindicantes mortem defuncti, privabantur hæreditate, *l.1.& toto tit.ff.& Cod.de his quib. ut*

ut indign. & *l.1.Cod. ubi cauſa fiſcales, Cancer.var.lib.2.cap.11.de pace, & tregua num.89.*verum in *num.90.* in dicto loco dicit, quod de communi conſuetudine receſſit ab Aula, quod hæres teneatur vindicare mortem defuncti, eo quod vix reperitur, qui ſine animi livore,& ſic ſine peccato ad vindictam,(etiã medio jure,accedere poſſit, *Anton.Scappa in tract.de jure non ſcripto lib.5.c.14. num.13.*

OBSERVATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas alicui delata, poteſt adiri intra 30.annos, ſed per Iudicem tempus poteſt abbreviari.*

2 *Tempus appellationis dierum quinquaginta poteſt per Iudicem abbreviari.*

1 HAereditas alicui delata, poteſt adiri
intra 30. annos, *l.licet 8. C.de jure
diliber.* ſed per Iudicem poteſt cohartari tempus prædictum, ſcilicet, quod intra annum adeat, quo elapſo ſi non adit, renunciaſſe videtur illi legali tempori, *Bald.in l.fin.in 6.oppoſit. C.qui admitt. Io:de Imol.in l.ſi quis inſtituatur,* §. *ſed ſi bonorum, ff. de hæred. inſtituend. Alex.in conſ.4.col.5.vol.2.* ità etiam pro-
2 ceditur in appellatione, in qua quamvis ſit præfixum tempus dierum quinquaginta,tamen poteſt per Iudicem abbreviari, & idem eſt, ac ſi tranſactum eſſet tempus dierum quinquaginta, *Afflict.in Conſtit. Regni incip. Appellationũ tempora,num.4.ſub tit.de appell.*

OBSERVATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres emphyteuta, qui ſe obligavit directo Domino in recognitionem directi dominii non juvatur exceptione inventarii.*

2 *Effectus qui oriuntur ex recognitione, quæ fit ab emphyteuta in beneficium Domini directi?*

3 *Cenſus emphyteuticus licèt plures ſint hæredes, à quolibet poteſt exigi.*

4 *Pactum, quod ſolutio cenſus non poſſit dividi,intelligitur licèt in inſtrumento non reperiatur poſitum.*

5 *Hæres in ſolidum obligatus ſi ſolverit cenſus, recuperabit portionem ſpectãtem aliis poſſeſſoribus.*

1 HAeres,qui ſe obligavit directo Domino in recognitionem directi Dominii ex cauſa fundi emphytheutici, in ipſum perventi, tám pro ſolutione canonum pro præterito, quàm in futurũ non poteſt apponere exceptionem diſcuſſionis inventarii, neque juvari decreto quatuor Aularum S.Conſ. quia dictam recognitionem,non ſolùm tenẽtur facere hæredes, ſed etiam quilibet poſſeſſor per *tex. in l.omnes,* §.*fin. ff.de uſufr.* quẽadmodũ ex *gloſ.& Bald.* inferũt ad vaſallũ, & *Bald.in l.plures apocas num.4.C.de fide inſtrum. in auth. ſi quas ruinas num.4.Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.* loquitur in emphytheuſi, prout per *Specul.in tit.de locato,* §.*nunc aliqua nu.191.verſ.ibi, Natt.conſ.382. Felic.de cenſib.lib.3.cap.fin.in fin.* quem unà cũ *Azev.Guid.Papa,Rodoan.Covarr.* refert *Rodriquez* loquẽdo de annuis redditibus *lib.2.q.19.ſub n.59.* dicens hanc re-
2 cognitionem, ſeù renovationem operari duo; Primo,ſcilicet confeſſionem, & probationem debiti in prejudicium recognoſcentis; Secundò, ut obligetur in forma quarãtigię,propter exequutionem paratam, prout etiam refert *Guttierez de tutela p.1.cap.1.n.24. verſ. etiã ſi Dominus directus hoc jus alteri vendidiſſet,adhuc illi ſe obligare adſtringeretur,* ex *deciſ. Dom. de Francb. 615.* nec
3 poteſt opponere, quod plures ſint hæredes, & poſſeſſores fundi emphitheutici, ità ut ſolutio cenſus ſpectet ad omnes:nàm reſpondetur, quod in controverſiã deduci nõ poteſt, ut unus ex poſſeſſoribus non poſſit ſe ad ſolvendum obligare, imò de jure dicuntur omnes rei debendi inſolidum, ut ex *Afflict. deciſ.113. num.5.*& in inſtrumentis em-
4 phytheuticis apponi ſolet pactum, ut ſolutio cẽſus debeat à quolibet fieri in-

ſoli-

vel remanere in *l.unica,§.in pri.et §.pro ſecundo*, *&* §.*fin autem aliquid ſub conditione,C.de caduc.toll.l.Celſus ff.de leg.2.l.id autem* 75.§.*ult.ff.ad l.falcid.* quia hæres non ſit Dominus, ſed Dominus eſſe non deſinit, prout deſineret, ſi locũ habuiſſet diſpoſitio dictæ *l.*1. §.*ſervi,ff. ad Syllan.* & non fictè per quandam retrotractionem, ſed verè hujuſmodi partes jam ab initio quæſitæ hæredi cen-
4 ſeantur: quia tunc fictioni, & retrotractioni locus eſt, quando legatum, & fideicommiſſum eſt purum, & poſtea deficit repudiatione, quia Dominium re vera tranſivit ipſo jure in legatarium, vel fideicommiſſarium, ſaltẽ ex die aditæ hæreditatis, *l.à Titio* 66. *ff.de furtis,l.ſervum filii* 46.§.1.*l.ſi tibi homo* 88.§.*cum ſervus.ff.de leg.*1.*l.ſervo invito* 72. *in princ. l. legatum* 82. *de legatis* 2.*l.*1. §.*utrum, ff. ſi quid in fraudem Patroni* ideò ſequens repudiatio non poteſt operari, ut hæres dici poſſit verè habuiſſe dominium, quia re vera fuit legatarii, vel fideicõmiſſarii, ſed fictè, & per quandam retrotractionem, quia legatarius, vel fideicommiſſarius repudians retrofingitur nunquam habuiſſe dominium, *d. l. tibi homo*, §.*cum ſervus de leg.*2.*&* *l.*1.§.*utrũ,ff.ſi quid in fraud. patroni*, perindè, ac ſi res illi non fuiſſet legata, aut per fideicommiſſum relicta, *l.legatarius*,38.§.*ultim.de leg.*1.*l.id autem* 75. §.*ultim.ff.ad l.facid.l.nàm ſicut* 36.*in prin.ff.ad l.Aquil.*& dominiũ illud retrofingitur fuiſſe hæredis ex die aditæ hæreditatis, *l.proindè* 8. *ff.ſi certum pet. d.l.ſervũ filii* 46.§.1.*de leg.*1.*d.l nã ſicut* 36. *in princ. ff. ad l.Aquil.l.ſi hæres* 3.*ff. de manumiſſ.vindict.l.ſimiles* 32.*ff. de milit.teſtam.l.*2.*ff.de manumiſſ. Io: Ant. Bellon.conſ.* 84.*num.*40. *&* 41.

OBSERVATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an poſſit revocare alienationem feudi, factam abſque aſſenſum? & deciſiones per Regiæ Cameræ, & S.C. adducuntur.*

1 HAeres an poſſit revocare feudum alienatum ſine aſſenſu? Reſpondetur, quod poteſt fieri revocatio per hæredem ſecundum *Andr.in l.Imperialẽ* 6. *col.* quia dũ poterat defunctus revocare, eiuſdem juris debet eſſe hæres ejus, per *l.hæredem de regul. juris*, vel ſi fortè defunctus diſpoſuit fraudando hæredem, heres venit contra factum defuncti, cùm in eo non repreſentet perſonam illius, *Bald.conſ.*82. *præponitur*,1. *vol.* & in *l. defuncti,C.ſi in fraudem patroni, Afflict. in cap.*1. *num.*27. *&* 31. *de ſucceſſ. feud. Loffred.conſ.*1. *&* *conſ.*7. & in cauſa Regii Fiſci cum Duce Gravinæ, Io: Petro, & fratribus de Graſſo, & Iulio Morra, fuit per R.C. determinatum, referente *Deci-*
Domino Bernardino de Sancta Cruce *ſio*
cauſæ Commiſſario poſtmodum Locũ. *R.C.*
tenenente, & Magno Camerario de Menſe Iulii 1578. revocantem teneri tantum ad pretium, quo valebat tempore conceſsionis factæ, non obſtante promiſſione evictionis per concedentẽ facta, ad *l.*1.*C.de evict.* in Banca Io: Andreæ Coppola, olim de Mazzone, ut hodiè revocans vigore *Conſtit. Conſtitutionẽ Divæ memoriæ*, tenetur rantũ ad pretiũ, & intereſſe, & ẽptor tenetur reſtituere rẽ cũ fructibus, ut per *Capyc.in c.Imperialẽ, verſ.ũdè Imperator Federici, verſus fin.f.*41.*&* 42. prout per S.R.C. me *Deci-*
patrocinante anno 1660. fuit deci- *ſio*
ſum in beneficium Baronis Marii Pal- *S.C.*
merio contra Frãciſcum Perſonè ad relationem Reg. Conſ. Franciſci Rocco in Banca Franciſci Antonii Lombardo.

OBSERVATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes antiquitus mortem defuncti non vindicantes privabantur hæreditate, hodiè tamen de communi conſuetudine non ſervatur, & redditur ratio.*

1 HAeredes non vindicantes mortem defuncti, privabantur hæreditate, *l.*1.*&* *toto tit.ff.& Cod.de his quib.*

ut

ut indign. & *l.1.Cod. ubi cauſa fiſcales*, *Cancer.var.lib.2.cap.11.de pace, & tregua num.89.* verum in *num.90.* in dicto loco dicit, quod de communi conſuetudine receſſit ab Aula, quod hæres teneatur vindicare mortem defuncti, eo quod vix reperitur, qui ſine animi livore,& ſic ſine peccato ad vindictam,(etiã medio jure,accedere poſſit, *Anton.Scappa in tract.de jure non ſcripto lib.5.c.14. num.13.*

OBSERVATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas alicui delata, poteſt adiri intra 30.annos, ſed per Iudicem tempus poteſt abbreviari.*

2 *Tempus appellationis dierum quinquaginta poteſt per Iudicem abbreviari.*

1 HAereditas alicui delata, poteſt adiri intra 30. annos, *l.licet 8. C.de jure diliber.* ſed per Iudicem poteſt cohartari tempus prædictum, ſcilicet, quod intra annum adeat, quo elapſo ſi non adit, renunciaſſe videtur illi legali tempori, *Bald.in l.fin.in 6.oppoſit. C.qui admitt. Io:de Imol.in l.ſi quis inſtituatur, §. ſed ſi bonorum, ff. de hæred. inſtituend. Alex.in conſ.4.col.5.vol.2.* ità etiam pro-
2 ceditur in appellatione, in qua quamvis ſit præfixum tempus dierum quinquaginta,tamen poteſt per Iudicem abbreviari, & idem eſt, ac ſi tranſactum eſſet tempus dierum quinquaginta, *Afflict.in Conſtit. Regni incip. Appellationũ tempora,num.4.ſub tit.de appell.*

OBSERVATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres emphytheutæ, qui ſe obligavit directo Domino in recognitionem directi dominii non juvatur exceptione inventarii.*

2 *Effectus qui oriuntur ex recognitione, quæ fit ab emphytheuta in beneficium Domini directi?*

3 *Cenſus emphytheuticus licèt plures ſint hæredes, à quolibet poteſt exigi.*

4 *Pactum, quod ſolutio cenſus non poſſit dividi,intelligitur licèt in inſtrumento non reperiatur poſitum.*

5 *Hæres in ſolidum obligatus ſi ſolverit cenſus, recuperabit portionem ſpectãtem aliis poſſeſſoribus.*

1 HAeres,qui ſe obligavit directo Domino in recognitionem directi Dominii ex cauſa fundi emphytheutici, in ipſum perventi, tàm pro ſolutione canonum pro præterito, quàm in futurũ non poteſt apponere exceptionem diſcuſſionis inventarii, neque juvari decreto quatuor Aularum S.Conſ. quia, dictam recognitionem,non ſolùm tenẽtur facere hæredes, ſed etiam quilibet poſſeſſor per *tex. in l.omnes, §.fin. ff.de uſufr.* quẽadmodũ ex *gloſ.& Bald.* inferũt ad vaſallũ, & *Bald.in l.plures apocas num.4.C.de fide inſtrum. in auth. ſi quas ruinas num.4.Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.* loquitur in emphytheuſi, prout per *Specul.in tit.de locato, §.nunc aliqua nu. 191.verſ.ibi, Natt.conſ.382. Felic.de cenſib.lib.3.cap.fin.in fin.* quem unà cũ *Azev.Guid.Papa,Rodoan.Covarr.* refert *Rodriquez* loquẽdo de annuis redditibus *lib.2.q.19.ſub n.59.* dicens hanc re-
2 cognitionem, ſeù renovationem operari duo; Primo,ſcilicet confeſſionem, & probationem debiti in prejudicium recognoſcentis; Secundò, ut obligetur in forma quarãtigię,propter exequutionem paratam, prout etiam refert *Guttierez de tutela p.1.cap.1.n.24. verſ. etiã ſi Dominus directus hoc jus alteri vendidiſſet,adhuc illi ſe obligare adſtringeretur*, ex *deciſ. Dom. de Franch. 615.* nec
3 poteſt opponere, quod plures ſint hæredes, & poſſeſſores fundi emphitheutici, ità ut ſolutio cenſus ſpectet ad omnes:nàm reſpondetur, quod in controverſiã deduci nõ poteſt, ut unus ex poſſeſſoribus non poſſit ſe ad ſolvendum obligare, imò de jure dicuntur omnes rei debendi inſolidum, ut ex *Afflict. deciſ.113. num.5.* & in inſtrumentis em-
4 phytheuticis apponi ſolet pactum, ut ſolutio cẽſus debeat à quolibet fieri inſoli-

ſolidum, & quod per hæredes non poſſit dividi, quæ conſuetudo facit, ut etiam ſi tale pactum non reperiatur poſitum in inſtrumento, cenſeatur tamen appoſitum, per *gloſ. in l. fin. ff. de fideiuſſ.* & plenè *DD.* præter *Iaſon in l. illa, Cod. de collat.* notant *Canon. in cap. cùm Marcus Ferrarienſis,* & ibi *Ripa de conſtit.* & juxtà dictam formã in omnibus, & per omnia tenentur ſucceſſores ſe obligare in forma quarantigiæ, ut dicunt *DD.* in locis ſupracitatis, & proindè ſi dictus
5 hæres, qui ſe inſolidum obligavit, ſolverit, recuperabit portionem ſpectantem aliis æquè poſſeſſoribus, ex diſpoſitione *text. in l. Creditor, C. de duobus reis,* etiã minoribus, ut ex pluribus latè cõprobavit *Alvarez Velaſq. de iure emphit. q. 35. ſub num. 4.*

OBSERVATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas in codicillis non datur, neque adimitur.*

2 *Teſtator ſi dixerit in teſtamento: Quē in codicillis hæredem fecero, hæres mihi ſit, & deindè ibi nominaverit Titium, ille hæres erit.*

3 *Hæreditas non adita ad alios nõ tranſmittitur.*

4 *Hæreditas an dicatur titulus lucrativus, vel oneroſus?*

5 *Dictio* interdum *quid importet?*

6 *Hæreditas, quæ ab indigno aufertur, an acquiratur ſucceſſuro poſt indignũ, vel Fiſco?*

1 HAereditas in codicillis non datur, neque adimitur, benè verùm, ſi teſtator dixerit in teſtamento: Quem in codicillis hæredem fecero, hæres mi-
2 hi ſit, & deindè ibi nominaverit Titiũ, certè ille hæres erit in portione, de qua in teſtamenro mentionem non fecerit, ad not. per *text. in l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* ubi *Bart.*

3 Hæreditàs non adita regulariter non tranſmittitur ad alios, *l. quoniam furorem, C. de jure deliber. l. 1. §. in noviſſimo, C. de caduc. toll. Bald. in l. unica, Cod. de his qui antè aper. tab. Iaſ. in l. ſi infanti, C. de jure deliber.*

4 Hæreditas, licèt ſit apta afferre damnum propter æs alienum, tamen quia frequentiùs contingit, quod affert lucrum, dicitur titulus lucrativus, *l. inter ſtipulantem, §. ſi rem, de verborum oblig. l. unica, C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10. §. ſi verò expectet,* ubi *Angel.* notat in *auth. de nupt. facit l. hæreditatem, ff. mandati*; hæreditas interdum damnoſa eſt
5 ex illa dictione (*interdum*) quæ denotat regulariter contingere oppoſitum, *l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquir. hæred. Natta conſ. 214. num. 7.*

6 Hæreditas indigno quando aufertur, cui accreſcat poſt indignum ſucceſſuro, vel Fiſco? *Decian. in conſ. 85. vol. 3.* conſuluit pro ſucceſſuro poſt indignum.

OBSERVATIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Homines dum docent diſcunt.*

2 *Theſaurus ſcientiæ, quomodo erogetur?*

1 HOmines dum docent, diſcunt, dicit *Seneca lib. Epiſtolarum epiſt. 7. circa finẽ*; Theſaurus ſcientiæ quomodò ero-
2 getur dicunt moderni, quod eſt erogatio digniſſima, quia loculentior remanet in doctore, & nihilhominus tranſit in diſcipulũ; ſic oratio mea, in ſinu meo convertebatur, *Andr. de Iſern. in c. habita, de ſtatutis, & conſtit. contra liber. Eccleſiaſt. in tract. de feudis.*

OBSERVATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentiæ in ſedendo attendendà eſt conſuetudo, præſertim quando juvatur ſpatio quadraginta annorum.*

2 *Vltimus ſtatus in preeminentialibus attenditur, & in præcedentiis non attenditur prioritas tẽporis, ubi adeſt majoritas dignitatis num. 3.*

4 *Conſuetuetudo, ut illa ſervetur quanto tempore inducatur?*

5 *Imago Sancti Petri quare pingitur a*

ſini-

ſiniſtris, Sancti Pauli à dextris?
6 *Canonici, & alii in Choro quomodo procedere debeant?*

1 IN ſedendo conſuetudini multùm attendendum eſt, dicit *Bald. in cap. 1. §. Marchio, in tit. qui feud. dare poſſunt* In præcedentiis ſtandum eſt conſuetudini, idem *Bald. in cap. olim de conſuetud. Rot. Rom. deciſ. 4. in fine de electio. in novis, Menochius conſ. 126. num. 3. lib. 2.* præſertim, quando talis conſuetudo juvatur ſpatio quadraginta annorum, nè dum immemorabili, *Gratian. diſcept. forenſ. c. 492. num. 9. p. 3.*

2 In præheminentialibus attenditur ultimus ſtatus *Cavalcan. deciſ. 589. per totam* in una præheminentiarum, ubi habetur, quod in judicio manutentionis, non quæritur de juſtitia poſſeſſionis, rationes autem ſpectant in petitorio.

3 Prioritas temporis ſervatur, in præcedentiis autem non attenditur, ubi adeſt majoritas dignitatis.

4 Conſuetudo ut illa ſervetur quanto tempore inducatur in hac materia, & multa circa hanc præcedentiæ materiam refert *Maſtrill. dec. 130. p. 2.*

5 Imago Beati Petri, quarè pingatur à ſiniſtris, Pauli autem à dextris? *Gratian. diſcept. lib. 1. c. 10. in fine*, ait, quod antiquitus præcedentia erat à ſiniſtris.

6 Præcedentiæ Canonicorum, & aliorum in Choro materiæ ſedes, in *cap. ſtatuimus de maior. & obedientia.*

OBSERVATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Imperatore depoſito, ea, quæ antè benè fecit non infirmantur.*
2 *Judicium integrum ſit, quod plurium ſententia confirmatur.*

1 IMperator licèt fuerit depoſitus, ea quæ antè benè fecit, non infirmantur, *l. fin. C. de ſent. paſſis, l. 1. de ſatiſd. & not. in gloſ. ff. de jure jurand. l. jusjurandũ, §. 1.* ſed ſequens Rex poteſt mutare,
2 quando vult, *l. diſponat, C. de legibus*; & integrum ſit judicium, quod plurimorũ ſententia confirmatur, ad *text. in c. prudentia, de officio delegati.*

OBSERVATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Identitas quomodo probetur?*
2 *Declaratoria ſequi non poteſt, niſi in probationibus liquidò per circumſtantias, & demonſtrationes declaretur.*

1 IDentitas debet probari ſaltim per duas demonſtrationes veras, ut per *Bart. & alios in l. demonſtratio falſa, in princ. in 7. quæſt. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 133. col. 4. vol. 1. & conſ. 73. col. penult. vol. 3. conſ. 39. col. 2. vol. 5. conſ. 50. col. penult. conſ. 107. in fine vol. 6. conſ. 180. col. fin. & conſ. 183. col. pen.*
2 *eod. vol.* ubi inquit quod in probationibus res debet liquidò declarari per circumſtantias, & demonſtrationes, aliàs non poteſt ſequi declaratoria, *Pariſ. cõſ. 67. num. 11. vol. 1. Roland. à Valle conſ. 42. num. 30. in 3.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſtipulatum per Notariũ vaſallum an valeat, & comprehendat etiam inſtrumentum dotis, & Notariũ alibi habitantẽ, & vaſallum ratione juris communis civilis, vel criminalis?*
2 *Inſtrumentum ſtipulatum per Notariũ vaſallum contra Baronem an ſit validum?*
3 *Obligatio penes acta an ſit valida, & quid in teſtamento, & codicilla confecto per Notarium vaſallum?*
4 *Inſtrumentum refutationis factum per Notarium vaſallum an ſit validum?*
5 *Inſtrumentum procurationis ſtipulatum per Notarium vaſallum eſt nullum, & deciſio S. C. adducitur.*

1 INſtrumentum ſtipulatum per Notariũ vaſallũ de jure Regni per *cap. Ladislai* non modo non valet, nec probat, verum nec confeſſio in ea contẽta, *Marta*

2 *ta vot.* 188. & comprehendit etiam inſtrumentum dotis, etiam ſi inſtrumentũ ſit contra Baronem, *De Franch. deciſ.* 118.*num.*1. *Anna ſing.* 144. ubi *Fabius filius in addit.ait* prædictum Capitulum
3 non procedere in teſtamenris, & codicillis, allegans *Bal.in l.teſtamentum nu.* 4. *C.de teſtam.* nec in obligationibus apud acta, ut per plura decidit *Dom.de Franchis in d.deciſ.*118.adde *Mormil.in conſtit.inſtrumẽtorũ robur.num.*9. ubi citat eundem *Ann.in d.ſingul.* 244. & in teſtamẽto, & codicillis,& vide *cap. Regina Ioãna* 289. *in princ.de officio Nota-*
4 *rii*, & in refutatione facta per Notarium vaſallum, *Revert.deciſ.*8. *vol.*7.*fol.*43. *in* 2. *& in deciſ.*386.*d.Reg.Revert.ſecũdum compilationem Regentis de Marinis cum ejus obſervatione num.*1. *cum ſeq.&*
5 *in verbo teſtamentum*, *Thor.in compend. deciſ.to.*2.& ſub die 23.Decẽbris 1633. ad relationem Regii Conſiliarii Anguli junctis Aulis per S. R. C. nulla fuit habita ratio de mandato procurationis facto per Principem Avetranæ in perſonã D.Franciſci Albritii ad proponendum ſuſpiciones, ut propoſuit in perſonam Regii Conſiliarii Camilli de Petio in cauſa cum Marchioniſſa Campli, ex quo mandatum erat factum per Notarium vaſallum Terræ Miſaniæ penes Secretarium.

OBSERVATIO LXXXIX.

SVMMARIVM

1 *Inſtrumentum liquidum poteſt liquidari via ritus contra prodigum, dummodò contractus ſit celebratus antequã fuiſſet declaratus prodigus.*
2 *Deciſio S.C.refertur.*

1 INſtrumentum liquidum poteſt præſẽtari, & liquidari,etiam via *Ritus M. C.V.* contra prodigum, dummodò contractus fuerit celebratus,antequam declaratus fuiſſet prodigus,ut aſſerit *R.Rovitus in pragm.*4.*de liquid. inſtrum.* ubi *num.*17. proponit quæſtionem, & dicit obtinuiſſe liquidationem contra Paulũ Franconũ Baronem Latignani in beneficium Marchionis Pollæ creditoris, ex allegationibus ibidem adductis.

OBSERVATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Factum antiquum an probetur per longiſſimam vocem, & famam?*
2 *Opinio vehemens pro veritate habetur.*
3 *Coniecturis opus non eſt, dum ſumus in claris, & manifeſtis.*
4 *Inſtrumẽto originali exhibito non eſt neceſſarium docere de matrice.*

1 IN facto antiquiſſimo per longiſſimam vocem,& famam probatur, ut in *l. Aquilia*, *ff.de neg.geſtis*, nàm longa, & tenax populi, ſeu Reipublicæ memoria pro veritate habetur,ut in *l.*2.*in pri.ff.de aqua pluvia arcenda*, *& l. ſi Arbiter*, *ff. de prob.* & vehemẽs opinio habetur pro
2 veritate,ut notatur in eodem *tit. in l. ſi is*, *ad quem*,& *Bald.in conſ.*84.*lib.*1.*n.*2.
3 Et in claris, ac manifeſtis, neque conjecturis, neque interpetrationi locus ullus relinquitur, *l.illi*, *aut ille* 25.*§.cum in verbis*, *ff.de legat.*3. *Bar.in l.ab excuſatore*, *ff.de appell. Serader.in tract.de feud. p.*1.*q.*1.*q.*5.*num.*2.
4 Inſtrumento originali exhibito, non eſt neceſſarium docere de Matrice, *Bal. in rubr.Cod.de fide inſtrum. num.* 20. *Felin.in cap. cum publicus Tabellio*, *num.*2. *eodem tit. Alex.in conſ.*175.*num.*3.*lib.*7. *Covarr.pract.quæſt. cap.*19. *num.*3. *Rota diverſ.deciſ.*250.*num.*4.*p.*1.*& in recenſ. p.*1.*deciſ.*582.*num.*7.*Gratian.diſcept.forenſ.cap.*738.*num.*27.

OBSERVATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Verba dubia in cauſis feudalibus interpretanda ſunt ſecundum ipſius feudi naturam, & generalem conſuetudinẽ feudorum.*
2 *Feuda in generali loqutione non comprehenduntur; ideoque appellatione bonorum non veniunt bona feudalia.*

In

1 IN dubio in cauſis feudalibus verba ſunt interpetranda ſecundum ipſius feudi naturam, & generalem conſuetudinem feudorum, ut *Bald. in loco cit.* nã nunquam eſt recedendum à rei natura in dubio, quinimò verba ſunt potius trahenda ad naturam rei, quàm contra naturam, ad verba *l. damni verſ. quod in ſtipulatione, ff. de damno infecto, & l. ſi uno, ff. locati.*

2 In generali locutione feuda non comprehenduntur *cap. in generali ſi de feudo defuncti fuerit controv. cap. 1. de Capitaneo qui Curiam vendidit*, ſicut appellatione bonorum, feudalia non comprehenduntur *d. cap. in generali*, ut ait *Curtius jun. de feudis in 4. p. in ult. cauſa privationis feudi in 3. reg. col. 6. verſ. ceſſat etiam, Loffred. in cap. 1. de natura ſucceſſ. feudi rubr. 50. Iul Clar. in* §. *feudũ, q. 31. verſ. in propoſito.*

OBSERVATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Dotis favore, in ambiguis ſumitur interpretatio pro dote.*

1 IN ambiguis ſemper eſt facienda interpetratio pro dote, *l. in ambiguis, ff. de jure dotiũ l. in ambiguis, ff. de regulis juris, Imola in l. 1. ff. ſolut. matrimonio n. 22. & Campeg. de dote p. 1. q. 80. num. 5.* & ſufficit habere unum Doctorem pro dote, voluit *Natta conſ. 316. nu. 3. Magon. deciſ. Florent. 86. num. 5. Reg. Rovit. in conſ. 54. ſub nu. 12. vol. 1.*

OBSERVATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio generalis defendendi cauſas nõ comprehendit cauſam injuſtam.*

2 *Advocato debetur ſalarium, etiam ſi nullam cauſam egerit, dummodò per ipſum non ſteterit.*

1 IN generali promiſſione defendendi
cauſas non cõprehenditur cauſa in-
juſta, *Abb. in c. brevi in fine de jureiuran-*
do, Iacob. Benius in tract. de privil. Do-
2 *ctorum privil. 71. nu. 13.* cum debeatur
ſalarium, etiam ſi Advocatus nullam
cauſam egerit *Salycet. in l. poſt duos, C. de advocatis diverſor. Iudic. Io: Petr. Alà in tract. de advocato, & cauſidico Chriſtiano q. 21. cum ſeq.*

OBSERVATIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Tutor qui adminiſtravit prius eſt conveniendus, quam ille qui non adminiſtravit.*

1 IN conveniendis pluribus tutoribus, prius debet conveniri ille, qui tutelam adminiſtavit, & poſtea in ſubſidiũ Is qui non adminiſtravit, ſecũdum *Bart. in l. ſi ut certo,* §. *ſi duabus col. 4. ff. commodati, & Bald. in l. 1. in fine,* & ibi communiter *DD. C. de tranſactionib. Maranta in ſpeculo in prohemio num. 18.*

OBSERVATIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Expreſſio cauſæ in judicio univerſali nõ requiritur.*

2 *Iudicium univerſale ſub una dictione plures res comprehendit.*

3 *Iudicium particulare quid ſit?*

1 IN judicio univerſali, vel generali non
requiritur expreſſio cauſæ, neque
certæ rei, nec in libello, nec in proceſſu,
2 veluti eſt petitio hæreditatis. Eſt enim
judicium univeſale id, quod ſub una di-
3 ctione comprehendit plures res. Iudi-
cium autem particulare eſt illud, in quo
comprehenditur aliqua dictio, quæ non
comprehendit plures res, ſed tantùm
ſub illa dictione plura facta aſſervantur,
ut eſt tutelæ, actio negotiorum geſtorũ,
& de ſimilibus, *Lanfrancus de Oriano*
de pet. num. 14. inter tract. tom. 3. p. 2. fol.
78. ater.

OBSERVATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia ceſſat in relictis ad pias cauſas, quando hæres fuit contumax in ſolvẽdo legata pia ſecundum alios.*

1 IN relictis ad pias cauſas, ceſſat *falcidia*, ut in *Auth. de Eccl. tit.* §. *ſi autem*

hæres, & ſic corrigitur lex illa, ff. ad l. ſalcidiam l.1.§.ad municipium, quæ permittebat detrahi falcidiam de legato relicto Deo, *gloſ. in l.ſi quis ad declinandum, verſ.minui, Cod.de Epiſc.& Cler.* alii verò dicunt, quod tunc demum ceſſat falcidia in legato ad pias cauſas relicto, quando hæres fuit contumax in ſolvendo, & ſic intelligunt *d. auth. de Eccleſ.tit.§.ſi autem hæres coll.9.*

OBSERVATIO XCVII.

SVMMARIVM

1 *Conſenſus directi Domini, & ſubalterni requiritur in alienatione feudi quaternati ſecundum quid.*

1 IN alienatione feudi quaternati ſecundum quid requiritur conſenſus tàm Domini directi, quám ſubalterni, *Andr. de Iſernia in conſtit. Reg. ſi aliquis Baro in verbo licentia*, & latius in *cap. Imperialem ſub num.9.Camer. in d.cap. Imperialem ſub fol.69. lit.I. & fol.73. lit. B. Anna in repet.conſt. Regni, incip. Conſtitutionum Divæ memoriæ nu.196.& 199.* cum aliis adductis per *Reg. Cupyc. Latr. in deciſ.46.nu.26.cum ſequent.* quæ opinio uti magis recepta, affirmat idē *Reg. in deciſ.prædicta*

OBSERVATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum tacitè videtur ademptum ob inimicitiam contractam inter teſtatorem, & legatarium.*

2 *Movens cauſam ſtatus indignus eſt; legato privatur, & fiſco applicatur, Legatarius ſi non fuerit in culpa, legato non privatur.*

1 INimicitia contracta, tacitè videtur revocatum legatum, ut qui cauſam ſta-
2 tus movet, legato eſt indignus, & fiſco applicabitur *l.ſi inimicitiæ, ff.de his quib. ut indignis* quæ *lex* limitatur per *text.in l.ex parte, ff. de adimend.legat.* ſi legatarius non fuerit cauſa inimicitiæ, de quo in *l.cum ſecundis tabulis, §.1.eodem tit.de his, quibus ut indign.*

OBSERVATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Inveſtituræ renovatio, quando petitur, debet primò conſtare de conceſſione, & adducitur deciſio Reg. Viſitationis.*

1 INveſtituræ renovatio, quando petitur, debet primo conſtare de conceſſione, quàm fiat renovatio, prout notat *Andr. in cap. ſi minoribus ſi de feud. fuerit controv.* cum aliis adductis per *Marin. Frecc. in tract. de ſubfeud. lib.2. auth.3.num.13.* & in Regia viſitatione facta per Gaſparem Chirogam in anno 1561. poſtea S. R. Eccleſ. Cardinalem Archiepiſcopum Toletanum fuit proviſum omninò primam inveſtituram eſſe inſpiciendam, vel id, quod ei æquiparatur.

Dec. Reg. viſit de anno 1561

OBSERVATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia in cauſis fiſcalibus nunquam perit.*

2 *Inſtantia in cauſis Eccleſiarum, etiam ſi coram Iudice ſæculari agitentur non perit.*

Limitatur in cauſis Clerici, quia non gaudet privilegio Eccleſiæ nu. 3.

1 INſtantia in cauſis fiſcalibus nunquam perit ad *text. in l.properandum, C.de judiciis*, & ſic in Regia Camera nunquā perit inſtantia, quia ibi tractantur cauſæ fiſcales ad *Marant.in ſpeculo.f.76.at. num.* 20. ubi adducit *Afflict. in conſtit.*
2 *accuſatorem col.2. in princ.* ſic etiam in cauſis Eccleſiarum, etiam ſi agitentur coram Iudice ſæculari, inſtantia nō perit, ità intelligitur *text. in c. venerabilis de judiciis*, & hoc expreſsè tenet ibi *Abb.*
3 *col.* 5. ubi dicit, ſecus in cauſis Clerici, quia in hoc non gaudet privilegio Eccleſiæ, ut per *Marant.loco cit.n.21.*

FINIS CENTVRIAE SECVNDAE.

PRACTICARUM
OBSERVATIONUM
RERUM SINGULARIUM
Cum Deciſionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium.

CENTURIA III.

OBSERVATIO I.

SUMMARIUM.

1 *Inſtantia cauſæ principalis currit, & finitur triennio, nec pars reſtituitur, ſivè ſteterit per Iudicem, ſivè per partẽ, quo minus cauſa finiatur.*

2 *Reſtitutio parti conceditur, quando ſtat per Iudicem, nè cauſa expediatur.*

3 *Cautela eſt partis, ut ſepius Iudicem requirat pro cauſæ expeditione cum proteſtatione.*

4 *Reſtitutio inſtantiæ principalis non datur, niſi in ſubſidium.*

5 *Inſtantia perempta in cauſa principali, nõ perit jus partis. ſecus in inſtãtia cauſæ appellationis, ideoque ſi ſteterit per Iudicem, datur reſtitutio.*

INſtantia cauſę principalis
currit,& finitur triennio,
nec pars reſtituitur, ſivè
ſteterit per Iudicem, ſivè
per partem, quo minus
cauſa finiatur, ut notatur
per *gloſ. Cyn. & alios DD. in auth. ſi ap-
pellatione, C. de tempor. & repar.* verùm
2 *gloſ.* dicit, quod quando ſtat per Iudicẽ
tunc pars reſtituatur, ut in *l. properandũ,
S. ſin autem utraque parte, Cod. de iud.* &
3 cautela eſt partis, ut ſepius requirat ju-
dicem, ut cauſam expediat, & proteſte-
tur, ut notat *Bart. in d. l. properandum*,
quod intelligitur etiam de inſtãtia cau-
ſæ appellationis, *gloſ. in l. ſed & ſi per
Prætorem, ff. ex quibus cauſ. maiores.* Ve-
4 rum inſtãtiæ principalis tempus currit,
nec datur reſtitutio, niſi in ſubſidium, &
rationem differentiæ ponunt *DD. in d.
Auth. ſi appellatione*, quia in cauſa prin-
5 cipali perempta inſtantia, non perit jus
partis, ſecus in inſtantia cauſæ appel-
lationis, quia ex lapſu temporis perit
ratio, & jus partis, ideò ſi ſtetit per Iu-
dicem datur reſtitutio, ut dicunt *Bu-
trigarius, & Bart. in d. Auth. ſi appella-
tione*; videndus eſt *Reg. Conſil. Carleval.
de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 3. nu.*
948. ubi ait, quod per appellationem
cauſa conſtituitur in nova inſtantia ſine
peremptione primæ, quæ magis trans-
funditur, & convertitur in ſecundam,
quam perimatur, quippè cum ex ipſa
propria jure ordinario ſine ulla gratia,
vel privilegio renaſcatur, & oriatur qua-
ſi ex ſemine ſecundæ inſtantiæ interpo-
ſita appellatione, aliud eſt cum ex tra-
ſcurſu biennii, aut triennii inſtantia pe-
rimitur, quę ità extinguitur cum toto
judicio, ut niſi gratia, & privilegio ſu-
perveniente non potuit reviviſcere, aut
reſurgere.

OBSERVATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia cauſa nullitatum tantum durat, quantum reliquæ aliarum cauſarum, ſecus in Regno per Regias Pragmaticas ſuper hoc emanatas.*

2 *Nullitas ſi incidenter, & neceſſariè cū ipſa appellatione fuerit deducta, deſerta cauſa principali appellationis, etiam cauſa nullitatis reputatur deſerta.*

3 *Nullitas ſeparatim, vel principaliter deducta triennio finitur.*

4 *Fatalia non habent locum in cauſa nullitatis, quæ ex defectu poteſtatis judicantis procedit.*

1 INſtantia cauſæ nullitatum tātum durat, quantùm reliquę aliarum cauſarum, ſcilicet triennio, quia quod cauſæ nullitatis habent determinata fatalia, ſeù aliam inſtantiam, quàm *legis properandum, C.de judiciis* nunquam reperi-
2 tur; Idcircò ſi nullitas incidenter,& neceſſariè cum ipſa appellatione fuerit deducta deſerta cauſa principali ipſius appellationis,etiam cauſa nullitatis, quæ illi tacitè adhæret, deſerta reputabitur per ea quæ ponit *Bald.in l.tale pactum, §.qui provocavit,ff.de pactis, & Franch. in cap.dilecto,q.*48.*& q.*58. *de appellat.*
3 Si verò nullitas ſeparatim, vel principaliter deducta fuerit, ejus inſtantia triennio finietur per *d.l.properandum*, dummodò nullitas ex defectu jurisdictionis non prętendatur, quia fatalia
4 non habent locum in cauſa nullitatis, quę ex defectu poteſtatis judicantis procedit ſecundum eundem *Bald. in l.*1. *in* 3.*notabili,C.qui pro ſua juriſd.*

OBSERVATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentium ſenſus eſt potius ſervandus, quàm verba.*

2 *Interpretatio non debet fieri ad litterā, ſed ad ſenſum, quia ſenſus verbis prævalet.*

1 INtentio contrahentium ſi probari poteſt qualis ſit, ſtamus certò quidquid verba ſonāt, quia nunquam eſt major verborum forma, quàm ſenſus contrahentium *l.*3. *C. de liberis præteritis*,
2 *Bald. conſ.*417.*vol.*5.interpretatio enim non debet fieri ad literam,ſed ad ſenſū, quia ſenſus verbis prævalet ibi: *verborum interpretatio nuſquam tantum valeat,ut melior ſenſu exiſtat.*

OBSERVATIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe dotis ad quam rationem per S.C. taxatur?*

2 *Tribunalia Regni ſequi debent ſententiam S.C.quæ facit ius.*

1 INtereſſe dotis S. R. C. taxavit ad rationem ſex,& duorum tertiorum pro centenario per conſuetudinē, quæ incipit *viro mortuo*, *de Franch. deciſ.* 217. *num.* 2. *& deciſ.* 472. *Ioſeph. Ludovic. deciſ. Lucenſ.*20.*n.*34. de quo *Maſtrill. dec.*251.*n.*31 Vtrū autē hanc taxationē
2 ſequi debeant alia Tribunalia Regni, videtur dicendum quod ſic, cum ſit ſētentia Regia, quæ facit *Iuſ. l.fin.* & ibi *Bald.C de legibus, text.in §.fin.inſtit.de ſatiſdat.*

OBSERVATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Delegatus ad unam cauſam an poſſit procedere extra locum juriſdictionis, & an poſſit ſibi eligere locum, vel in loco non ſubdito delegati?*

2 *Aſſenſus Domini loci non requiritur, ſi ambæ partes conſentiant, quod delegatus procedat extra territorium delegantis.*

3 *Iuriſdictionis prorogatio fieri poteſt in delegato, quia non cohæret, nec terminatur territorio, ſicuti juriſdictio ordinarii.*

1 IVdex delegatus ad unam cauſam, an
poſſit procedere, & ſententiare ex-
tra locum juriſdictionis delegationis, &
an poſſit ibi eligere ſibi locum juri-
ſdictionis delegationis? & an poſſit
ibi eligere in loco non ſubdito dele-
gari, *Maranta in ſpecul. inp. 6. ſub
rubr. demum fertur ſententia num. 75.*
2 *ait*, quod non requiritur aſſenſus Do-
mini loci, ſi ambæ partes conſenſiant,
quod delegatus procedat extra terri-
torium delegantis, & valet proceſſus, &
ſic ſententia abſque eo, quod conſen-
tiat Dominus illius territorii, *text. eſt
ſingularis in cap. ſtatutum*, §. *in nullo de
reſcriptis in 6.* per quem ità in terminis,
Abb. in cap. 1. & 5. col. verſ. venio ad
3 *quartam de officio Deleg.* ubi tenet, quod
in Delegato poteſt fieri prorogatio de
loco ad locum, & ratio poteſt eſſe, quia
juriſdictio delegati nō cohæret, nec ter-
minatur territorio, ſicut juriſdictio Or-
dinarii, ut *d. Abb. & idem Marant. ſub
num. 75. ad* 78.

OBSERVATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia redditur nulla, ſi Iudex dixit
condemno, quia probatum per A. & B.
ſi appareat ex illis non eſſe probatum.*
2 *Iudex ſi in ſententia referat ſe ad acta,
& ex illis conſtat de contrario dicitur
evidens iniquitas, & redditur nulla.*

1 IVdex ſi dixit; condemno, quia proba-
tum per A, & B, ſi apparet ex illis nō
eſſe probatum, ſententia eſt nulla ſecun-
dum *Innocent. in c. cum Bertoldus de re*
2 *judic.* ſemper ergo, quod Iudex in ſen-
tentia refert ſe ad acta, & per acta con-
ſtat de contrario, dicitur evidens iniqui-
tas, & ex hoc redditur ſententia nulla,
ſecundum *Abb. in cap. inter cateras, Affl.
in deciſ. 39. nu. 5. cum ſeq.*

OBSERVATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia intima, & maxima repellit Iu-
dicem à munere judicandi tanquam
ſuſpectum.*

1 IVdex à munere judicandi repellitur
propter amicitiam, dummodo amici-
tia ſit intima, & maxima, & per eā quis
tanquam ſuſpectus poteſt recuſari, *Cal-
der. conſ. 7. num. 1. in tit. de appell. Abb.
in c. accedens n. 4.* ut lite non conteſtata,
*Berous conſ. 16. num. 25. lib. 3. Rodoanus
in tract. de rebus Eccl. non alien. q. 59. nu.
10. Io: de Deo in doctrina Advocatorum
lib. 3. cap. 7. num. 15. Maranta in pract. p.
6. actu 2. num. 26.* cum multis aliis con-
geſtis per *Craſſ. in tract. de effect. ami-
citiæ num. 63. & in tract. ad materiam
ſtatuti excludentis omnes exceptiones ex-
cept. 24. num. 48.*

OBSERVATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Innovatum per Iudicem poſt diffinitivā
ſententiam, à qua fuit appellatum re-
vocatur per judicem appellationis.*
2 *Attentata poſt appellationem ante diffi-
nitivam non revocantur, niſi poſt in-
hibitionem.*
3 *Iudex, ſicut non poteſt cogere Advocatū,
ut poſtulet pro ſuo inimico, ità poteſt
prohibere, nè poſtulat contra ſuum ini-
micum.*

1 IVdex ſi aliquid innovaverit poſt diffi-
nitivam ſententiam á qua appellatū
extitit, revocatur ſtatim per Iudicem
appellationis, etiam ſi antè appellatio-
2 nem fuerit innovatum; Attentata verò
poſt appellationem antè diffinitivam
non revocantur niſi poſt inhibitionem
debito modo factam, attentata fuiſſent,
ad *tex. in cap. non ſolum de appell. in 6.*
ubi *gloſ.*
3 Iudex quemadmodum nō debet co-
gere Advocatum, ut poſtulet pro ſuo
inimico, ità etiam poteſt prohibere nè
poſtulet contra ſuum inimicum, ità op-
timè fundat *Alvar. Valaſc. conſult. 124.
tom. 2. Gabeda deciſ. Luſitan. 214. nu. 8.
& 10. p. 1. Reg. Rovit. in Rubr. de poſtu-
lando in Comment. pragm. n. 11.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex executionis quiſnam ſit, an primus Iudex an confirmans?*

2 *Sententia confirmata per aliam ſententiam exequitur per Iudicem confirmantem.*

3 *Sententia ex curſu tẽporis declarata deſerta exequitur per primum Iudicem.*

1 IVdex executionis quiſnam ſit, an primus Iudex, an confirmans, *Bart. in l.à Diuo Pio, verſ. quæro, & reuoco n.*
2 15.ait, quod aut ſententia confirmatur per ſententiam, aut ex curſu temporis ſi per ſententiam per Iudicẽ confirmãtem mandatur executioni prima ſententia, ſi autem ex curſu temporis ſententia declaretur deſerta, & tunc demandatur executioni per primum Iudicem, prout affirmat *Bald.in l.tale pactum, §.qui prouocauit.nu.5.in 3.oppoſ.& Præſ. de Frãchis in deciſ.* 335. cum aliis ibidem adductis.

OBSERVATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui malè iudicauit, tenetur etiã ad intereſſe partis læſæ, etiamſi per imperitiam, errorem, vel dolum proceſſerit.*

2 *Iudex maleficiorum abſtinere ſe debet à feſtinatione cuncta timeat, & defenſiones rei benignè audiat, etiam poſt concluſum in cauſa.*

3 *Iudex à muneribus ſe abſtineat, & potius peccet in miſericordia, quàm in ſeueritate.*

1 IVdex qui malè iudicauit, tenetur etiã ad intereſſe læſæ partis poſito, quod fecerit per imperitiam, errorem, vel dolum, videndus eſt *Bart.in diſp.ſua 9. incip. Iudex per imperitiã notarunt text. gloſſæ Angel.& alii DD.inſtit.de obligat.* quæ ex delicto naſcuntur in princ. *l.fin. cum gloſ.ff.de variis, & extra ordinariis cognit.l.ex maleficiis, §.ſi Iudex, ff.de actiõn.& obligat. & l.fin. C. de pœna Iu-*
2 *dic. qui malè iudic.* & Iudex maleficiorũ abſtinere ſe debet á feſtinatione, cuncta põderet, & defenſiones rei audiat benignè, etiam poſt concluſum in cauſa, à
3 muneribus ſe abſtineat, & potius peccet in miſericordia, quàm in ſeueritate, prout admonet Iudices maleficiorum *Hyppol. de Marſil. in pract.crimin.§.occurri per totum.*

OBSERVATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Baronis ſequeſtratur ad inſtantiam creditoris per Dominum Proregem, ejuſque Collaterale Conſilium, & non per alium.*

2 *Iuriſdictionis ſequeſtrum ſit etiam ob contumaciam Baronis.*

3 *Fructus feudi ob contumaciam Baronis non ſequeſtrantur.*

4 *Vxor feudatarii an præferatur fiſco pro ejus dotibus, & antefato ſuper juriſdictione?*

1 IVriſdictio Baronis ſequeſtratur ad inſtantiam creditoris, ut per *Ann.in ſing.* 180. hodie autem ex ſpeciali programmate Proregis S.C. tranſmiſſo ſequeſtratur juriſdictio vaſalli debitoris per Proregem, ejuſque Collaterale Cõſilium, & non per alium inferiorem Iudicem, ut per prius per quemlibet Regium Conſiliarium ſequeſtrabatur ex
2 ratione illa, quod illius eſt ſuſpendere, cuius eſt concedere, & ut ſequeſtretur etiam vaſallo contumace, ut per *Frecc. in tract.de ſubfeud.auth.29.num.11.Capyc.deciſ.13.Andr.& Liparul.de milite vaſallo, qui contumax eſt verbo poſſeſſio-*
3 *nem*; Verum non ſequeſtrantur fructus feudi, ut per *Frecc.d.loco d.nu.11.*
4 Et ſi fiat ſequeſtrum juriſdictionis Barouis ob contumaciam, & uxor feudatarii compareat, & vult ipſa pro dotibus ſuis, & antefato retinere juriſdictionem, vel pro eis petat aſſecurationem cum adjudicatione ſuper illa juriſdictione, fiſcus præfertur, ſi ſunt alia bona

pro

pro dotibus, ut per *Minad. dec.13. Molina de primogen. Hiſpan. lib.4. cap.7. Camer. in cap. Imperialem cap.51. col.3.*

OBSERVATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an recuſari poſſit, nè interveniat in cauſis advocati, qui in cauſis contra illum patrocinatur?*

2 *Advocatus in inimicitiam partis adverſæ incurrit, contra quam patrocinium præſtat.*

3 *Iudex conſanguineus inimici mei recuſari poteſt.*

4 *Inimicitia probabilis, etiam præſumpta, quãvis capitalis non ſit, & gravis ſufficit ad recuſandum Iudicem uti ſuſpectum.*

5 *Inimicus patris, filii inimicus præſumitur, etiam patre ipſo mortuo.*

6 *Exequutor merus recuſari poteſt, ſi in executione modum excedat.*

7 *Iudex propoſita cauſa ſuſpicionis, ejus juriſdictio ſuſpenditur, & ſi recuſatione pendente procedat, proceſſus eſt nullus.*

8 *Iudex, ſi, pendente recuſatione, ſe ingerat, redditur ſuſpectus.*

9 *Iudex redditur ſuſpectus, etiam ſi inimicitiæ cauſa per recuſantem fuerit procurata.*

10 *Inimicitia etiam levis ſufficit ad recuſandum judicem.*

11 *Proceſſus factus à Iudice recuſato ex legitima cauſa an ſit nullus?*

12 *Iudex recuſatus ut ſuſpectus, ſi non obſtante recuſatione procedit, an proceſſus ſit nullus, vel veniat annullandus? & num.16.*

13 *Inimicitia capitalis notoria, etiam recuſatione non propoſita proceſſum reddit nullum.*

14 *Iudex ſtante recuſatione, & illa pendente non habet aliquod exercitium juriſdictionis, ita ut omnia per eum geſta ſunt ipſo jure nulla,*

15 *Iudice recuſato, etiam ſi ille eſſet perſona valdè religioſa, & timoratæ vitæ, ſemper poſt recuſationem proceſſus eſt nullus.*

17 *Iudex delegatus, etiam appellatione remota, poteſt, ſi ſit impetrantis conſanguineus, recuſari, vel in illa cauſa ejus Advocatus.*

18 *Iudex conſanguineus intelligitur uſque ad quartum gradum in tranſverſalibus, ſed in aſcendentibus in infinitum, & omnes qui ſuccedere poſſunt, dicuntur conſanguinei.*

19 *Cauſa etiam modica Iudicem repellit, putà familiaritatis.*

20 *Qualitas Iudicis in caſibus contingentibus amittit, vel reiicit ſuſpicionem.*

21 *Computatio gradus fieri debet exemplo computationis graduum, quæ ſit in teſtibus conſanguineis, uſque ad quartum gradum.*

22 *Inimicitiæ capitales, quæ dicantur Iudicis arbitrio relinquitur.*

23 *Inimicitia graviſſima eſt, quæ oritur ex civilibus quæſtionibus bonorum omniũ, vel quando atrox injuria alicui infertur.*

24 *Inimicitia affectata non attenditur.*

25 *Senatores Regii in quibus caſibus poſſint, & debeant ſe abſtinere ab interventu cauſæ, & quid per Senatum obſervandum ſit?*

1 IVdex an poſſit allegari ſuſpectus, ne interveniat in cauſa illius, qui uti Advocatus patrocinatur in cauſis cõtra Iudicem illum, Secundo, an Iudex poſſit recuſari, uti ſuſpectus, ſi eſt inimicus conſanguinei recuſantis?

Ad primum citrà omne dubium reſpondit *Dominus Regens de Marinis reſolut. juris cap.* 210. *num.* 2. dicens, certum eſſe, Advocatum mei adverſarii meum dici, & cenſeri adverſarium, *l.* 1. *§. fin* ubi *gloſ. in verb. Adverſario, ff. de calumniatoribus*, facit *text. in cap.* 2. *de confeſſis in* 6. *Abb. in cap.* 1. *in* 2. *notabili*, de judiciis, & ibidem *Felin. in* 1. *notabili, Pariſ. in tract. de ſyndic. in verbo ſuſpicio, col.*4. ibi, & etiam,
2 quod dicitur de Advocato, qui incurrit in inimicitiam partis contrariæ, idemque dixit *Regens Rovit. in pragmat.* 1. *de ſuſpic. Officialium num.* 53. Advocatum incurrere in inimicitiam partis

Digitized by Google

partis adverſæ, contra quem patrociniũ præſtat ad quod citat notabilem *gloſ.in l.ſi pecuniam in principio.ff. locati. Pariſ. loco cit.Luc.de Penna in l.1.columna 2.in verb.inimicus, verſ.Item Advocatus, C.de iis, qui ſe deferunt, lib.10.* & plures deciſiones Regii Collateralis Conſilii affert.

3 Ad ſecundũ idẽ *R.de Marin.in c.211.* dicit,quod Iudex poteſt,ut inimicus recuſari,ut in *c.cum R.de officio deleg.* etiã ſi ſit ille inimici cõſanguineus,*c. accedẽs il 2.lite non conteſtata,cap.repellantur de accuſationibus, cap.cum ſuper, & in cap. inſinuãte,de officio delegati,*& omnes *DD.*
4 *in cap.poſtremò,de appellation.*quibus in locis communiter affirmant *DD.*ſufficere inimicitiam probabilem, quanvis capitalis non ſit, & gravis;& etiam ſufficere præſumptam, dixit *Cacher. deciſ. 15.num.7.* ut per *Maſcard.de probat. concluſ.953. num.17.* item quod inimicus conſanguinei, vel affinis mei, Iudex in cauſa mea eſſe non poſſit, dixit *Caſtrenſ.conſ.313.num.1. Aufrer. de recuſationibus Iudic.num.4.Franc.in dicto cap. poſtremò num. 2.; & Decius in l. qui*
5 *juriſdictioni.ff.de juriſd.omnium Iudicũ;* & patris inimicum,filii inimicum præſumi, etiam patre ipſo mortuo,immo omnium de domo,ſeù familia,ut per *Bart. & DD.in l. 1. C. ſi quacumque præditus poteſtate Dom.Conſil.Petrã ſuper rit.255*
6 *num.13.*quærit, an merus executor recuſari poſſit? & negativè reſpondit, niſi in executione modum excedat, *Franc. Marcus deciſ.599.num.1.p.2.Balb.deciſ. 345.Ripolla,& alii per eum adducti.*

7 Iudex ſi ex aliqua cauſa recuſatur,& fuerit propoſita ſuſpicionis cauſa, ejus jurisdictio ſuſpenditur; & recuſatione pendente, non poteſt ad aliquem actũ procedere, & ſi procedit proceſſus eſt nullus, *gloſ.in l.apertiſſimi in verbo executione,C.de judiciis.*

8 Et ex hoc ſolo, quod pendente ſuſpicione Iudex ſe ingerat redditur ſuſpectus, licèt cauſa allegata ſit falſa, ex adductis per *Reg. Revitum in pragm. 1. de ſuſpic.offic.num.42.*prout deciſum refert *Reg.Sanfel.deciſ.75.num.4.*

9 Iudex redditur ſuſpectus, etiam ſi cauſa inimicitiæ fuerit per recuſantem procurata, *Scialoya de foro compet. cap. 11.num.66.Capyc.deciſ.138.Reg.Sanfel. deciſ.86.lib.1.*

10 Inimicitia etiam levis ſufficit ad recuſandum Iudicem, *Reg. Sanfel. deciſ. 81.lib.1.Menoch.præſ.43.lib.5.Craſſ.except.24.num.24.Cacher. deciſ.15. Capyc. dec.138. num.3.Maſtrill. deciſ.151.num. 46.Reg.Rovit.in pragm.1.de ſuſp. offic.n. 24.Capyc.Latr.conſult.101.n.39.Reg.de Marin.reſol.jur.cap.211.* ubi ait, quod ſufficit, quod ſit cauſa ſuſpicandi de Iudice de livore inimicitię.Iudex redditur ſuſpectus, etiã ex inimicitia ſequuta ob querelas propoſitas per partem,per *tex. in l. 1.de his quibus,ut indignis.*

11 In quęſtione propoſita, an proceſſus factus à Iudice recuſato ex legitima cauſa ſit nullus? *Bonifacius Primus in cap.Iudex de officio,& poteſt. Iudicis delegati in 6.* diſtinguit tria tempora ad ſciendum, an Iudex ſuſpectus committere poſſit, quia aut non eſt propoſita recuſatio, & tunc in totum facta commiſſio tenet,aut eſt propoſita recuſatio, ſed nondùm pronunciatum ſuper ea, & tunc volẽte recuſatore committere poteſt, aliàs non, aut jam pronunciatũ eſt illum eſſe ſuſpectum, & tunc etiam volente recuſatore committere nequit, ut *Io:Andr.in ſummario dicti text.gloſ. verò in verbo proponatur, in fine*, ait, quod licèt Iudex ſit ſuſpectus, dum tamen non recuſetur,tenet ejus proceſſus *Gloſſella tamen in lit.A*, notat à contrario,quod, ſi recuſetur, non tenet ejus proceſſus, *Bart.in l.qui poterat.ff.ad S. C.Trebell.*ubi *num.3.* quærit, quid, ſi
12 recuſatus, ut ſuſpectus, non obſtante recuſatione procedit, an proceſſus ſit nullus, an verò veniat annullandus? *Innoc.in cap.cum ſpeciali,*dicit: *non memini me legiſſe, quod proceſſus ſit nullus, ſed debet annullari, Hoſtienſ.*tenet contrarium, *Io:Andr.*recitat opinionẽ ſimpliciter *Bart.*tamen ait: *Ego de facto dixi,quod memini me legiſſe, quod proceſſus eſt ipſo jure nullus, quia recuſatione propoſita ipſo jure eſt exemptus ab eo, & ejus juriſdictione, ideò proceſſus eſt ipſo*

jure

Digitized by Google

jure nullus, *l.1.C.ſi quacumque prædi-*
tus poteſtate, *& ſi dicas ibi eſt ſpeciale*,
fateor, *quod in hoc eſt ſpeciale*, *quia or-*
dinarius recuſatur de jure civili, *ſed non*
eſt in eo, *quod dicitur*; *quod proceſſus eſt*
ipſo jure nullus, Addentes in dicta le-
ctura *Bart.in propoſita quæſtione*, an pro-
ceſſus Iudicis recuſati ſit nullus? alle-
gant *Bart.conſ.* 105. *Bald. in conſ.* 428.
lib.3. Paul.de Caſtro in conſ. 22. *Roman.*
conſ. 220. *& Bart.in allegato conſ.*105.
*num.*1.*&* 2. reſolutivè, tenet proceſſum
eſſe nullum, allegans *Hoſtienſ.in ſumm.*
de officio delegati, §. *quamvis ſit effectus*
13 & hoc potiſſimè eſt verum, ſi cauſa re-
cuſationis eſt inimicitia capitalis noto-
ria, tunc enim recuſarione non propo-
ſita, proceſſus eſt nullus ipſo jure, caſus
eſt expreſſus hodie extra de re judicata
cap.paſtoralis in Clem. Gratian. diſcept.
14 *forenſ.cap.*101.*num.*16. ait, quod ſtan-
te recuſatione, & illa pendente recuſa-
tus non habet aliquod exercitium juri-
ſdictionis, itá ut omnia per eum geſta
ſint ipſo jure nulla, non ſolum de iure
civili, ſed etiam de jure canonico, *gloſ.*
in cap.Iudex in verb.opponat in fine de
offic.delegati in 6. *& in cap. quoties* 2. *q.*
6. *Alexand.conſ.*89.*diligenter num.*2. *in*
fine, *verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus*
*lib.*1. *Decius conſ.* 175. *in cauſa num.* 3.
cum aliis per Lancellott. qui de magis ve-
ra, & communi opinione reſtatur de at-
tentatis poſt recuſationem Iudicis *cap.*
6.*num.* 4. *uſque ad decimum tom.* 5. *fol.*
340.
15 Quæ procedunt etiam ſi Iudex recu-
ſatus eſſet perſona valdè religioſa, & ti-
moratæ vitæ, cum illa non conſiderata
ſemper poſt recuſationem proceſſus ſit
ipſo jure nullus, *Natta conſ.*174. *nu.* 9.
ubi exemplificat in Monaco Ciſterciēſi,
*Burſat.conſ.*21.*num.*1.*Soccin.de Iudice*
delegato, §.*ſupereſt*, *verſ. quid ſi non eſt*
conſanguineus, *Campagna in cap.prolixi-*
*tatem num.*65. circa illam quæſtionem,
an proceſſus factus à Iudice allegato
ſuſpecto ſit nullus, vide latè per *Alex.*
in l.qui poterat, *ff. ad Trebell. & Alex.*
*conſ.*89.*primo vol.Dec.in cap.cum ſpecia-*
le in princ. col. pen. extra de appell. Do-
min. Pariſius in cap. quoniam contra col.
19. *in fine cum ſeq. extra de probat.* &
inſuper in nova *addit. ait*, communis o-
pinio eſt, quod de jure civili poſt recu-
ſationem proceſſus factus eſt ipſo jure
nullus, abſque eo quod interponatur
appellatio, de jure verò canonico regu-
lariter debet iuterponi appellario, alias
proceſſus non eſſet nullus, ut tenet *Pa-*
riſius, *ubi ſupra*, limita niſi Iudex recuſa-
tus procederet de conſenſu partium ex-
preſsè; limita ſecundo, niſi talis excep-
tio recuſationis eſſet notoriè injuſta,
quia judex poſſet eam ſpernere, & in
cauſa procedere, & iſtas duas limitatio-
nes ponit *Philippus Francus in d.cap.Iu-*
dex col.pen.cum concordant. & Abb.in d.
cap.cū ſpeciali in fine de appellat. Gemm.
in d.cap.Iudex col.pen.in fin. & Conſtan-
tinus Papa in addit.ſuper Rit. M.C. 289.
ait, item adde, quod proceſſus factus
per Iudicem recuſatum, ut ſuſpectum,
etiam antequam fuiſſet cæptum cogno-
ſci de ſuſpicione, eſt ipſo jure nullus,
quidquid velint *DD.& Alex.in l.qui po-*
terat, *ff. ad S.C. Trebell.* nàm eſt magis
communis opinio *Bart.* ut latiſſimè per
Alex. qui omninò videatur *cōſ.*89.1.*vol.*
& per *Dec.in conſ.*175.*& Reg. Rovit. in*
*pragm.*1.*de ſuſp.offic.num.*43.*Caravita*
in ritu 265. *num.* 30. *dicit*: ex quo in
Regno proceditur circa ſuſpiciones ſe-
cundū jus Canonicū, debeantq; expri-
mi, & probari cauſæ, & poſt modum ſu-
16 per eis decerni, ut ſupra dixit in 1. *not.*
Acta facta per Iudicem allegatum ſu-
ſpectum non erunt nulla, ſed venient
annullanda poſtmodum, ut dicebat *In-*
noc.in cap. cum ſpeciali de appell. hoc eſt
poſtquam fuerit decretum, ſuſpitiones
militare, & Iudicem ſuſpectum debere
abſtinere juxtà ea, quæ dicuntur in *c. nō*
ſolùm de appell. in 6. & etiam juxtà ter-
tiam opinionem relatam per *Roman. in*
d. conſ. quæ volebat, quod validitas,
vel nullitas actorum factorum per Iudi-
cem allegatum ſuſpectum dependeret
à futuro eventu, ut ſi ſuſpiciones mi-
litaverint, acta ſint nulla, ſi verò ſecus,
valida.
17 Iudex delegatus, etiam appellatione
remota recuſari poteſt, ſi ſit impetran-
tis conſanguineus, vel in illa cauſa ejus

Advocatus c.poſtremo de appellat. Bald.
18 in d.cap.num.1. quærit uſque ad quem
gradum intelligitur cõſanguineus, gloſ.
dicit uſque ad quartum,pro gloſ.facit l.
petitionem,§.ingredi,C.de Advocatis di-
verſor.Iudiciorum, & hoc in tranſverſa-
libus,& in aſcendentibus in infinitum,
poſteà dicit, quod omnes, qui ſuccede-
re poſſunt dicuntur cõſanguinei, ut no-
tatur in l.ſi fœmina,C.ad Turpill.ubi eſt
optima gloſ.in ſimili materia, videlicet,
quod illi dicuntur ſuorum injuriã pro-
ſequi,qui ſuccedere poſſunt ab inteſta-
to, Io:Andr.dicit,quod hoc eſt arbitra-
rium, gloſ.in l.negandum, C.qui accuſar.
non poſſunt dicit,quod hoc non eſt mul-
tum extendendum, Bald.advertit eſſe
tenendam hanc gloſ.quæ eſt in d.l.ſi fœ-
mina, quia ubi de ſignificatione voca-
buli tractatur, non eſt ad arbitrium Iu-
dicis recurrendum,ut in l.item legato, §.
parvi,ff.de legatis 3.& l.qui juriſdictio-
ni,ff.de juriſd.omnium jud.& l.1. Cod.ſi
quacunque prædītus poteſtate, ſed gloſ.in
l.ut vim,ff.de juſtitia, & jure dicit affe-
ctionem conſiderari. Sed gloſ.in d. cap.
poſtremò in verb.conſanguineus videtur,
quod uſque ad ſeptimum gradum ſuc-
cederet illi aliis deficientibus cap.ad ſe-
dem 35.quæſt.5. in 2. col. undè cum re-
maneat affectio, poteſt recuſari uſque
ad illum gradum,in quo poſſet ei ſucce-
dere,gloſ.prædicta ſubjungit hęc verba,
ſed certè honeſtius reputo, quod in ſu-
perioribus adhuc repellatur,quia sẽper
affectio, & dilectio prima remanet,mo-
39 dica enim cauſa repellit Iudicem, puta
familiaritas, cap.inſinuante de offic.deleg.
& periculoſum eſt ſub Iudice litigare
ſuſpecto, Can.quia ſuſpecti 3.q.5.l.aper-
tiſſimi,C.de judic. & Dom. Reg. de Ponte
in dec.30.num. 13.ait.

30 Qualitas autem Iudicis in caſibus
contingentibus admittit, vel reicit ſu-
ſpicionem, Alex.in l. qui juriſdictio, ff.
de juriſd.omn.Iudicum,latius Decius in
cap. poſtremò de appellat. & licet gradus
parentelæ ſit uſque ad quem datur ſuc-
ceſſio ſecundum Bart, & cæteros in d. l.
qui juriſdictioni, tamen ſecundum qua-
litatem parentelæ, & qualitatem Iudi-
cum eſt ſuſpictio arbitraria ultra prædi-
ctum gradum, ut notat Decius in dicto
cap.poſtremo, & Fontanella in deciſ.12.
21 num.10.ait computationem gradus fie-
ri debere exemplo computationis gra-
duum, quæ fit in teſtibus cõſanguineis,
ad excludendum eos à teſtificando uſq;
ad quartum gradum conſanguinitatis,
& num.12.dicit fuiſſe per Senatum plu-
ries deciſum juxtà cõputationem gra-
duum de iure canonico. Sed Anna in
ſingul.397. dicit quod gradus compu-
tarur de illo jure, á quo proceſſit diſpo-
ſitio, & quod pragmatica edita in anno
1555. quod Iudex non interveniat in
cauſa,in qua conjunctus Doctor eſt Ad-
vocatus uſque ad quartum gradum, in-
telligitur de gradibus ſecundum ius ci-
vile, Roman.in l.ſi Aviæ,C.de ſucceſſorio,
edicto, Andr.de Iſernia in cap.1. de his
qui feudum dare poſſunt.

22 In propoſita ſpecie, quæ dicuntur
capitales inimicitiæ judicis arbitrio re-
linquitur, ut reſolvit Grammat.conſ.57.
num.9. & antè eum Bald. in Auth. ſi di-
catur, C. de teſtibus,Caſſan.in conſuetud.
Burg.rub.3.§.1.num.11. Menoch.de arbit.
99.lib.2.cent.2.caſu 110.num.3. Quæ
autem illæ ſint,declarat gloſ. in l. licet
verb.capitales de arbitr.tex.in cap. acce-
dens,& ibi Panorm. ut lite non conteſt.
gloſ.in cap.per tuas de ſimonia, & in §.ſi
verò quis dicatur, in auth. de teſtibus
col.7.per quem text.Menoch.d.caſu 110
num.7. aſſerit, cauſam capitalem parere
inimicitiam dignam,qua teſtis ſupectus
habeatur, quod antè ipſum tradit An-
gel.& Imol.in l.Is qui Reus,ff.de publ.Iu-
dic. & notabiliter Bart.in l.3.§.fin.ff.de
adim.leg. ut inter inimicitias capitales,
& graviſſimas differentiam conſtituit,&
inimicitiam capitalem ex eo inſurgere
opinatur, veluti ſi quis conſanguineum
adverſarii interemit, vel in cauſa crimi-
nali recuſavit, vel mortem illaturum
comminatus eſt.

Quinimò, & ex injuriis verbalibus
oriri inimicitiam capitalem,tradit Bald.
in cap.veniens ad fin.de iure iurando,&
Iaſ.in l.procurator, C.de procur. ſequitur
Caſſan.in Conſuet.Burg.rub.3.§.1.gloſ.fi-
23 nal.num.17. Graviſſimam verò inimi-
citiam eſſe, Bar. dicto loco exiſtimat,
quæ

Digitized by Google

quæ oritur ex civilibus quæſtionibus omnium bonorum, vel quando atrox injuria alicui infertur, *Bald. in l. parentes, C.de teſtib.* qui docuit pecuniarum cauſam arduam capitali æquiparari, quæ ſanè ardua cauſa tunc judicatur, cum de univerſa ſubſtantia controverſia excitatur, ità reſpōdet *Anchar. conſ.* 26. *& Barb. conſ.* 3. *& conſ.* 16. *vol.* 2. *cum aliis adductis per Caldas de renovat. emph. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 21. *cum ſeq.*

24 Inimicitia affectata nō prodeſt; *Bart. conſ.* 56. *Felin. in cap. fin. de teſtib. l.* 1. *§. ſi quis, ff. de quæſtion. Bar. & Imol. in l.* 1. *§. ſi ſervus, Iudicis arbitrio remittitur, Bald. in auth. ſi dicat, & l. penult. Cod. de teſt. l. ſed ſi quis, §. illum, ff. ſi quis cautionibus, Iaſon. in l. ſi filium, C. de inoffic. teſtam.*

25 In quibus caſibus Regii Senatores poſſunt, & debent ſe habere pro ſuſpectis, abſtinendo ſe ab interventu cauſæ, *Fontanell. in deciſ.* 2. *num.* 20. ait mihi videtur in hoc negotio reſpōdere pro Iudice, maximè in his ſupremis Senatibus, in quibus ſolent eſſe eminentiſſimi Viri, ac illi quidem valdè circumſpecti, & ſic cenſeo non debere Senatum admittere ſimiles ſuſpiciones ſcandaloſas, & periculoſas, ſed ſi videt fundamentū habere, quod Senator dicit, & explicat de conſcientia læſa, & cauſa illius, debet permittere illi, quod ſe abſtineat, optima ratio, quia non debet permittere, quod cauſa decidatur per Iudicem, quem cognovit ſuſpectum, nec tenetur expectare, quod ſuſpiciones proponantur à parte, cùm fortè ab ea ignorentur, & in omni caſu expectare oppoſitionem, & declarationem, nil aliud eſſet, quam dare locum ſcandalis, à quo debet fugere Senatus, poſtquam, ut dixi, certa eſt ſuſpicio, & juſta ſuſpicionis cauſa; atque ità vidimus ſepè in noſtro Senatu obſervatum.

OBSERVATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio litterarum fieri non poteſt, niſi per ſcribentem, & non per alium.*

2 *Declaratio nulla eſt melior, quàm illa, quæ provenit ab eodem fonte.*

3 *Actus, ubi diverſo modo intelligi poteſt recurritur ad eius authorem, ut indè cognoſcatur quo reſpectu fueris inductus.*

Actus ſi interpretari non poſſit, eſt attendenda declaratio ſcribentis, abſque alia interpretatione.

1 INterpretatio literarum fieri non poteſt, niſi per ſcribentem, & non per alium, *l. cum de indebito, §. in omnibus, ff. de probat.* ibi, niſi ipſe ſpecialiter, qui cautionem expoſuit cauſas explanavit, pro quibus eadem conſcripſit. *Baldus conſ.* 313. *num.* 1. *vol.* 4. ibi de animo autem ſuo interrogari quis poteſt, & ſtabitur eius reſponſioni, quia nulla eſt
2 melior declaratio, quàm illa, quæ provenit ab eodem fonte, ut poſt *Decium, & Bart.* advertit *Albenſ. conſ.* 172. *n.* 32. *vol.* 1. *Surd deciſ.* 216. *num.* 33. *& deciſ.* 29. *num.* 2. *Tiber. Decian. conſ.* 7. *num.* 50. *cum ſeq. vol.* 1. *Cravetta conſ.* 384. *num.* 9 *Simon de Petris conſ.* 65. *num.* 35. *vol.* 1.
3 concludens; quod ubi actus diverſo modo poteſt intelligi recurritur ad ejus Authorem, ut indè cognoſcatur quo reſpectu fuerit inductus, *Menoch. de arbitrar. caſu* 86. *num.* 6. *Alex. conſ.* 146. *nu.*
4 24. *&* 25. *vol.* 5. & ſi non potuerit interpretari eſt attendenda declaratio ſcribentis abſq; alia interpretatione *Bald. conſ.* 12. *nu.* 2. *&* 458. *vol.* 3. dicens, quod ille, qui eſt cauſa efficiens, & formalis interpretatur ſe ipſum, non eſt opus extraneo interprete, ſeù extrinſeco intellectu.

OBSERVATIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Baronis ſequeſtratur ob ejus contumaciam pro ſatisfaciendis creditoribus cum aſſenſu.*

1 IVriſdictio Baronis ſequeſtratur ob eius contumaciam pro ſatisfaciendis creditoribus cum aſſenſu, ad *Io: Vinc. de Anna in ſing.* 180. *executio*, ad *Io: Fabr. in §.*

N 2 item

Digitized by Google

*item ſervian.inſt.de action. ad Reg.Tappia in tract. de præſtan. Regiæ Cãcellariæ num.*43. allegans *Reg. de Ponte de poteſtate Proregis tit.*1.*§.*1. *& Andr.de Iſernia in conſtit.Clementiæ Imperialis,& in cap.*1.*de milite vaſallo, qui contumax eſt & Lipar.ibidem in verbo poſſeſſionem,*donec tedio affectus comparuerit.

OBSERVATIO XV.

SUMMARIUM.

1 *Iura Regaliæ conceſſa in burgenſaticum ſivè in feudum alienari non poſſunt ſine Regis aſſenſu.*

1 JVra regalia aliis perſonis conceſſa, ſivè ſit jus magnum, vel parvum, ſivè conceſſum liberè in burgenſaticum, ſivè in feudum per quemcumque contractũ, non poſſunt alienari, nec in alium transferri quocumque titulo ſine voluntate Domini Regis, & ſic patet, quod jura regaliæ in poſſeſſione privatarum perſonarum exiſtentia de voluntate Regis dicuntur eſſe Regalia, & non privatarum perſonarum illa poſſidentium, & ideò prohibita eſt omnis alienatio ab eis, ſicut eſt prohibita poſſidentibus feuda alienatio feudorum, ſine Regio aſſenſu, ut per *Afflict.in conſtit. ſcire volumus n.*4.*de Ponte dec.*28. *num.*30.*cum ſeq.*

OBSERVATIO XVI.

SUMMARIUM.

1 *Iuramentum eſt individuum, & qui in re minima contractum non obſervat, nihil obſervare videtur.*

1 IVramentum eſt individũ, & ideò qui in re minima contractum non obſervet, nihil obſervare intelligitur, nàm quis in uno contravenire nõ poteſt, quin contraveniat in totum, ut tradunt *DD.in l.eum proponas,*ubi *Lancellot.Decius, & Aquen.C.de pactis,l.ſi quis major, C.de tranſact.Cravetta conſ.*182. *nu.*16. *Reg. Conſ. Franc. Roec. reſponſ.* 45. *n.* 14. *cũ ſeq. Achill.Pedrocca in conſ.*1. *n.*249.

OBSERVATIO XVII.

SUMMARIUM.

1 *Iuriſdictio per generales litteras attributa per ſpeciales quantum ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur penitus derogatur.*

2 *Mandatum ſpeciale generali non derogat.*

3 *Reſcripta ordinario directa non mutãt, ſed excitant potius juriſdictionem.*

1 IVriſdictio per generales litteras attributa, per ſpeciales quantum ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur penitus derogatur, per *text.in cap. paſtoralis, & cap.*1.*de reſcriptis, & cap.ſtuduiſti de officio delegati*, nàm mandatum ſpeciale
2 generali non derogat, ut in terminis dixit *Angel.in l.eum prætor in princ. ff. de judiciis, & Decius in conſ.*663 *viſo legali propè finem lib.* 5. & eſt deciſio *Bald. in cap.verò,§.ad hæc col.* 5. *verſ. ex præ-*
3 *miſſis de pace jur.firm.* Quamvis ſi talia reſcripta vero Ordinario dirigerentur, non mutata, ſed excitata potius diceretur juriſdictio, juxtà *text.* & notata in *l.fin.§.data.ff.à quibus appell. non licet*, & in *cap.licet in corrigendis de offic. ordinar.*

OBSERVATIO XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit pax, & quos effectus producat?*

1 IVſtitia Regis pax eſt populorum, tutamen patriæ, terræ fecunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimet ipſi ſpes futuræ benedictionis *Cyprian.de duodecim abuſion.* qui deniq; appellat ibi munimentum gentis *Pater Fragoſa de regimine Reipub. Chriſtianæ p.*1.*lib.*1.*diſp.*1.*de virt.Princip.*

OB-

OBSERVATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui in Regno habet locum in cõceſſione in emphytheuſim ſimpliciter facta, ſed per conſuetudinem Neapolitanam habet locum tantum in conceſſione emphitheuſi cum poteſtate affrãcandi.*

2 *Ius congrui, an locum habeat in bonis emphytheuticis, & an Dominus, Agnatus, vel vicinus præferatur in illis?*

3 *Vicinus an poſſit vendere alteri quam vicino?*

1 IVs congrui in Regno per conſtitutio-
nem *Sancimus*, habet locum in con-
ceſſione in emphytheuſim ſimplicirer.
Per conſuetudinem autem Neapolira-
nam non habet locum in conceſſione
ſimpliciter, ſed cum poteſtate affrancã-
di ſic, ut teſtantur de *Franchis in deciſ.
392.& Afflict.in deciſ.72.per totam.*
2 Ius congrui an habet locum in bonis
emphytheutieis, & num Dominus,
agnatus, vel vicinus præferatur in illis?
Pro Domino directo coucludit *Molfeſ.
in tit.de jure congrui q.14.* ubi hoc per
DD. Regnicolos, & jura etiam conſue-
tudinaria affirmat, & videndi ſunt *Tho-
rus in verb.jus congrui*, & an re vendita
competat vicino, vel Domino, *Giurba
deciſ.51.num.8.& 52.num.* 1. *de* Fran-
chis deciſ.610.num.2.& in prima limita-
tione videndi ſunt *Thorus in verbo Do-
minus directus rei emphytheuſis, Anna
ſing.295.de Franchis deciſ.392.num. 9.
& d.deciſ.610.num.4.in fine, & Carolus
Antonius de Luca in obſervat.in d. deciſ.
num.1.Afflict.deciſ.72. Anna conſ. 38.
num.49.Anna ſingul.150. de Franch.de-
ciſ.17.num.8. de Rubeis in conſuet.ſi quis
emit in addit.incip. Quid ſi directus Do-
minus Camill. Salernus in conſuetud.ſi
quis emit ſub num.3.fol.326. in fine Na-
podan.in dicta conſuetud.num.29. cum
3 ſeq.* Et an vicinus poſſit vendere alteri,
quam vicino. Reſpondetur, quod cæ-
teris paribus tenetur potius vendere
convicino, quam aliis, alias poſſet ap-
pellari, *l.quicumque, C.de omni agro de-
ſerto lib.11.* ità notabiliter dicit *Guliel.
de Cuneo in l.1.ff.de privil. credit.* & re-
ferunt iſta moderni in *l.ſi mihi, ff.de ver-
bor.obligat.* quia intereſt noſtra non ha-
bere malos vicinos, ut in *l. fin. C.de pa-
ctis inter emptor.& venditor.* & confines
fundos, etiam ſupra juſtam extimatio-
nem intereſt noſtra interdum habere,
dicit *text.not.in l.ſi cui fundus, ff. de leg.
2.* facit lex cum duabus in principio, *ff.
pro ſocio, Fabian.de Monte de emptione,
& venditione 3.q.princ. verſ. vigeſimo
quaro.*

OBSERVATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Laudemia prædeceſſorum, ſi non ſunt ſoluta, an teneatur ultimus emptor ſolvere directo Domino?*

2 *Poſſeſſor pro tributis præteritis conveniri poteſt.*

3 *Laudemium non eſt ſolvendum, ſtante facultate alienandi.*

4 *Laudemium non eſt ſolvendum pro legato, ſeù inſtitutione facta illis, qui ſunt comprehenſi in inveſtitura, & qui ab inteſtato ſuccederent, non autem quando fuerit relictum penitus extraneo.*

1 LAudemia prædeceſſorum ſuorum
ſi non ſint ſoluta, emptor ultimus
an teneatur ſolvere directo Dominó?
fuit deciſum, quod ſic, ſalvis juribus
ultimo emptori contra prædeceſſores
*Præſes de Franch. deciſ. 430. Aloyſ. de
Leo in l placet num.39. C.de Sacroſanct.
Eccleſ.Maſtrill.deciſ.Sicilia 171. nu. 15.
tom.1.Gratian diſcept.forenſ. q.377. nu.
26. tom.1.Fontanell.de pact. nuptialibus
clauſ.4.gloſ.18.p.1.num.18.Barbat. de
aſſiſtent.gloſ.12.nu.117. Franch.de Lau-
demio cap.7.num. 35. Capan. de jure re-
levii p.4.q.25.num.7.Thor. in rub. Lau-
demia in compend.deciſ.Surd.in deciſ.32
num.14.& 15.*tenet non competere hy-
pothecariam, contrarium ſubſtinet de
*Franch.in d.deciſ.430. num.1.& 2. Ni-
ger.de Laudemio q.7.*

2 Pro

2 Pro tributis præteritis poteſt poſſeſ-
ſor conveniri *l.prædiis 36.ff.de jure fiſci*
l.2.§.ſi quid.ff.de hæred. vel act. vendit.
Franc. de Alfaro in tract. de jure Fiſci ,
gloſ.16. num.87.& 88.*Maſtrill. d.deciſ.*
3 *Sicilia* 171.*num.* 15. *&* 16. Laudimiũ
non eſſe ſolvendum , ſtante facultate
alienandi , *DD.*loquuntur, quando le-
gatum , ſeù inſtitutio fieret illis,qui sũt
comprehenſi in inveſtitura, & qui ab
4 inteſtato ſuccederent, non autem quã-
do relinqueretur penitus extraneo, de
*Franchis deciſ.*447.poſt *Amod.de Lau-*
*dim.q.*31.*Redobanus de reb.* Eccl. *non*
*alien.q.*11.*in princ.tit.*1. *de laud. nu.*16.
& 17.*fol.*380.*Gratian. diſcept. forenſ.d.*
*cap.*377.*n.*35.

OBSERVATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Laudum latum ab Arbitro ſuſpecto , & prius revocato eſt nullum , ſicus factũ à Iudice recuſato.*

2 *Arbiter uti ſuſpectus recuſari poteſt ex cauſis poſt compromiſſum exortis, quod etiàm in Arbitratore procedit.*

3 *Cauſa juſta recuſationis eſt , ſi Arbiter Advocatum noluit audire.*

4 *Laudum per Arbitrum præcipitãter latum eſt nullum .*

5 *Cauſa juſta recuſationis eſt ſi Arbiter votum propalavit ante laudum , & ſi nimis animosè proceſſerit.*

6 *Laudum latum poſt tempus compromiſſi eſt nullum.*

7 *Facultas arbitro data faciendi laudum infra tres menſes à die compromiſſi,an dicti tres menſes capiant nonaginta dies tantùm , vel potius nonaginta duos propter menſes duos , quorum quilibet habet dies triginta unum ?*

8 *Appellatione menſis* 30. *dies continetur.*

9 *Laudum quod tangit feudalia ſine Regio aſſenſu eſt nullum.*

10 *Compromiſſa , & lauda de feudo de jure conſtitutionis Regni Divæ memoriæ abſque aſſenſu non valent.*

11 *Aſſenſus ſuper compromiſſo impetratur cum clauſula, ut ante promulgationem oſtendatur uni ex Regentibus Regiam Cancellariam.*

1 LAudum latum ab Arbitro ſuſpecto , & prius recuſato eſt nullum , ſicut factum à Iudice recuſato , ut eſt verior , & magis communis ſententia , de qua per *gloſ. in c. quoties Epiſcopi* 2.*q.*7. Lapus latè *alleg.*1. & ibi *Mandoſ.in addit. Alex.conſ.*89.*per totum lib.*1. quem ad hoc citat *Lanfranch. de Oriano in tract. de Arbitris diviſ.*7.*q.*34. *num.*78. *Decius conſ.*174.*ſub num.*3. *in fine*, *Caſſan. conſ.*30. *num.* 21. latè *Gabr. de judiciis concluſ.*5.*per totam*,*Gayl.lib.*2.*obſerv.*33 *num.* 12. & *Vantius de nullit. ex defectu juriſdict.n.*140.

2 Cum dubium non ſit ex cauſis poſt compromiſſum factum exortis poſſe Arbitrum, uti ſuſpectum recuſari, *text. eſt ad literam in l.non diſtinguemus* 37.§.*cũ quidam, ff.de recept. arbitr.* ubi *gloſ. & DD.* & hoc etiam in Arbitratore procedere optimis juribus , & rationibus, firmant *Abb.num.*13.*& Imola ſub n.*27. *in cap.quintavallis de jurejur.* nàm eadẽ ratio eſt in utroque , quod non eſt veriſimile velle partes à ſuſpecto earum cõtroverſias terminari, cum melius ſit antè læſionem occurrere, ad *text. in l.fin. C.in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſaria* , quod ſequitur etiam *Lanfranch.de Orian. in d.tract. de arbitr. d. diviſ.*7.*q.*34.*nu.*78.

3 Et juſta cauſa recuſationis eſt, ſi ar-
biter noluit audire Advocatum , ut in
puncto poſt *Lanfranch. de Oriano in*
*Clement.*ſæpè *verſic. de plano ſub nu.* 28.
de verbor. ſignif. voluit *Maranta in*
*ſpeculo,§.& quandoque appellatur n.*51.
Imò ſi cum audivit , & laudum præcipi-
4 tanter pronunciavit eſt nullum, ex *Bart.*
*in l.prolatam num.*7. *C.de ſentent. & in-*
terloquut.omn.Iudic. & ibi *DD. Cravet-*
*ta conſ.*153.*nu.*2.*Menoch.de Arbitr. Iu-*
*dic.lib.*2.*q.*19.*num.*7. *in puncto* , *Decius*
*conſ.*475.*n.*38.

5 Et etiam juſta cauſa recuſationis Arbitri eſt , ſi propalavit votum ante laudum , ut ex *l. obſervandum , ff. de offic. Præſid. Rota de conceſſ. præbendæ in antiquis deciſ.*38. aliàs 256. *Aret.conſ.*29.*n.* 25.*Cravett.conſ.*134. *num.*2. *Vivius deciſ.*136.*Maſtrill.deciſ.*151.*n.*41. *&* 42. *Menochius de arbitr.caſu* 498. *num.* 14.

Gra-

Digitized by Google

Gratian.diſcept.forenſ.cap.100. num.57. Maſull.ad Capyc.deciſ.138. num.8.

Et ſimiliter juſta recuſandi cauſa, ſi Arbiter nimis animosè proceſſerit, *Abbas in cap.conquerente num. 11. de reſtit. ſpoliat. & in cap.cum veniſſent 5. notab. de reſtit.in integrum, Maranta p.6. tit. quandoque appellat.num.4. Felin.in cap. ſuper literis num.26.de reſcript.*& laudũ
6 latum poſt tempus compromiſſi, eſt etiã nullum, ad *l.idem Pomponius, §.arbiter ex compromiſſo, l. arbiter Iudicii, §.fin. & l.ſi cum dies in pr. ff.de recept.Arbitr. Affliſt.deciſ.73. num.8. Reg. Rovit. in Pragmat.1.de arbitr.n.34.*

7 Verum ſi facultas data fuerit arbitro faciendi laudum infra tres menſes ab hodie, quo in caſu non á die acceptationis, ſed à die facti compromiſſi, tempus labitur, *Soccin.conſ.87. num.1. in 4. Franch.deciſ.354.num.3.& 6. Magon. deciſ.Florent. 8. num.78. Surd.deciſ.203.& Gratian.dec.Marchiæ 123.n. 52.Reg.Rovit.loc.cit.num.51.* An ſi dicti tres menſes capiant tantum nonaginta dies, vel potius nonagintas duos, additis illis duobus propter menſes duos, quorum menſium quilibet habet dies triginta unum, & quidem computari menſem pro diebus triginta tantum, sũt jura aperta in *auth.Iubemus, C. de judiciis*, ubi ſtatuto termino dierum triginta litigatori *ad allegandum in judicio*, ſubdit (*quod ſi non fecerit, alius menſis indulgeatur à Iudice*) ergò primi trigin-
8 ta dies dati menſis ſunt, unde appellatione menſis triginta dies continentur, quod idem ait *text. in corpore*, undè ſumitur in *§.ſed hoc auth. ut cum de appellat. cognoſc.* eſt etiam *text. in l. fin.C. de jure delib.*ubi in *§.fin autem alius ad confectionem inventarii concedit dies nonaginta*, poſteà *in §. donec eadem lege vocat ſpatium trium menſium*, per quem *text.Bald.in l.eos 6. §.fin autem num.7. C.de appellat.*voluit ſemper intelligi appellatione menſis numerus dierum triginta in his, quæ media ſunt inter odiũ, & favorem.

9 Obſervandum eſt inſuper, quod laudum ſi tangit feudalia ſine aſſenſu Regio eſt nullum *Scrader.de feudis 2. tom. p.10.ſect.1.num.170. Borrellus in ſumma tit.63.de compromiſſo num.109.111.*
10 *& ſeq.Franc.del Caſtillo dec.106.nu.40.* cum certum ſit de jure conſtitutionis Regni Divæ memoriæ, quod nec compromiſſa, neque lauda in hoc, & Siciliæ, utroque Regno, abſque Regio aſſenſu valent, ut in *d. Conſtit.* cujus verba ſunt (*Arbitria etiam ex compromiſſo ſuper prædictis facta nulla eſſe cenſemus, cum de eis conſtitutione noſtra certis perſonis Magiſtro Iuſtitiario, & Iuſtitiæ tantum cognitio ſit delata, aliter ſine aſſenſu facta, ſivè compromiſſum.ſivè laudum nulla ſunt,* ut in *d. Conſt.Andr.de Iſern. in cap.1.§. inter pares de lege Corradi*, ut per *Afflict.num. 52. Anna à nu. 278.Afflict. deciſ.138. num.1. cum ſeq.* quod ſaltim in compromiſſo debet intervenire; Vndè inolevit praxis, de qua
11 *Loffred.in l.Imperialem col. 3. verſ. cõpromiſſum in parafraſi,*quod impetretur aſſenſus ſuper compromiſſo cum clauſula, ut ante promulgationem laudi oſtẽdatur uni ex Dom.Regentibus Cãcellariam, ſecundum quam practicari, & obſervari tradit *Bambac.in cap.ſi Vaſallus num.16.ſi de fundo, defunct. Muſcatell.in praxi civili p.2.gloſ.gradum num. 49.* & adeò hæc vera ſunt, quod procedunt, etiam ſi condemnatio fieret in pecunia remanente feudo penès poſſeſſorem, ut contra *Affliſt.* optimis rationibus comprobat *Anna pater in dicta conſtit.nu.281.*

OBSERVATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Laudum per Arbitrum prolatum, in quo omnia deducta non fuerunt deciſa, ſed reſervata decidenda, pro deciſis non debet exequutioni demandari ex ipſius laudi, & juramenti individuitate.*

2 *Lauda differunt à ſententiis, in quibus tot capita, tot ſententiæ.*

3 *Diverſa dicuntur, quæ factorum ſeparationem recipiunt.*

4 *Facta ſi ſunt ſeparata, ſivè etiam data fuerit facultas Arbitris in pluribus vicibus*

cibus laudandi, & determinandi, tūc
ſuper aliqua controverſia latum erit
exequendum.
5 *In compromiſſo ſi fuerit dictum, quod*
Arbiter poſſet pronunciare ſemel, vel
pluries, tunc laudum latum pro parte
valebit, & exequi debet.

1 LAudum per Arbitrum prolatum, in
quo omnia deducta non fuerunt de-
ciſa, ſed reſervata decidenda pro deci-
ſis non debet exequutioni demandari,
ex laudi ipſius individuitate, ad *l. pedius*
§. 1. ff. de receptis Arbit. & ex aliis dedu-
ctis per *D. Præſid. de Franch. deciſ.* 173.
ſivè etiam ex individuitate juramenti ad
Bald. in l. fin. in 1. oppoſit. C. de edicto Div.
Adr. Ex eo præſertim, quod in hoc di-
ſcriminentur lauda à ſententiis, in qui-
2 bus quot capita, tot dicuntur ſententiæ,
ad *l. etiam, §. 1. ff. de minor. l. quadam mu-*
lier in fine, ubi *Florian. ff. fam. erciſc.* cū
aliis apud *Boerium q. 73.* ut in ſtipula-
tionibus tot dicuntur eſſe ſtipulationes,
quot ſunt res, *l. ſcire debemus, ff. de ver-*
borum obligat. l. ſi Chorus, ff. de legat. 3. l.
hac ſcriptura, ff. de condit. & demonſtrat.
Verum concluſio prædicta procedit ſo-
lum in compromiſſo ſimpliciter facto in
rebus conjunctis, & rerum quæ ex con-
tinentia factorum ſeparationem non re-
cipiunt, ad *l. 1. C. ſi unus ex plurib. appell.*
non autem ſeparatarum rerum, & in ca-
pitulis diverſis juxtá *l. ampliorem, C. de*
3 *appell.* per quam ibi *Bald.* dat ſingula-
rem doctrinam, diverſa dici, quæ facto-
rum ſeparationem recipiunt, ut per *Boe-*
rium loco cit. num. 3. namque, quando
ſunt conjunctæ, ſuper quibus eſt factum
compromiſſum unico laudo, & unica
etiam ſententia ſunt omnes quæſtiones
4 terminandæ, ad *l. qui de crimine, C. de*
accuſat. l. nulli, C. de judiciis, Hoſtienſ. in
ſumma tit. de arbitris, §. qualiter ad effe-
ctum, & §. item diffinitiva, ut ſervetur
forma compromiſſi, ad *l. dicere §. 1. ff. de*
recept. arbitr. Specul. tit. de reconventione,
§. ſequitur, verſ. ſed è converſo; Verùm
4 tamen ſi ſeparata ſunt facta, ſivè etiam
fuerit data poteſtas arbitris in pluribus
vicibus laudandi, & determinandi tūc
laudum ſuper aliqua controverſia latū
erit exequendum, nec impediretur il-
lius exequutio, quod alia non fuerint
deciſa, ſecundum *Bart. in l. quid tamen*
per illum text. & in *l. de rebus, ff. de recep.*
arbitr. quem ſequitur *Bald. in d. l. quid*
tamen per hac individualia verba nu. 6.
5 *ad medium, verſ. ſed quid ſi dictum eſt*
in compromiſſo, quod poſſet pronunciare
ſemel, & pluries. reſponde, quod tunc va-
lebit ſententia lata pro parte, vel in una
re, quia tot videntur compromiſſa, quot
Arbitro placuit facere pronunciationes, nō
tamen poteſt deciſum ſemel iterum refri-
care; ſed refertur dicta poteſtas ad nō de-
ciſa, aliàs ſequeretur, quod deciſio ſua
ſemper eſſet nō pēdenti, & non mandare-
tur executioni, quod eſt abſurdum, hacte-
nus *Bald.* ex pluribus aliis mediis in in-
dividuo pariter aſtruit, & firmat *Mar-*
cus Antonius Blancus de compromiſſis 9.
q. princip. num. 59. verſ. vigeſimo quæro;
Ità ut ſi in compromiſſo fuerit data di-
cta poteſtas in pluribus vicibus deter-
minandi, & quod diverſa ſint facta de-
ducta, laudum prolatum debeat exequi,
etiam ſi de nullitate dicetur, ſivè etiam
appellaretur, ac ſi eſſet ſententia S. C.
ad latè adducta per *Ann. in ſing. 299. &*
in repet. Conſtitutionis Divæ memoriæ à
num. 287. ad 290. Afflict. deciſ. 117. ad
l. diem proferre, §. ſtari, ff. de recept. ar-
bitr. Alex. Raudenſ. deciſ. 23. num. 24. ut
etiam ſervetur forma, & poteſtas data
Arbitris ad *d. l. dicere, §. 1. ff. de recept.*
arbitr.

OBSERVATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Legata pia an debeantur ex teſtamento*
rupto nativitate poſthumi.
2 *Legatum favore piæ cauſæ ſubſtinetur,*
dummodo non fuerit magnæ quantita-
tis, quod abſorbeat totum patrimoniū.

1 LEgata pia an debeantur ex teſtamē-
to rupto nativitate poſthumi, *Tira-*
quell. de privileg. piæ cauſæ privileg.
36. ubi *Io: Baptiſt. Thorus* deberi affir-
mat per *DD.* per eum relatos, & *Me-*
noch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 32.
num.

num.20.cum ſeq. gloſ.in §. 1.inſtit. quibus modis teſtam. infir. in exemplificatione caſus adoptionis, vel nativitatis filii poſt teſtamentum, & in l.3. ff. de iniuſto rupto, & irrito teſtam. ibi: ſed & ii, quipoſt teſtamentum factum in vita naſcuntur, itá demum per legem Vellejam. rumpere teſtamentum prohibentur ſi nominatim ſint exhæredati.

2 Vndè recurrendum eſt ad doctrinam Menochii loco cit. quod favore piæ cauſæ ſubſtinetur legatum, ſi tamen non fuerit magnæ quantitatis, quod abſorbeat totum patrimonium.

OBSERVATIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 Legatum, cùm moritur, eſt conditionale, nàm dies incertus pro conditione habetur.

2 Legatum conditionale ad hæredes non traſmittitur.

3 Subſtitutionis jus eſt perſonale, ideò regulariter ad hæredes non tranſmittitur.

4 Spes conditionalis, nec etiam ad filios tranſmittitur.

5 Subſtituto mortuo ante conditionis evẽtum, legatum remanet liberum penès legatarium excluſis hæredibus ſubſtituti prædefuncti.

6 Subſtitutiones per ſubintelligentias multiplicari non debent.

7 Subſtitutio fideicommiſſaria facta de filiis non extenditur ad nepotes.

8 Subſtitutus ſuperſtes ſolus ſuccedere debet, excluſo filio ſubſtituti prædefuncti.

9 Ius repreſentationis obtinet tantum locum in vocatis per nomina collectiva plurium graduum, ut familia deſcendentium liberi, ſecus per nomina collectiva unius gradus tantum.

10 Clauſula codicillaris non loquitur in legato conditionali, nec poteſt mutare naturam, nec facere poteſt non tranſmiſſibile, quod traſmittatur nu. 11.

1 LEgatum cum moritur conditionale eſt, nám dies incertus pro conditione habetur, l. 1. l. dies incertus, & l. hæres meus, ff. de condit. & demonſtrat. Peguera deciſ. 100. num. 1. & deciſ. 114. num. 22. Galganet. de condit. & demonſtrat. cap. 1. q. 85. num. 2. l. ſi cum hæres 4. & l. hujuſmodi, ff. quando dies legati ced. Gratian diſceps. 136. nu. 12. & 39. l. unica, §. ſin autem, C. de caduc. tollend. Mantic. lib. 11. tit. 20. num, 3. Craſſus, §. tranſmiſſio q. 28. num. 6. Ceſalus conſ. 132. Picard. de verb. obligat. §. ſtipulatio nu. 30. & antè diei evẽtum nulla naſcitur obligatio, d. l. hæres meus, tradit Hyppol. in l. 1. in 3. p. num. 37. ff. de condit. & demonſtrat.

2 Hinc non tranſmittitur ad hæredem, Hyppolit. loc. cit. ſub nu. 3. Mantica d. tit. 20. ſub num. 3. ex l. quibus diebus, §. quidem Titio, ff. de condit. & demonſtrat. Bart. gloſ. Caſtrenſ. & DD. in l. Sejus ſaturninus, ff. ad Trebellian. Bart. in l. ſicut, §. 1. de legatis 1. Ruin. conſ. 85. num. 5. & 9. in 2. Craſſ. d. q. 28. num. 26. Angel. conſ. 286. col. 3. verſ. ſed cum dies, & conſ. 192 col. 1. Romanus conſ. 247. col. 1. verſ. nos autem, Fulgoſ. conſ. 14. num. 2. conſ. 18. vol. 2. Cumanus conſ. 122. num. 3. Iaſon. conſ. 59. in primo Decius conſil. 454. nu. 5. Raudenſ. de analog. in appendice p. 1. nu. 179. Caſan. conſ. 32. num. 14. non obſtat l. unica, C. ut actiones ab hæred. quia loquitur in contractibus, nàm quamvis conditionales ad hæredes tranſeant, Picard. §. ex conditione inſtit. de verborum ſignificatione per l. hæreditarium, ff. de bonis auth. judic. poſſid. l. quodcumque, §. non ſolum. ff. de verbor. obligat. ità Soccin. in d. l. 1. & in l. hæres meus, ff.
3 de condit. & demonſtration. Ius enim ſubſtitutionis eſt perſonale, ideò regulariter ad hæredes non traſmittitur, l. ſi ex pluribus in princip. ubi Bart. ff. de ſuis, & legit. l. ſi in perſonam, ubi gloſ. 2. C. de fideicommiſſis, Decius conſ. 417. n. 2. Durant. de arte teſtandi titul. 5. cap. 23. num. 1.

4 Et quamvis gloſ. in l. is cui, ff. de actionib. & obligation. dixerit ſpem conditionalem ad deſcendentes tranſmitti, quã defendit Soccinus in l. hæredes mei, §. cum ità num. 45. ad Trebellian. tamen verius, quod nec ad filios tranſmittatur, gloſ. in l. unica, C. de his qui antè a-

pert.tabul. & in d.§.cum ita, verſ. ſuſce-
piſſet, quam DD. ſequuntur communi-
ter Bart.num.2.Caſtrenſ.num.3. Alex.n.
6. Zanch.in d. §. cum ita in antiquis nu.
191.verſ.ultimo amplia, Bart.in l.1.nu,
3.ubi Ripa num.36.Crot.num.73.ff.de
legat.1.Iaſon.in l.eum ſecundum num.36
de fideicomm.Gabriel.de hæred. inſtit cō-
cluſ.2.num,10, Guglielm.de Benedict. in
cap.Raynutius, verſ.& uxorem nu.624.
Decius conſ.55.num.8. Rolan. conſ.97.n.
16.in 4. & conſ.46.num.5.in 3.Mantic,
d.tit.20.num.1.& ab omnibus reproba-
ta gloſ. in d.l.is cui, Angel.conſ.18.nu.3.
Soccin.jun.conſ.117.num.18. & 24. in
princ. Magon. deciſ. Lucenſi 82.num.16.
Bardell. conſ.83. num.1, & non tantum
in fideicommiſſo univerſali, ſed etiam
in legato particulari Rom. conſ.162. col.
1.verſ.certum eſt, Zanch. in d. §. cum itá
num.151.& 158.Oldrad.conſ.131.nu.1.
Soccin.jun.conſ.117.num.2.in primo
5 Imò ſubſtituto mortuo ante condi-
tionis eventum legatum remanet libe-
rum penes legatarium penitus excluſis
hæredibus ſubſtituti prædefuncti per l.
in cauſa, §.Pomponius, ff.de minoribus,
ubi Bald.in l.Titia, §. ſi Titia cum nube-
ret, ff.de legat.2. Soccin.jun. in l.eum filio
familias num.24.in ult.notab.de legat.1.
Soccin.conſ.102.num.13.in 3. Ruin.conſ.
229.num.5.in 2.Pariſ.conſ.21.num.44.
in 2.Natta conſ.68.nu.5.Ceſal.conſ.158.
num.5.& conſ.472.num.12.& 13. Bar-
6 dell.conſ.97.num.15. Subſtitutiones e-
nim non debent multiplicari per ſubin-
telligentias, Cravett. conſ. 161. num. 6.
maximè quando agitur de facienda ex-
tenſione de perſona ad perſonam, Ma-
gon.in d.deciſ.Lucenſi 82.nu.14.& ſcrip-
tura teſtamenti emergens veroſimilis,
& indubitata indè reſultans, & conclu-
dens perneceſsè, non autem poſſibili-
ter, Cravett.d.conſ.161.num.16.Burſat.
conſ. 64. num. 2. Mantica de conjectur.
ultim.volunt.lib.3.tit.19.num.5.& lib.8
tit.1.num.22.& lib.11.tit.1.n.18. Craſſ.
d.§.fideicommiſſum, q.4.n.7.
7 Et ideò ſubſtitutionem fideicommiſ-
ſariam factā de filiis ad nepotes non ex-
tendi ſcribit Rimin.jun.conſ.173. à n.14.
latè Menoch.conſ.215.num.14. Bardell.
8 d.conſ.83.à num.7.& debet ſolus ſubſti-
tutus ſuperſtes ſuccedere, excluſo filio
ſubſtituti prædefuncti, Bart. Caſtr. Ro-
man.Iaſon, & alii in l.qui patris, ff.de ac-
quir.hered. Bart.in l. reconiuncti col.12.
verbo, & hoc eſt verum, ff.de legat.3.
Bald. in l.quidam elogio col. pen.verſ. &
hoc niſi aliquis, C. de jure deliber. Iaſon.
in l.qui plures, ubi Imol.& Aretin.per il-
lum text.ff.de vulgar. & pupill. Trenta-
9 cinq.de ſubſtitut.p.4.cap.14.n.18. Iuſq;
repreſentationis obtinet locum tantum
in vocatis per nomina collectiva plu-
rium graduum, ut familia deſcenden-
tium liberi, Agnatio, ſecus per nomina
collectiva unius gradus tantum, ut filii,
fratres, nepotes, tunc enim de jure re-
preſentationis tractari non poteſt, ut per
Valaſc.de iure emphit.q.50. num.35. Pa-
riſ.conſ.39.num.53.& 57.in 2. Bellon.
conſ.50.num.3. Covarr.pract.qq.cap.38
num.4.Raudenſ.de Analog.4.p. num.56.
& 166. Mantica de conjectur.ultim.lib.
8.tit.9.num.11.Beretta conſ.140.num.2.
Caſan.conſ.32.num.14.& conſ.59.nu.3.
& 4. qui num.6. adducit rationem, quā
cōſideravit Iaſ.conſ.215.col.penult.verſ.
undè ſuccedit regula lib.2.Soccin.jun.cōſ.
135.nu.4.verſ.& hoc, Ioſeph de Ruſtic.
conſ.2.num.90.1.tract.verſic.& quod li-
beri, maximè cum tractatur de ſucceſſ.
Collateralium, & non de ſucceſſ. Pa-
trui, ſed ulterioris gradus, in qua ceſ-
ſat repreſentatio, Gabriel conſ.133.nu.
314.[in primo], Caeher.conſ.72.in 8. An-
guiſol.conſ.2.nu.9. Rimin. iun.conſ.246.
num.49.& 55.& conſ.389.nu. 27. Bur-
ſat. conſ.372. ſub num. 6. Bardell. conſ.
83.num.25.
10 Nec obſtabit clauſula codicillaris per
Franch. deciſ.156. ubi caducata inſtitu-
tione ſuccedit ſubſtitutus, nàm præter
quod non loquitur in legato conditio-
nali, certum eſt, quod clauſula codi-
cillaris non poteſt mutare naturam, nec
aliquid addere, ut ait Rimin. iun. conſil.
874.num.26.in 7.Surd.conſ.274.nu.24.
in 2.Trentacinq. de ſubſtit.4.p.cap.9.ſub
num.7.& nu.18. Turret.de effect. clauſ.
codicill.q.30.num.11.& q.77.ſub nu.24.
11 & hinc dicta clauſula non poteſt face-
re, ut quod non eſt tranſmiſſibile, tranſ-
mit-

mittatur, & è contra, ità *Decian. conſ. 129. num. 61. lib. 3.* refeit, & ſequitur *Turretta q.* 80. *num.* 3. nec obſtabit donatio parentum, namque parentes filiorum bona donare nequeunt; ideò revocantur per filios, & hæredes parentum, *Gomeſ. Leon. dec. 77.* & ignoranti filio donationem aditionem hæreditatis nunquã præjudicare, *Alciat. conſ. 33. lib. 9. Socin. jun. conſ. 18. lib. 4. Phanuc. de inventario 7. par. num. 139. inter tract. t. 8. p. 2. f. 314. ater.* nec ſibi præiudicat hæres in inventario deſcribendo de re non factum eſſe legatum ſi hoc probaverit, ſecus in tutore, ità *Bald. in l. 1. §. item ſolent num. 5. ff. de officio Præfecti Vrb.* ſequitur *Alex. ad Bald. in l. fin. C. de iure delib. Alvar. Valaſc. conſul. 52. num. 11. uſque ad 19.*

OBSERVATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Legato feudo, an debeatur æſtimatio?*

1 LEgato feudo debetur extimatio: *Io: Fab. in §. non ſolum inſtit. de legat. Bald. in cap. 1. de ſucceſs. feudi in princ. Andr. in cap. 1. verſ. è contrario ibi* moderni dicũt de inveſtitura de re aliena facta, ità pari formiter legato fundo, ſi non debetur, debet præſtari extimatio, ut in terminis *alleg. deciſ. Bald. in l. fideicommiſſa, §. ſi ſervo, ff. de legatis 3.* ubi concludit, quod quando in judicio petitur aliqua res, quæ non poſſet præſtari, poteſt condemnari ad præſtandã extimationem, licet pars non petiiſſet extimationem in judicio, ſed rem, *Anna allegat. 6. num. 7. cum ſeq.* pro negativa autem, quod legato feudo non debeatur extimatio, latè fundat *Conſil. Fabius de Anna in conſ. 87.* per adducta per Io: *Vincent. de Anna eius patrem in repet. Conſtit. Regni: Conſtitutionem Divæ memoria ex num. 139. cum ſeqq. & in allegat. 125. 126. & 140. lib. 2.* & per alios *DD.* per ipſum allegatos in *d. conſ. nu. 2.* ubi etiam refert deciſiones in dicto articulo per S.C. emanatas *nu. 6.* & in *d. q.* an legato feudo debeatur extimato vide ſingulare reſponſum *Io: Dominici de Anna Epiſcopi Bovinenſis poſitum in fine ſingularium Io: Vincẽtii de Anna fol. mihi 277. ater.* ubi latè de quæſtione prædicta agitur.

OBSERVATIO XXVI.

SVMMARIVM

1 *Legatum factum uxori relinquẽdo Dominam, & uſufructuariam, ſi filios non habeat debetur uſusfructus, ſi filios habeat, ſolum alimenta debentur.*

2 *Verbum Dominam non comprehendit Dominium, ſed tantum honorem, & reverentiam, quam hæredes debent uxori præſtare.*

1 LEgatum factum uxori ſub his verbis: *Relinquo uxorem meam Dominam, maſſariam, & uſufructuariam, de quibus in multis locis DD. tractant,* maximè *Bart. in l. ſi ità ſcriptum de manumiſs.* idem in *l. Titia, §. fin. ff. de legatis 2.* cum aliis relatis per *Didacum Spino in ſpeculo teſtamenti gloſ. 13. num. 55.* In quo articulo illud eſſe tenendum aſſerit. Quod verbum maſſariam, eſt verbum barbarum, & dictio barbara, quæ idem ſignificat apud latinos, quod ſuppellex, docet *Bart. in l. 1. de ſuppell. legat. Abb. in conſ. 88. num. 2. lib. 2. Iaſon in l. ſi quis in fundi vocabulo nu. 27. de legatis primo*, hoc ſuppoſito dicendum eſt, quod in illis verbis voluit teſtator uxori relinquere uſumfructum, ſi filios non haberet, quod ſi filios habeat, ſolũ alimenta, *gloſ. in auth. hoc locum, C. ſi ſecundò nupſerit mulier, Bart. in l. Titia nu. 3. de legatis 2.* & illud verbum: Dominam non intelligitur, quod reliquit illi dominium, ſed honorem, & reverentiam, quam hæredes debeant uxori præſtare, ut tenẽt plures relati per *Io: Oroſcium in l. cum hi, §. in ſingulos num. 4. ff. de tranſact.* per *text. in l. 1. §. ſi vir, ff. ad ſyllan.*

OBSERVATIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum Eccleſiæ relictum nunquam præſcribitur.*

1 LEgatum annuum Eccleſiæ relictum non præſcribi ſpatio centum annorum, maximè adjecta dictione: in perpetuum, & quid ſi fuerit factum, ut anima liberetur á purgatorio, vel donec, & quouſque fuerit liberata, videndus eſt *Gratian. in deciſ. Marchiæ* 22. *à num.* 11. *cum ſeqq.* ubi tenet legatum prædictum non præſcribi ſpatio annorum centum, cum ſit res incertiſſima, & non niſi temerè poſſit definiri, ut per *Eminentiſs. Cardinalem Belarmin. controverſ. tom.* 1. *de purgatorio lib.* 2. *cap.* 9. *verſ. præter hos errores.*

OBSERVATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatá relicta RR. PP. Cappuccinis debentur, quatenus indigent illis, & nō aliter, & adducitur decretum Sacræ Congregationis Rev. Fabricæ Sancti Petri de Vrbe.*

1 LEgata facta RR. PP. Patribus Cappuccinis debentur quatenus indigent illis, & non aliter, ut ex decreto Sacræ Congregationis ſub die 6. Octobris 1600. v3. *In Congregatione generali Rev. Fabricæ Sancti Petri, habita ſub die 6. Octobris* 1600. *inter alia fuit decretum, ut infra: In legatis factis Patribus Capucinis ſcribatur locorum Cōmiſſariis, ut intelligant á Guardianis eorū Conventuum, ſi illis indigeant, & applicent ei legata, ſin minus tranſmittant ſidem authenticam talis declarationis, & eo caſu applicent illa fabricæ in ſidem, &c. Datum hac die* 21. *Menſis Auguſti* 1632. *ità eſt Carolus de Gettis ejuſdem Rev. Fabricæ Acconomus.*

Decretū Sac. Congr. Generalis R. Fabricæ de Vrbe. 1

OBSERVATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ſecundum, quotieſcumque cōtinet diverſam quantitatem á primo an per ſecundum cenſeatur receſſum à primo.*

1 LEgatum ſecundum quotieſcunque continet diverſam quantitatem à primo an per ſecundum cenſeatur receſſum à primo, & pro affirmativa habetur, ex *text. in l. cum centum ſecundum intellectum, Bart. & DD. ff. de adimendis legatis, l. is qui ducenta in princ. ff. de rebus dubiis, Bart. in l. triticum. ff. de verborum obligationibus; Iaſ. in l. plenè la* 1. *§.* 1. *in* 4. *notab. ff. de legatis primo, Tobias Nonius in conſ.* 19. *nu.* 17.

OBSERVATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Legata pia relicta pro celebratione miſſarum ob defectum patrimonii diminutionem non patiuntur.*

1 LEgata pia relicta pro celebratione miſſarum non patiuntur diminutionem ob defectum patrimonii, *Paul. Rub.* firmat *in practicabilibus reſolut. c.* 66. *n.* 206. *&* 207. *Reg. Conſil. Hodiern. controverſ. forenſ. cap.* 19. *n.* 29. ubi ait: Talia legata diminutionem nō pati, ſcilicet, quando facta ſunt pro celebratione miſſarum, cum quis non præſumatur pro ſuffragio animæ ſuæ noluiſſe, ut præcipuè præſtētur, quidquid de aliis legatis piis dixerint *DD.* & præcipuè de *Franchis in deciſ.* 236. eandemque opinionē ſequitur *Novarius in tract. de privil. miſerab. perſonar. privil.* 22. *num.* 3. dicens in concurſu legatariorum eſſe præferēdos habentes cauſam favorabiliorem, & magis piam per *text. in l. privilegia*, ubi *gloſ. & DD. ff. de privileg. Credit Bart. in l.* 1. *num.* 4. *C. de privil. dotis*, & in *l. ex quibus, C. qui potiores in pignore habean-*

beantur, & concluſio prædicta confirmatur etiam per *Genuenſem in practicab. Eccleſ.q.330.*

OBSERVATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pium an debeatur ſi deceſſerit hæres vivo teſtatore?*

1 LEgatum pium an debeatur, ubi hæres deceſſerit vivo teſtatore? *Vivius* juxtà opinionem *Fulgoſii in l. eam, quam, C. de fideicommiſſis in deciſ. 301. num.3.* tenet non deberi, & ultra eos *Bertachin.in repetit.verbo legatum pium §.30.verſ.legata pia debentur*, ut refert *Thorus in addit. ad Tiraquell.in privil. pia cauſæ privilegio 76.* vidẽdus eſt *Theſaur.q.forenſ.38.lib.4.num.15.verſ. ſed in iudicando* qui adhæret opinioni affirmativæ favore piæ cauſæ.

OBSERVATIO XXXII.

SVMMARIVM

1 *Legato feudo hæreditario, quod non tenetur in proprietate feudi, an hæres teneatur præſtare extimationẽ, & quid in feudo ex pacto, & providentia?*

2 *Clauſula: omni modo meliori in teſtamentis appoſita quid operetur?*

3 *Feudi eſtimatio, quomodo fieri debet, & deciſiones S.C.adducuntur.*

1 LEgato feudo hæreditario, quod non tenetur in proprietate feudi, hæres tenetur præſtare eſtimationem feudi, quod ſecus eſt in feudo ex pacto, & providentia præter adducta per *Frecc. in tract.de ſubfeud.lib.3.notabil.12.ad materiam videndi ſunt, Curt.iun. conſ.30. Soccin.conſ.72.primo volum.Loffred.cõſ.46.num.16.Capyc. deciſ.199. in hæredis inſtitutione, Pern.in 4.notabil.feud.col.3. num.14.Oldrad.conſ.94.col.4. uſque ad finem*, refert, & ſequitur *Abb.conſ.12.in 3.dub.col.3.primo notabil.Gloſ.Pariſ.dãnat.mem.in §.8.gloſ.3.à nu.15.verſ. pone Pater*, & quod primogenitus in feudis, & in rebus ratione primogenituræ
ad ipſum perveniẽtibus gravari poſſit,
habens eo jure hæreditario, latè per *Io:
Lecirier de primogen.lib.2.q.5.* nec obſta-
bit, quod hæres inſtitutus videatur ſibi
met gravatus quoniam, nè inutiliter
reddatur, ponitur clauſula in omnibus
2 teſtamentis, quod diſpoſita valere de-
beant omni modo meliori, dixitque
*Angel.conſ.294.col.fin.in fin. Iaſon in l.
planè, §.ſi duabus num.8. ff.de legatis 1.*
& conferunt notata per *Decium conſ.14
num.4.verſ.ſimiliter contra Capyc. deciſ.
64.* doctrinam porrò *Iacobi de Belviſo
in cap.1.* an agnatus, declarat ibidem
Affiict. quod procedit tam in feudo ex
pacto, quàm hæreditario, per *Franch.
deciſ.1.gloſ.verò in conſtit.Conſtit. Divæ
memoriæ* tenet in ſpecie deberi in inſti-
tutione hæredis extimationem, per *l. fi-
lius familias, §.ſi quid alicui de legat. 1.
cum gloſ.in l.ſi unum ex familia, §.ſed ſi
fundum de legatis 2.verſ.quod ſi talia
cum gloſ.* quàm allegat *Alex. in l. uxor
patrui, C.de legibus in fine*, & circa valo- *Deciſ.*
3 rem, & extimationem feudi per S.C.in *S.S.*
cauſa Frbritii, & Aſcanii Columna cum
nobilibus de Rora extimatio Caſtri
redditus annuorum ducatorum tercen-
tum ſexaginta fuit liquidata in ducatis
tribus mille quingentum, potius habito
reſpectu ad ſervitia, quàm ad verum
valorem, pro quibus duc. 3500. fuit
exequutum conrra hæredem in allodia-
libus dicti Aſcanii, & non contra hære-
dem in feudalibus per decretum S. C. *Deciſ.*
ſub die 4.Februarii 1562. in Banca Act. *S.C.*
Magiſtri S.C. Iubeni: Commiſſarius
Regius Cõſiliarius Io:Andreas de Cur-
ti per *Conſ.Soccin.iun.conſ.74. num.26.
vo.2.* de qua quęſtione latius per *Frãch.
in deciſ.1.& Io:Vinc.de Anna alleg.140*

OBSERVATIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati per ſubſequens matrimoniũ ſunt verè, & propriè legitimi, et veniunt etiam in diſpoſitione vocante filios ex legitimo matrimonio natos.*

2 *Excludunt ſubſtitutum ſub conditione, ſi in-*

ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, etiam in materia feudali, & emphyteuſi eccleſiaſtica.

3 *Ex communi DD. ſententia cenſetur verè, & propriè legitimus, etiam in materia, quæ ſtrictam tantum interpretationem admittit.*

4 *Et nihil differunt à veris, iuſtiſque filiis, & ex vi matrimonii omnis macula ſublata cenſetur.*

5 *Et continentur ſub illis diſpoſitionibus, & ſi ſtatutum, vel teſtator vocaſſet filios natos, & procreatos de legitimo matrimonio.*

6 *Succedunt etiam in feudis, ſi inveſtitura eſt conceſſa pro ſe, & filiis ex legitimo matrimonio natis.*

7 *Succedunt in emphytheuſi Eccleſiaſtica, in qua non admittuntur niſi legitimè nati.*

1 Legitimati per ſubſequens matrimonium, ſunt verè, & propriè legitimi, & veniunt etiam in diſpoſitione vo-
2 cante filios natos, & procreatos de legitimo matrimonio; Imò etiam excludunt ſubſtitutum ſub conditione: ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, etiam in materia feudali, & emphitheuſi Eccleſiaſtica cum omnibus effectibus, & prærogativis, quæ dantur filiis natis, ex vero, & legitimo matrimonio, quidquid aliud ſit in legitimatis ex reſcripto, quibus iſta non competunt, *Dec. & alii in cap. cum in cunctis num. 9. de electione, Ceſal. conſ. 541. num. 21. lib. 4. Gabriel. conſ. 21. num. 32. cum ſeq. lib. 1. Abb. in cap. tanta num. 7.* & ibi *Præpoſit. q. 11.* qui filii ſint legitimi *Burſat. conſ. 10. num. 6. & conſ. 18. num. 3. lib. 1. Gratian. diſcept. for. lib. 4. cap. 754. nu. 14. & 15.*

3 Et quod vera, & recepta ſit ſententia, legitimatum per ſubſequens matrimonium cenſeri verè, & propriè legitimũ, etiam in materia, & diſpoſitione, quæ ſtrictam tantùm interpretationem admittit, communem opinionem *DD.* eſſe ait *Dec. in dicto cap. cùm in cunctis nu. 9. de elect. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt artic. 12. num. 68. Pariſ. in conſ. 13. n. 40. lib. 2. Silvan. in conſ. 3. num. 22. & Didacus in Epitom. de ſponſal. p. 2. cap. 8. §. 1. num. 25. & Card. Paleot. in tract. de nothis ſpuriiſque filiis cap. 31. num. 3.* qui
4 ſcripſit: Hos legitimatos per ſubſequens matrimoniũ nihil prorſus differre à veris, iuſtiſq; filiis, quæ quidem ſententia aperto jure probatur, ex §. *dubitatum in auth. de inceſtis nupt.* ubi *Iuſtinian.* ſtatuit hos legitimatos in omnibus cenſeri legitimos, probatur etiam ea ratione, quia tantus eſt matrimonii favor, ut omnis omninò macula ſublata, atque abſterſa, etiam ex ipſo initio cenſeatur, ità *gloſ. in cap. tanta*, ubi *gloſ.* 1. qui filii ſint legitimi; præterea lex præſumit, uſque ab initio, nempè tempore copulæ carnalis, & procreationis inter ipſos parentes conjugalem affectionem, & matrimonii vinculum, quemadmodum ſcripſerunt *Alciat. lib. 3. de verbor. ſignif. num. 13. & in reſponſ. 50. col. 1. Oſaſeb. dec. 154. in fine, & Ceſal. in conſ. 541. nu. 13. lib. 4.* Qua ex re intelligimus hoc nõ eſſe matrimonium factũ, ſed præſumptum, & conſequenter præſumptam filiorum legitimitatem, quæ ſanè præſumptio innititur veritati *l. ultim. ff. de probat.* & tradunt *gloſſæ in l. unic. §. accedit, C. de rei uxor. act. Iaſ. in l. ſi is, qui tẽpore nu. 168. ff. de uſucap.* egregiè *Curt. iunior in conſ. 4. num. 15.*

5 Et quando ſtatutum, vel teſtator vocat filios natos, & procreatos de legitimo matrimonio, & ſi immediatè videatur reſpicere tempus procreationis, & nativitatis, attamen legitimatus per ſubſequens matrimonium ſub illis diſpoſitionibus continetur; ità in ſpecie docuit *Imola in cap. innotuit col. 2. verſ. & nota ex hac gloſ. de electione, Marſil. in ſing. 542. cum aliis adductis per Menoch. in conſ. 227. num. 13. cum ſeq.*

6 Et quod legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in feudis, tradunt *Bald. & Alvarot. in c. 1. de cognit. feudi, & Loffred. in conſ. 1. num. 50.* ſi inveſtitura eſt conceſſa pro ſe, & filiis legitimis natis, vel ex legitimo matrimonio natis per ſubſequẽs matrimonium, ſic docuit *Iſern. in cap. 1. §. naturales col. pen. num. 8. ſi de feud. fuerit controv. inter*

Dom.

Dom. & Vaſal. , cuius hæc ſunt verba.

Sed quid ſi concedatur feudum Titio , & hæredibus eius ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus , ſicuti eſt hodie forma privilegiorum. non videtur tunc natum in conubinatu ſuccedere, quamvis mater poſtea ſit deſpenſata , quia non deſcendit legitimè ex ſuo corpore ſpectato initio , argument. l. ſi filius, ff. de verb. oblig. verius videtur, quod ſic, quia matrimonium ſubſequens omnem maculam purgavit, & eſt factus legitimus quantum ad omnia *d. cap. tanta qui filii ſint legitimi*; & tempore nativitatis non erat obſtans illegitimum impurgabile cum deſoluto, & ſoluta eſſent nati, eſſet purgabilis macula, ſi diſponſaretur, ea præcedente, quia diſponſatur, perindè , ac ſi nunquam macula cõtracta fuiſſet *l. quod ità, ff. de ædilitio edicto*; nàm videtur tacitè ineſſe, quando filii nati ſunt, ut ſint legitimi, ſi mater diſponſaretur ; ſicut tacitè ineſt tempus, & conditio, etiam ſi non verbis exprimatur. Hactenus *Iſer-*

7 *nia*; Item legitimati ſuccedunt in emphitheuſi Eccleſiaſtica, in qua non admittuntur , niſi legitimè nati, *Imola in l. quis col. pen. verſ. per hanc rem de verb. oblig. Ancaran. conſ. 242. col. pen. Paleot. d. tract. de nothis , & ſpuriis cap. 31. num. 3 & Alciat. lib. 3. de verb. ſignif. num.* 12. quid ſi per ſubſequens, & *num.* 13. Hoc idem egregiè confirmat.

OBSERVATIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Filius ingrediens Religionem, an faciat partem, quamvis non admittatur ad partem, & ſubdiſtintione reſolvitur.*

1 In Legitimę liquidatione an filius ingrediens Religionẽ, faciat partem inter fratres, quamvis non admittatur ad partem, & ſub hac diſtinctione quæſtio erit reſolvenda; aut ingreſſus fuit monaſterium vivente patre, & tunc non facit partem, nec admittitur ad partem, quià promortuo reputatur , & propterea non poteſt augere numerum in calculando legitimam , ità *Caſtrenſ. in conſ.* 186. *in princ. lib.* 1. ubi etiam addit, quod jus accreſcendi ſupponit partem, vel portionem, quę poſſit accreſcere, quod eſſet in fratre minore, Bannito, & ſimilibus, ut *Boerius in deciſ.* 104. *num.* 5. 6. & 7. aut poſt mortem patris, & tunc facit partem , & admittitur ad partem, ità *Caſtrenſ. in conſ.* 486. *col.* 1. *in* 3. *caſu nu.* 2. *verſ. ſi verò ſit excluſus lib.* 1 *de effecto Monaco, Soccin. ſen. conſ.* 241. *num.* 13. *verſ. confirmatur col.* 4. *lib.* 3. qui dicit ità clarè tenere *Angelum in l. pater filium, verſ. quid autem eſſet. ff. de inoffic. teſtamento, Craſſus in §. legitima q.* 7. *nu.* 8. & ità *Mercur. Merlin. de legitima lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 3. *nu.* 35. *cum ſeq.*

OBSERVATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Littora maris ſunt ſub juriſdictione, & Regia protectione , & in generali conceſſione non veniunt.*

2 *Lictus maris per jactum Baliſtæ infra Terram Regi eſt reſervatum, & deciſiones Regia Cameræ adducuntur.*

1 Littora maris ſunt ſub juriſdictione & protectione Regia, ità quod nõ veniunt in generali conceſſione, niſi expreſsè dicatur, ut per *Marin. Frecc. in tract. de ſubfeud. lib. 2. in tit. quis dicatur Marchio*, ità , ut lictus per jactum Bali-

2 ſtæ infra terram Regi reſervatum , ut in privilegio conceſſionis Roberti Regis Archiepiſcopo Capuano in proc. intitulato: Reclamationis Baldaſſaris Milano, & Caſalium, fol. 81, penes Floreum in Regia Camera, & in conceſſione Sancti Nicandri, & Grumi Eccleſiæ Sancti Nicolai de Bario, & in conceſſione Magiſtri Portulani Terræ Laboris Regis Alfonſi Primi in anno 1449. Petro Mocciæ in proceſſu Regii Fiſci contra Petrum Moccia juniorem, ſcù Iacobum Moccia fratrem, & Io: Simonem Moccia filium ibidem, penes Brancatum , deindè Bolinum

OBSERVATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſemper durare præſumitur, donec mutata, vel extincta voluntas non appareat.*

2 *Mutatio voluntatis non præſumitur, uſque ad extremum vitæ exitum, niſi probetur.*

3 *Mandati revocatio notificationem requirit.*

4 *Revocatio mandati generalis requirit publicam notificationem in loco, ubi negotium exercetur.*

5 *Actus ſimpliciter geſtus à procuratore præſumitur procuratorio nomine in vim præcedentis mandati.*

6 *Exactio facta ſimpliciter poſt mandatū præſumitur facta virtute illius mandati.*

7 *Mandatum ſi quis habet ad aliquid faciendum ſi ſimpliciter facit, dicitur procuratorio nomine egiſſe.*

8 *Creditor eo ipſo, quod mandat debitorem ſuum exigi ab alio, cenſetur etiam mandari debitori, ut illi ſolvat, cui mandaverit.*

9 *Debitor ſimpliciter ſolvens præſumitur ſolviſſe ex præcedenti obligatione.*

10 *Traditio præſumitur ex titulo præcedenti.*

11 *Mandatum recipit interpretationem à ſolito more aliorum.*

12 *Debitor ſolvens procuratori revocato mandato, liberatur ipſo jure, ſi procurator bonum nomen habet, ſecus ſi malum.*

13 *Debitor ſolvens illi, qui nunquam habuit mandatum, non liberatur, neque ipſo jure, neque ope exceptionis.*

14 *Debitor ignorans mandatum revocatum ſolvens liberatur, ſecus ſi ſciens.*

15 *Individuis ex ſcientia partis non præſumitur ſcientia totius, ſecus in individuis.*

1 MAndatum ſemper durare præſumitur, donec voluntas durare præſumitur, & niſi ſit mutata, vel extincta voluntas, non extinguitur mandatum, *l. ſi verò non remunerandi*, §. *ſi mandavero,*
2 *ff. mandati*; ſed mutatio voluntatis nō præſumitur uſq; ad extremum vitæ exitum, & vitæ ſpiritum, niſi probetur *l. cū hic ſtatus*, §. 1. *in fine ff. de donation. inter virum, & uxorem, cap. maiores ad fin.* & ibi notata *de baptiſm.* fortius habetur in *cap. licet de procuratorib. in 6.* ſic *Alexand. conſ. 189. nu. 19. in 7. l. eum qui mutatam, l. non ad ea, ff. de condition. & demonſtrat. Corn. conſ. 155. num. 9. in 2. Iaſ. in l. ſancimus, C. de teſtam.*

3 Requiritur notificatio revocationis mandati, *l. ſed ſi pupillus*, §. *proſcribere*, *ff. de inſtit. act. Iaſ. & DD. in cap. ex par-*
4 *te Decani de reſcriptis*; Revocationem univerſalis mandati debere publicè notificari, quod quis eſſet præpoſitus negotiationi alicujus certi, & determinati loci, ubi debebat illa exerceri, & ubi non eſt certa perſona, quæ ex tali revocatione lædi poteſt, *Bart. & Bald. in l. unica, C. de ſatiſdat. per id*, quod ſcribentes in *l. ſi dictum in* §. 1. *& fin. ff. de evictionibus, Bald. in l. ſi procuratorem in ultima col. ff. de procur. Cyn. in l. mandata. C. mandati, Alexand. conſ. 83. n. 71. in 7. Aym. cōſ. 76. n. 3.* Sed *Gloſ. Pariſ. d. m.* ibi dicit, imò multò magis, quando mandatum eſt ità generale, quod non eſt reſtrictum ad certum locum, & etiam *text. in d.* §. *proſcribere*, non loquitur de mādato negotiandi in certo loco, ſed de mandato exercendi certam negotiationem; ibique ſaltim, ſine coarctatione loci, & ſi *text.* exigat publicationem fieri in loco eminenti, ubi exercetur illa negotiatio, non tamē debet hoc reſtringi, quando eſt mandatum illo certo loco, dumtaxat exercendi; namque inſtitutor appellatus eſt, quod negotia gerēda inſteterat, nec multum facit Tabernæ ſit præpoſitus, aut cuilibet alteri negotiationi, *l. 3. l. quicumque, ff. de inſtitutor.* & ſic proſcribendo antè cum locum, in quo negotiatio exercetur, *l. quoties in Taberna, ff. de peculio, l. ſi quis mancipiis*, §. *proculus. ff. de inſtitutor. action.*

5 Actus ſimpliciter geſtus à procuratore præſumitur procuratorio nomine geſtus in vim præcedentis mandati, *Bart. in l. ſi ità ſtipulatus*, §. *Griſogonus*, *ff. de verborum obligation. in l. qui ſervū,*

ff. de

ff.de interrog.action.in l.qui in aliena, §.
ſi is qui, *ff.de acquirend.hæred.* *Rota Ge-*
nuenſ.deciſ. 200.*num.*2.
6 Et exigens poſt mandatum, licet exi-
gat ſimpliciter exigiſſe virtute illius mã-
dari credendum eſt, *argum.l.*2. *C.de ac-*
quirenda poſſeſſ.l.quadam mulier. *ff.* *de*
rei vendic. cum ibi traditis per *Bart.* &
7 eſt regulare; quod quando aliquis ha-
bet mandatum ad aliquid faciendum ſi
ſimpliciter facit, dicitur procuratorio
nomine feciſſe, *Bart.* per illum *text.in*
l.qui aliena, §.*ſi is qui*, *ff.de acqu.heredi-*
tate per l.qui ſervum, *ff.de interrogator.*
action.cum ſimilibus; de quibus per *Pa-*
*riſ.conſ.*117.*in fine vol.*1. *Alex. in l. poſt*
dotem, ubi *Bart.ff.ſoluto matrim.* *Rota*
8 *Genuenſ.deciſ.*198.*num.*3. nàm eò ipſo,
quod creditor mandat debitorem ſuum
exigi ab alio, cenſetur etiam mandare
debitori ſuo, ut illi ſolvat, cui manda-
verit, *l.qui hominem*, §.*ſi Titiũ*, ubi *Bart.*
ff.de ſolut.Iaſ.in l.admonendi num. 152.
ff.de jurejurando, *Rota Genuenſ.dec.*123
*num.*4.& 5.
9 Nàm, & ſolvens ſimpliciter, eſt præſu-
mendum quod ſolverit ex præcedenti
10 obligatione, ſicut & traditio præſumi-
tur ex titulo precedẽti, ità arguit *Ruin.*
*conſ.*61.*num.*16. *in primo Cravetta conſ.*
158.*nu.* 14. & ad propoſitum dicit *Pa-*
*riſ.conſ.*122. *num.*6. *in* 4. quod ſolutio
ſimpliciter facta, ſemper applicari de-
bet in caſum eligendum perſolvendum,
& per eum eligendum, & declarandum,
*Rot.Genuenſ.deciſ.*6.*nu.*11. Mandatum
11 recipit interpretationem a ſolito more
aliorum, *Iaſon in l.certi conditio*, §.*ſi*
*nummos meos num.*5. *cum ſeq. ff. ſi certũ*
*pet.Roman.conſ.*44.*Pariſ.conſ.*156.*lib.*4.
*num.*2.& 43. *Rota Genuenſ. deciſ.* 174.
*num.*13.
12 *Gloſ.ſingularis in l.falſus* 19.*C.de fur-*
tis, quod ſolvens revocato mãdato libe-
ratur ipſo jure debitor, ſi procurator bo-
nũ animũ habuit, cũ accepit, alias ſi ma-
lũ, tũc per exceptionẽ ſuccurri, *l.cũ quis*,
§.1.*ff.de ſolut.& liberat.* Conditio autem
tũc furtiva ceditur creditori à debitore,
ut in *d.l. dicitur*, quia cum bono animo
pecuniam accepit procurator poſſeſſio-
nem Domino quæſivit, & perconſequẽs
Dominium, & ſic conditio furtiva Do-
mino datur *l.*1. *ff.de condit.furtiva*, &
hæc propter præcedens mandatum, *ar-*
*gum.l.*2.§.*ſi à furioſo*, *ff.pro emptore*, &
l.ſemper qui 61.*ff.de regul. juris*; Quia
cum numquam habuit mandatum, tunc
uti falſus procurator furtum facere vi-
detur, *l. falſus* 44. §.1. *ff. de furtis*,
l.ſi à procuratore, *ff.de cond.cauſ. dat.l.ſi*
vendidero 82.§.*ſi Titius*, *ff.de furtis*, *l.ſi*
procurator 6.*in fine*, *ff.de condit.indebit.*
13 *l.creditoris* 8.*C.de condit. indebit.* & ſic
ſolvens illi, qui nullum unquam habuit
mandatum non liberatur, neque ipſo ju-
re, neque ope exceptionis, *d.l. credito-*
ris, *C.de condit.in debiti*, *l.qui hominem*,
§.*ſi nullo*, *ff.de ſolut.* & ſic ſemper pecu-
nia eſt debitoris.
14 Ignorans mandatum revocatum, ſi
ſolvit procuratori revocato liberatur,
nõ ſi ſciens, *l.ſi non ſolum*, §.*qui filio fam.*
ff.de cond indeb.Io:Baptiſta Coſta de fa-
cti ſcientia, & *ignorantia cent.*2. *cap.*4.
*num.*6.
15 In dividuis ex ſcientia partis, non præ-
ſumitur totius ſcientia, ut in ſcriptura
mandati procurationis plura capitula
continente, nàm ſcientia unius capitu-
li, non arguit ſcientiam omnium enun-
ciatorum in mandato, *not.* *Rota ſub Pu-*
*teo deciſ.*405.*num.*4.*lib.*3.*Conſta inſpect.*
66.*num.*4. ſecus in individuis, ut in te-
ſtamentis, & contractibus inſtrumenta-
riis ad *text.in l. cum non eſt ferendus*, *ff.*
*de tranſact.Surd.conſ.*150. *num.*133. *in*
primo, & *deciſ.*4. *nu.*9. *Alb.conſ.*603.*nu.*
4.*in* 4.

OBSERVATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus ad vindictam malorum, laudem verò Bonorum à Deo miſſus eſt.*

2 *Nemo Magiſtratui reſiſtere debet, & reſiſtẽs damnificationem ſibi acquirit.*

3 *Subditi quando, & in quibus caſibus obedire Magiſtratui non debent, inobedientes Magiſtratui ſunt puniendi.*

4 *Magiſtratus juſtitia ſint Sacerdotes, nõ*

P. *inju-*

injuriarum Authores, bonum, æquumq; ament, & illicita reprobent n. 5.

6 *Magiſtratus quid obſervare debeat, ut benè ſe gerat in officio?*

1 MAgiſtratus à Deo miſſus eſt ad vindictam malorum, laudem verò bonorum, Dei enim miniſter eſt inquit *Apoſtolus cap.13.ad Romanos*, & habetur *in cap.magnum* 11. *q.* 1. & ibi movetur, ut ſubditi ſolvant cenſum, & tributum: reddite ergo (dicit Apoſtolus) omnibus debita, cui tributum, tributum cui vectigal, vectigal, timorem, timorem, cui honorem, honorem, & laudem, Deo, quæ Dei ſunt *Marci* 22.Imò *Apoſtolus in d.cap.*13. *ad Romanos:* omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

2 Et vetat nè illi tanquam Dei ordinationi quis reſiſtat. Reſiſtens autem dãnificationem ſibi acquirit facit *cap. qui reſiſtit* 11. *q.* 3. ibi magis Deo, quàm hominibus obediendum, & cui hominum potius.

3 Quando autem, & in quibus caſibus ſubditi non poſſint, vel non debeant obedire Magiſtratui. Imò quibus caſibus illi reſiſtendum ſit, docet *Franciſc. Zoannett. in tract.ſuo defenſ.q.3.nu.46. uſque ad finem.*

4 Puniuntur etiam qui Magiſtratui non obediunt *l.*1.*ff.ſi quis in jus vocat. non obtemp. l. contumacia in princ. ff. de re judic.*

5 E converſo, Magiſtratus ſubditis proſint, non obſint, juſtitiæ ſint Sacerdotes, non injuriarum authores, bonum æqumque ament, & illicita reprobent, *l.*1.*ff.de juſtitia, & jure l.* 2. *verſ. poſt originem.ff de origine juris l. meminerint,C.unde vi Zoannet.in d.tract.q.*3. *num.*19.

6 Magiſtratus quid obſervare debeat, ut bene ſe gerat in officio? Reſpondetur quod debet obſervare, ut jus reddenti in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur; undè mandatũ eſt ei, ut nè in ulteriorẽ familiaritatem Provinciales admittat, nàm & converſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur, ſed in cognoſcẽdo, neque excandeſcere adverſus eos, quos malos putat, neque præcibus calamitoſorum illachrimari oportet, id enim non eſt conſtantis, & recti Iudicis, cujus animi motum vultus detegit, & habetur in *l.obſervãdum, ff.de offic. Præſidis.*

OBSERVATIO XXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Maritus tenetur uxorem alere de jure gentium, & civili.*

2 *Maritus tenetur alere uxorem quã duxit ſine dote, vel dotis promiſſione.*

3 *Mulier videtur perſonam ſuam loco dotis dediſſe, & maritus alere tenetur uxorem, etiam ſi fructus dotis non ſufficiant, & n.* 4.

5 *Uxor ſi non ſit in obſequio viri ſine culpa ſua, ſed culpa mariti ſeceſſit in aliam domum illam alere tenetur.*

6 *Maritus ſi ab ejus domo migravit propter odium, quo inſequitur infeſtam mulierem, vel conſanguineorum ſuaſionibus perſuaſus tenetur alere uxorem.*

7 *Uxor, quando culpa mariti ob nimiam ſævitiam ſeorſum habitat, poteſt etiã dotem petere.*

1 MAritus tenetur uxorem alere de jure gentium, & civili *l.pen.ff.ut in poſſ.legat.l.ſi filia* 20.§.2. *ff. famil.erciſ.l.ſi quis* 21. §.1.*ff. de donation. inter virum, & uxorem, l. ſi cum dotem* 23. §. *ſin autem* 8. *ibi:neceſſitas imponatur maritoſubſtentationem mulieris ſufferre, & alimenta præſtare.ff.ſolut.matrim. Surd. tit.*1.*q.*32.*num.*2. *& ſeq. Celer.lib.*1. *de alimentis cap.*10.*n.*1.2. *&* 3.

Et hoc indiſtinctè procedit, ſivè uxor habeat aliundè, ſivè non, ſivè habeat parentes, & fratres divites, ſivè non *Bart.& alii in l. quod in uxorem* 13. *C. de negotiis geſtis.*

2 Et maritus tenetur alere uxorem, quam duxit ſine dote, vel ſine dotis promiſſione, *textus in l.quod ſi nulla* 28. *ff.de religioſ.& ſumpt.funer.gloſ.& DD.*

3 *in l.ſi cum dotem,* §. *ſi maritus, ff.ſolut. matrimonio*; videtur enim perſonam

ſuam

ſuam [illegible] dotis dediſſe, *Specul. in tit.*
qui filii ſint legitimi num. 28 *Guid.*
Papa q.4[illegible]*9.in princ.* & tenetur uxorem
4 alere, etiam [illegible]ctus dotis non ſufficit
pro alimentis, *gloſ.in l.ſi cum dotem* 23.
§.ſin autem in ſeviſſimo juncta gl[illegible]*a poſi-*
ta ſuper verbo quantitatem 8. *ff.ſ*[illegible] *luto*
matrimonio, *Salycet. in l. quod in uxorē*
*num.*1.*C.de negotiis geſtis*, [illegible] ſi uxor
5 non ſit in obſequio viri ſine culpa ſua,
ſed culpa mariti ſeceſſit in aliam do-
mum; Eo enim caſu tenetur nihilomi-
nus maritus illam alere perindè, ac ſi eſ-
ſet in obſequio.

6 Idemque eſt, ubi ipſe maritus, aut
odio, quo inſequitur ipſum mulierem,
aut conſanguineorum ſuaſionibus per-
ſuaſus ab ejus domo migravit, juxta
*Anton.de Gamma deciſ.*62.*nu.*4. quia cū
per uxorem non ſtet quo minus in do-
mo ſerviat marito, perinde habetur, ac
ſi eſſet in obſequiis viri *l.jure civili*, *ff.*
de condition.& demonſtrat. ubi conditio
habetur pro impleta, quando per eum,
cui erat implendum non ſtat, quo minus
impleatur *Cyn. Bald. Salyc. Alex. in l.*
quod in uxorem, *C.de neg.geſt.*

7 Et uxor, quando culpa mariti rece-
dit á domo, & ſeorſim habitat, puta ob
nimiam ſęvitiam, poteſt etiam dotem
repetere *Tuſc.concl* [illegible]97.*lit.C n.*1[illegible]. Quæ
ſevitia Iudicis arbitrio deter[illegible]
relinquitur, *Men*[illegible]*h. lib.* 2. *arbitr. Iud.*
caſu 364.*num.*8.& 9.

OBSERVATIO XXXIX

SVMMARIVM.

1 *Mater tutrix, quæ per tranſitum ad ſe-*
cundas nuptias tutelam filiorum ami-
ſit, an illam recuperet ſi ſecundus vir
moriatur?

2 *Mulier an poſſit præjudicare filiis pri-*
mi matrimonii mutando cauſam di-
ſponendi de dote?

3 *Mater uſque ad triennium infantem*
alere tenetur, verum limitatur in qui-
buſdam caſibus.

1 MAter tutrix, quæ per tranſitum
ad ſecunda vota, tutelam fi-
liorum amiſit, an illam recuperet, ſi ſe-
cundus vir moriatur? *Reg de Marin.va-*
riar reſ[illegible]*l.lib.*1.*cap.*[illegible]66 *a num.*8. dicit il-
lam eſſe ex [illegible], [illegible] non eſt in-
te[illegible]ra, ideſt, quod [illegible] fuerit pro-
vi[illegible]um de ali[illegible], *Pa*[illegible]*al de pat.p.*[illegible]
*p.*3. *cap.*[illegible] *num.*[illegible] *Surd. de*[illegible] *per*
totam, ubi [illegible] *H*[illegible] *Grattan. di*
ſcept.forenſ[illegible]*.*1.*ca*[illegible] *n*[illegible]. [illegible]
*ſel. deciſ.*226.[illegible]*m.*2. *Guttier.in tract. de*
*tutel.p.*1. *cap.*9.[illegible] *nu.*26. [illegible]
per totam, [illegible] refert deciſum [illegible] in
ſubſidium ſi [illegible] tutorem idoneum
non haberet pupillus.

2 Mater ſi primo loco recepiſſet dotē
cum pacto, ut de illa diſponeret ſecun-
dum conſuetudines in ſcriptis redactas,
[illegible] primo viro, ex quo haberet fi-
lios, tranſiens ad ſecundas nuptias, an
poſſit mutare [illegible] diſponendi de do-
te ſecundum morem [illegible] & pro
ne[illegible] a reſpondit *Moli*[illegible] *in Comment.*
conſuetud. Neap[illegible]*.p.*6. *de jure d*[illegible]*tium* 9.
8. *num.*17.*cum ſeq.* & ratio eſt, quia
ex prima capitulatione acquiſitum eſt
jus filiis prioris matrimonii, ut non li-
ceat matri diſponere, niſi de decima,
quod jus fuit confirmatum per mortem
patris, ut ex *text.in l. ſi inter virum*, *ff.*
de pactis dotal[illegible]

3 Mater uſque [illegible] infantem
alere tenetur ex *text.in*[illegible]*enultim.C.de*
patria poteſt[illegible] licet in nonnullis
caſibus [illegible], ſcilicet in matre præ-
ſtanti, ut etiam filiis lactare non deceat,
vel ita pauper, ut oporteat [illegible] mani-
bus operari, ut per *Caſſan.conſ.*40. ta-
men communiter ſequuntur *DD.* quod
ſi liberis alia bona, unde ali poſſint non
ſuperſint; tunc mater in defectum alte-
rius ſubſtantiæ filios, etiam ultra trien-
nium alere teneretur, ut tradunt *Bart.*
& *Bald.d. loc*, *Borgog. Caval*[illegible]*an.de*
*uſufructu mulieri relicto num.*31. *Alvar.*
*Valaſquez conſult.*92. *Hartman. Piſtor.*
*obſerv.*97.*per totam.*

OBSERVATIO XL.

SVMMARIVM

1 *Metus in ſpecie eſt probandus non in*
genere.

2 *Metus, non ſolum in ſpecie, ſed qualitas metus illati eſt probanda.*

1 Metus in ſpecie eſt probandus, & non in genere, hoc eſt, quod fuerit illatus pro illo actu, ſeu contractum faciendo; *cap. accedens de converſ. conjugatorum*, & ibi *Innocent. in verbo verbera, & in cap. in locum num. 2.* ubi *Io. Andr. de ſponſ. Bald. in l. interpoſitas num. 4.* & ibi *Rimin. num. 3. Rebuff. de reſciſſione contractus gl. 2. num. 4. Rolãd. conſ. 83. num. 23. in 2.* & non ſolum debet probari in ſpecie contractus, ſed
2 probari in ſpecie qualitas metus illati, hoc eſt quæ minæ, quæ verbera, quæ aliæ in inuationes fuerunt illatæ, & iactæ? *d. cap. accedens d. l. interpoſitas*, & ibi *Bald. num. 4. Bald. in §. quadrupli n. 2. de action. Baldaſſar. Mongon. n. de his quæ vi metuſque cauſa fiunt cap. 1. §. 2. num. 1. & 2.*

OBSERVATIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Milites, ſeu Commendatarii conjugati ex ordine, & militia Divi Iacobi, aliorumque ordinum militarium Regni Luſitaniæ an verè, & propriè ſunt Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ?*

2 *Dictio: alius, eſt repetitiva ſimilium.*

3 *Milites Religioſi dictorum ordinum ſũt immunes ab omnibus datiis, collectis, & gabellis.*

4 *Milites, ſivè Aequites Religioſi, Divi Iacobi, & aliorum ordinum in Regno ſervatur quod non gaudeant declinatoria fori, & deciſio adducitur.*

1 Milites, ſive Commendatarii conjugati ex ordine, & militia Domini Noſtri Ieſu Chriſti, aliorumque ordinum militarium Regni Luſitaniæ, nempè Divi Iacobi, &c. An verè, & propriè ſint Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ? Reſpondetur, quod hæc quæſtio ad partes diſputatur a *Raynoſa obſervat. 1.* & pro affirmativa rejectis contrariis conſtanter concludit ex *Abb. in cap. quamvis de decimis, Petr. Belluga in ſpeculo Princip. fo. 13. num. 7.* ubi expreſsè loquitur in cõmendatariis de Alcantara, & Calatrava, *Navarr. in Apologia de redditibus Eccleſ. q. 1. monit. 55. num. 5. cum ſeqq. Covarr. de ſponſal. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 18 cum aliis adductis*, ibidem per *Raynoſ. a num. 26. cum ſeq.* præcipue *text. in cap. cum, & plantare de privileg. ibi: & alii Religioſi* & ibi: *tàm illos, quam etiam quoſcumque alios Religioſos*; Quoniam
2 dictio: alius, eſt repetitiva ſimiliũ, *gloſ. in verb. alia*, & in *l. ſi fugitivi, C. de ſervis fugitivis*, & in *cap. ſedes de reſcriptis*, Comprobatur etiam idem *Raynoſa nu. 28.* ex tribus votis ſubſtantialibus, quæ emittunt, de quibus in *cap. 1. de voto lib. 6.* & in *cap. cum ad monaſterium de vita monachorum*, & etiam ex multis Bullis Pontificis, in quibus verè Religioſi nuncupantur, & hujuſmodi ordines militares plurimis encomiis, & laudibus veræ, & perfectæ religionis approbati fuerunt per Sedem Apoſtolicam à Summis Pontificibus *Alexand. 3. Innoc. 3. Honor. 3. Iul. 2. Leon. X. & ab aliis quàmplurimis*, *& num. 37.* & quod dicti Milites Religioſi ſint immunes ab omnibus datiis, collectis, gabellis, ſivè aliis ſolutionibus, affirmat idem *Raynoſa obſervat. 2. per totam*, verum in Regno ſervatur, ut prædicti milites declinatoria fori non gaudeant, & in eorum cauſis procedat M. C. V. prout deciſum fuit in cauſa D. N. N. Equitis Divi Iacobi inquiſiti de tonſione, & fabricatione monetæ penes Iulium de Marco Scribam in anno 1675. An autem Coloni dictorum Militum ſint exempti, & immunes pro negativa reſolvit *Velaſ. conſult. 131. n. 12* *Deciſ. M. C. V. Delegata.*

OBSERVATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Militibus relinquuntur arma ſicut libri ſcholaribus, & ad inſtantiam creditorum exequi non poſſunt, & deciſio Sacri Conſilii adducitur.*

2 *Milites, qui pro evitandis muneribus ſedederunt militiæ, an gaudeant militum privilegiis?*

Mi-

1 Militibus etiam quod ſit deuentum ad actum executionis, & venditionem omnium bonorum, ſeruata forma *legis à Diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iudic.* relinquantur arma, ſicuti etiam ſcholaribus, maximè ſtudentibus *gl. in l. nepos proculo. ff. de verbor. ſignif. Marcus Mantua de priuil. milit. n. 76.* & ſub die 13. Februarii 1663. per S. R. C. in cauſa Sebaſtiani Vulpicella Tenentis Cohortis nouæ militiæ ad relationem Regii Conſiliarii dignissimi Hortenſii Pepi decisum fuit, quod obſeruetur ſaluaguardia militaris, & propterea dictus Sebaſtianus carceratus ad inſtantiam ejus creditorum excarceretur, ſcri. Banca Mag. Clauelli Actuum Magiſt. *Decis. S.R.C.*

2 Milites qui ea cauſa euitandi munera ſe dederunt militiæ, an gaudeant militum priuilegiis? Pro negatiua reſpondet *gloſ. in l. ſcriniarios verb. nullatenus, C. de milit. teſtam. per l. cur. t, §. fin. ibique gloſ. & Bart. ff. de muneribus & honoribus,* Quando cauſa euitandorum munerum ſe dederunt militiæ, *Andr. Barboſ. in l. placet in addit. ad Bald. poſt num. 5. in verb. militibus gaudentibus, C. de Sacroſanct. Eccl. lit B.* ubi idem tenet *Bald. & Io: Andr. in cap. 2. de foro compet. Caſtagna in tract. de benefi. io deducto ne egeat q. 9. fallent. 4.*

OBSERVATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Minor contrahens matrimonium an liberetur à poteſtate tutoris, vel Curatoris, & deciſio Sacri Conſilii adducitur.*

1 Minor contrahens matrimonium, an ſit liberatus a poteſtate curatoris? In hac quæſtione licet aliqui *DD.* tenuerunt, quod ſicut liberatur à patria poteſtate, quæ eſt fortior, ità etiam liberatur à poteſtate curatoris, tamen contrarium eſt verius, ut per *Dom. Ludovic. Apeguera in deciſ. 132. num. 1.* per *text. in l. eo minus, C. de proc. l. maritus, C. qui tutor. dar. poſ. l. ampliſſimi, C. de excuſ. tutor. l. 3. C. de interd. §. item reſcripſerunt inſtit. de excuſat. tutor. l. 2. C. ſi ſepius reſtit. fuerit poſtulata*, ubi hoc eleganter notat *Paul. de Caſtro*, cujus quidem decisionis ratio eſt, qui a minores id ætatis facile decipiunt, quod idem ſecus ſeruatur non valent *l. 1. ff. de minor.* At quando minor matrimonium contraxit, ne dum dicta ratio non ceſſat, sed magis magis ſeruat & habet locum, cum certum ſit, eum tunc ratione matrimonii multiplicatis curis, & ſollicitudinibus aſtringi, ut *Cancer. var. lib. 2. cap. 1. de action. & oblig. num. 226.* & ità deciſum per S.R.C. in anno 1669. ſub diebus 24. menſis Septembris, & 18 menſis Decembris 1669. ad relationem Ill. Marchionis Criſpani D. Didaci Soria tunc Regii Conſiliarii nunc meritiſſimi Regentis, & proviſum de Curatore Salvatori Avellone minori poſt matrimonium contractum in proc. Margaritę de Vico, cum Mario Avellone in Banca Fuſ. li. *Deciſ. S. C.*

OBSERVATIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Miſſarum celebratio probatur per juramentum celebrantis.*

2 *Miſſarum celebratio, probatur per librũ Sacriſtiæ.*

3 *Miſſarum celebratio ſi tractetur cum Regularibus, vel cum Eccleſia ſufficit probare Monaſterium, vel Eccleſiam habere Clerum, & onus miſſarum celebrandi.*

1 Miſſarum celebratio ſecundum aliquos ſufficit, ut probetur, per juramentum celebrantis *Guid. Pap. deciſ. 414.* ſed *Gaſp. Theſaur. lib. 1. qq. for. q. 86* dicit non ſufficere probationem per juramentum, quod eſſet teſtis in cauſa propria, dicit tamẽ *Genueſ. in ſuis pract.*
2 *quæſt. q. 227.* probari ſufficienter per librum Sacriſtiæ, quod ſi liber non adeſſet, & tractaretur cum Regularibus, vel cum Eccleſia habente Clerum, ſufficit
3 probare Monaſterium, vel Eccleſiã habere onus celebrandi tot miſſas in die, quod in ea quotidie tot miſſæ, & majores

tes cel[illegible] pro ſatisfactione obligationis *R[illegible] in praxi p. 3. reſol. 365.* quod ità ſervari in Tri[illegible]li Reverendæ Fabricæ, quia quando dubitatur de celebratione miſſarum, contentatur Tribunal de fide Sacerdotum, quod fuerint per eos miſſæ celebratæ, vel per ſuperiores monaſterii, cum præſertim illa,quæ conſiſtunt in propria conſcientia,nullo modo probari poſſunt,ex aliorum dictis, ità *Alphonſ. de Leon de offic. Ca[illegible]ellan.q.[illegible]ſect.6. nu 43.cum ſeq.*

OBSERVATIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Mora non contrahitur, donec per Iudicem creditum non ſit liquidatum.*

1 MOra non contrahitur, antequam per Iudicem non ſit liquidatum creditum *Afflict.deciſ.205.Monter.dec. Aragon.6.nu.5.Bellon.deciſ.Genuæ 118 Mareſcott.var.reſol.lib.1. cap. 57.* quod probatur ex *text.in l.2.C.de uſuris,*& ex *Bald.in l.acceptam,C.eodem titulo,* & in *l.fideicommiſſi, ff.eodem tit.Reg.Capyc. Latr.in deciſ.59.n.24.*

OBSERVATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum corporibus mortuorum nemini licet inferre quo minus debitæ [illegible] tradantur.*

2 *L[illegible], conſanguinei, conjux, & hæredes ſpatio novem dierum poſt teſtatoris mortem non poſſunt conveniri ſub pœna nullitatis actorum.*

1 MOrtuorum corporibus nemini licet [illegible] impedimentum afferre,quominus [illegible] ſepulturæ ſepeliantur, *auth. ut cum de appellat.cognx.§.hæc autem in fine in verbo meminimus*, ubi etiam di-
2 ſponitur, quod nemini licet intra novẽ dierum ſpatium,aliqua actione conſanguineos liberos,conjugem, aut hæredes [illegible]ut parentes, & ſimiles convenire [illegible] pœna nullitatis actorum, ut in *conſtituti[illegible]e ſancimus* cum non ſit addenda afflictio afflicto.

OBSERVATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nupta ad uſum conſuetudinis Neapolitanæ habens filios, quomodo diſponere poſſit de ejus dotibus, aliiſq; bonis ſibi obvenientibus?*

2 *Non habens filios, poteſt diſponere uſq; ad medietatem reliqua medietas ad proximiores perveniat.*

3 *Mulier,quando,& in quibus caſibus inter vivos, attenta dicta conſuetudine diſponere valeat?*

1 MVlier nupta ad uſum conſuetudinis Neapolitanæ non poteſt diſponere de ejus dotibus,& aliis bonis ſibi obvenientibus à patre,fratre,& aliis agnatis,niſi de decima parte, & in reliquis novem partibus habet labia clauſa,manus ligatas, & arbitrium refrenatum ſecundum *Napodan. in conſuetud.ſi qua moriens num.14. Reg. Rovit.in deciſ.ul-*
2 *tima ſuæ centuriæ num. 3.* Quæ conſuetudo procedit in muliere habente filios in muliere autem non habente filios eſt ei conceſſa facultas teſtandi, uſque ad medietatem, reliqua autem medietas perveniat ad proximiores per *Conſuetud.& ſi teſtator de ſucceſſ.morientis ſine filiis ex teſtamento.*

3 Mulier an,& quando, & in quibus caſibus poſſit inter vivos diſponere de ejus dotibus ad terminos conſuetudinum Neapolitanarum, videndus eſt *Montanus in cõtroverſiar.juris controv. 4.per totam,* ubi benè, & doctè diſcutit omnes caſus conciliando opiniones, jura communia, & regni cum dictis conſuetudinibus, & interpretationibus *Domin.Napodani.*

OBSERVATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ex duplici capite nobilitatem conſequitur, à progenie ſuorum Agna-*

Agnatorum, & à marito denominatur, & honoratur.
2 *Mulier in dignitate mariti conſtituta, ejus dignitatē qualiter retineat, amittat, & ejus forum ſortiatur?*
3 *Mulier ſecundo nubens, dicatur caſtè, & honeſtè vivere.*

1 MVlier ex duplici capite conſequitur nobilitatem à progenie ſuorum agnatorum, & à marito denominatur, & honoratur, in qua prævalet, notat *Io: de Platea in l. 1. in princ. C. de dignit. lib. 12. Guid. Pap. in conſ. 217. nu. 5. & 6.*
2 Quando in dignitate mariti conſtituatur, ejus dignitatem retineat, amittat, & qualiter forum ejus ſortiatur, & ſimiliter amittat, vide *text.* & ibi *Io: de Platea in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12.* & in *l. mulieres, C. de incolis lib. 10.* & quatenus etiam ſecundo nubens, dicatur
3 caſtè, & honeſtè vivere, & ſic obtineat legatum, donec caſtè, & honeſtè vixerit, docuit *Hyppolit. de Marſil. in repet. l. unica, C. de raptu virgin. num. 187. verſ. nota ulterius,* & *Abbas in cap. quod te, C. de Cleric. conjugat. Io: de Arnon. in ſing. ſuo 3.*

OBSERVATIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Mulier mortuo viro, poteſt propria authoritate remanere in retentione domus, donec dos actualiter ſolvatur.*
2 *Mulier pro dotibus, poteſt feudum retinere.*
3 *Mulier vidua, non ſolum habet retentionem bonorum mariti, donec dos ei reſtituatur, ſed etiam eſt alenda ex dictis bonis.*
4 *Mulier privilegiatur tàm in perſonali, quàm in hypothecaria actione, & præfertur omnibus creditoribus tacitam hypothecam habentibus.*

1 MVlier mortuo viro, poteſt propria authoritate remanere in retentione domus, in qua habitat cum marito, donec dos actualiter ſolvatur, *Bart. & alii in l. ſi filio, ff. ſoluto matrimonio, Bald. in l. penult. Cod. de pignor. actione, in l. penul. C. de nõnumerata pecunia,* & in *l. 1. C. ſi ſerv. pign. dat. manumiſſ.* & in *l. eum ſibi qui pot. in pign. hab. Roland. à Valle*
2 *conſ. 77. num. 2. cum ſeq. vol. 1.* & etiam pro dotibus poteſt retinere feudum; *Io: Vinc. de Anna in alleg. 136. num. 6. Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. de pignor. & hypoth. reſol. 1.*
3 Mulier vidua antequã ex bonis mariti ab ejus hæredibus dotem, & cætera bona illata recipiat, non tantum habet retentionem bonorum mariti, quæ retentio ex jure civili quoque viduæ conceditur per *l. ſi filiofam. 26. in princ.* ubi *Bart. ff. ſoluto matrim. Rolandus à Valle conſ. 77. nu. 27. vol. 1. Ioſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 12. num. 18.* ſed etiam interim eſt alenda non conſiderato utrũ illa ſit locuplex, ut ſibi ipſi de alimentis poſſit proſpicere nec ne.

OBSERVATIO L.

SVMMARIVM.

1 *Mulier naturalis nubens viro legitimo, & naturali, an efficiatur legitima?*
2 *Capacitas viri ad uxorem porrigitur.*
3 *Baſtardus per ingreſſum religionis efficitur legitimus.*

1 MVlier naturalis nubens viro legitimo, & naturali, an efficiatur legitima? pro affirmativa tenet *Marſ. ſing. 501. Petra in addit. ad Capyc. dec. 76. lit. B.* cum uxor gaudeat privilegio mariti, *l. fœminæ, C. de Senator.* ejuſque dignitatem, forum, & conditionem retinet, *l. mulieres, C. de incolis lib. 10.* & hoc ratione qualitatis viri,
2 Nàm capacitas viri ad uxorem porrigitur, ut notat *Bald. in l. ſi quis per illum text. C. de natural. liberis,* itá ſingulariter dixit *Angel. in auth. quib. mod. naturales efficiãtur ſui in § quod vero in fine,* quod dictum pro ſingulare refert *Dec. in l. fœmine in 2. col. ff. de reg. juris,*
3 & per ingreſſum Religionis Baſtardus efficitur legitimus, dixit idem *Hyp. de Marſiliis in ſing. 501. incip. notiſſimum num. 9. & in repet. rubr. ff. de fidejuſſ. in*

12. q.

12.q. loquendo de dignitate ordinis,& dignitatis,quod dictum refert etiam, & ſequitur *Ludov.Roman.in repet.auth.ſimiliter.in 7.privilegio, C.ad l.falcidiam, & Felin.in cap.teſtimonium in 11.col. in fine extra de teſtibus*, *in cap.ex tua de ſimonia in prima col.circa med.*

OBSERVATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres durante matrimonio honore maritorum decorantur, & forum ex eorum perſona ſortiuntur.*

2 *Mulieres ſi minoris ordinis virum ſortitæ fuerint priore dignitate privatæ, poſterioris mariti conditionem ſequũtur.*

1 MVlieres honore maritorum durante matrimonio gaudent, genere nobilitantur, & forum ex eorum perſona ſortiuntur; ſi verò minoris ordinis virum ſortitæ fuerint, priore dignitate privatę poſterioris mariti conditionem ſequuntur, *text. in l. mulieres, C. de dignitatibus lib.12. & Heliſæus Danza de pugna Doctorum tom.3. tit.de variis eriminum cognition.c.6.f.mihi 335.* allegat dictũ *text.* ad favorem uxoris Auditoris Regiæ Audientiæ Principatus Vltra prætendentis detinere pulvinar ſimul cum uxore Præſidis, attamen refert per Suam Excell. fuiſſe mediante reſcripto ſub die 8.Septembris 1643.ordinarum ſolũ uxori Præſidis ſpectare,non autem uxori Auditoris.

OBSERVATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri viduæ ab hæredibus mariti defuncti, debentur veſtes lugubres, ſecundũ ſui, & demortui viri dignitatẽ.*

2 *Alimentorum appellatione,quæ veniunt? & num.3.5.6.& 7.*

1 MVlieri viduæ à defuncti mariti hæredibus per annum luctus alendæ, debentur veſtes lugubres ſecundum ſui, demortui viri ſtatũ,et dignitatẽ,ad *Alexand. in l. ſi uſusfructus, §. dos legata, 1.ff.ad l.falcid.Capye. deciſ.26. Covarr. in epitom.de ſponſal.p.2.cap.3.§.9.n.11. Surd.de alim.tit.4.q.2.num.13. & ſeq.*

2 Et ſub alimentis continetur, etiam habitatio *l.legatis, ff. de aliment.legat.l. verbo victus 34.ff.de verbor.ſign.*

3 Lectus quoque ei præſtatur, cui alimenta debentur, quia ſine eo non poteſt quis vivere, *Bart.in l.legatis 6.in fine,ff.de alimentis legatis, & in tractatu de alimentis nu.4. Menoch. de arbitr. judic. caſu 170. num. 28. & ſeq. & in tract.de præſumpt.lib.4. præſump.157 num.27.Surd.de alim. tit.4.q.7. num.4. & ſeq.* & lecti appellatione non is, dũtaxat, ſuper quo requieſcimus intelligitur, ſed omnia veniunt ornamenta,quæ lecto accedunt, ut culcitra, linteamina, & ſimilia, *Mantica de conjecturis ultim. volunt.lib.6.tit.21.n.17.*

4 Alimentorum vocabulo medicinales quoque expenſæ veniunt, adeo quod ei, cui alimenta debentur, medicinæ præſtandæ ſunt, *l.cætera 44. verb.tuendi curandive, ff.de verbor.ſignificat.* ratio eſt, quia alimentorum appellatio continet quodcumque neceſſarium eſt ad vitæ

5 ſubſtentationem; Iàm verò medicamẽta ad corporis ſalutem proficiunt, adeò ut qui medicum non adhibet non minus necare videtur, quam ſi alimenta ſubtrahat, ſecundum *gloſ. in l.indignum 3.ff.quibus ut indign.*

6 Cui alimenta debentur, ligna quoq; præſtari oportet, quæ tàm pro culcina, quàm pro Hypocaſtorum calefactione, & alias fuerint neceſſaria *l.qui penum 3. §.ligna 9. ff.de penu legato DD. ad l. & cætera 44.ff.de verbor.ſignif.*

7 Item famulos *l.habitatio 4. §.1. ff. de vent. in poſſeſſ. mitt. Martin. Coler. de alim.lib.2.cap.1.num.11.ſub fine,* ſi perſonæ dignitas id expoſtulat *Marchiſel. ſylva quæſt.jur.practicar.q.60.num.9.*

OB-

OBSERVATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia omnia lædit,*
1 *Negligentia nemini commodum afferrē debet.*
3 *Diligentia ubi non proficeret negligentia non debet alicui imputari.*
4 *Negligens redimere carceratum teſtatorem, vel cognatum, ejus ſucceſſionem ſperare non debet.*

1 NEgligentia omnia lędit, §. *ſed & pigritia in auth.de quæſt.l.penult. C.de Collat.gloſ.in verb.mulctanda in l.ſi quis,C.de bonis proſcript.*arguitque culpam,*l.magna negligentia,ff.de verbor.& rerum ſignif.*cui ſuccurri non ſolet, *l. nō enim,ff.ex quibus cauſis major.Guid.Pap.q.*473.*Alex.conſ.*105.*col.*2.*in* 5. debetq; ſibi imputare, qui ſua negligentia ſe excludit videtur renuntiaſſe,permittendo tempus elabi aſſignatum ad actum expediendum, *Calcan. conſ.*15.*col.*3. ſequitur *Roland.conſ.*52.*num.*3. *in* 4. nec
2 debet ex ſua negligentia commodum reportare,*l.itaque fullo, ff.de furtis, Riminal.jun.conſ.*301.*à num.*13.*ad* 17. *in* 3. & noverca conditionis eſt negligentia,ſicut eſt mater artium inſtantia, Probanda tamen eſt negligentia, *l. idemq;* ibique *Bart.ff.pro ſocio, Bart.in d.l.de pupillo,§.ſi quis ipſi pretor col.fin. ff. de novi oper.nunc. in l.ab hoſtibus, §. fin. ff. ſoluto matrimonio,& in l.tutor,§.fin.ff.de adminiſtrat.tutor.& conſ.*193.*Aym.conſ.*
3 705.*num.*2. verum ubi diligentia nihil proficeret,negligentia non debet alicui imputari, *l.fin.§.ſi ea cōditione ff.ad l.rodiā de jactu,l.fiſci, ff.quis ordo in bon.poſ.* ſervetur; nec fieri debet, quod fictio nō relevat, *l.hæc ſtipulatio,§.Divus, ff.ut legat. nom. caveatur*, nec expectandus eventus,qui nihil prodeſt, *l. cum hæres, §.ultimo,ff.de acquir.hæred.l.alius,§.fin. ff.ad Sen.Conſ.Vellianum.*

4 Negligens redimere teſtatorem, vel cognatum á carcere eius ſucceſſionem ſperare non debet, ſi cibis moriatur, etiam ſi ſcriptus ſit hæres in teſtamento, ſed hæreditas illius ſpectare debet Eccleſiæ illius loci deſtinatæ pro redemptione captivorũ, ſalvis aliis capitibus teſtamenti; verum minor 18. annorum excipitur, ad *text.in auth.ſi captivi,C.de Epiſcop.& Cleric.*

OBSERVATIO LIV.

SVMMARIVM.

1 *Nepos legitimus, & naturalis ex filio ſpurio,an ab Avo poſſit inſtitui? & diſtinctione reſolvitur quæſtio n.* 2.
3 *Filius inceſtuoſus ab Avo inſtitui non poteſt.*
4 *Filius baſtardi legitimati inhabilis eſt ad ſuccedendum in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

1 NEpos legitimus, & naturalis ex filio ſpurio,an ab avo ſuo poſſit inſtitui? Reſpondetur hac diſtinctione adhibita, quod aut extat legitima ſoboles, & non poteſt inſtitui, *gloſ.in l. fin. C.de naturalibus lib. Iacobus de Belviſo in diſput.quam poſuit in l.*1. *C. de natural. liber.cũ aliis adductis per Gabriel.de hæred.inſtituend.concl.*3. *num.*1.
2 Aut non extat legitima ſoboles, & tunc,aut contemplatione ipſius nepotis,& non ipſius filii ſpurii facta ſit inſtitutio,& proculdubio potuit inſtitui, ut per *Bart.& Imol.in l.Gallus in §. quid ſi is,ff.de liberis, & poſth.* ſic etiam ſi merita præceſſerint, propter quæ contemplatione ſui ipſius cenſeri poteſt factam fuiſſe inſtitutionē in perſona ipſius nepotis, ità tenet *Bart.in d. §.quod ſi is, Angel.& Salicetus in l.fin. C. de naturalibus liberis,*& hæc communis opinio ex adductis per *Gabriel.loco prącitato nu.*9. quod procedit tantùm in filio ſpurio, non autem in inceſtuoſo, quia talis non
3 poteſt inſtitui ullo pacto ab Avo,*Bald. in l.ſi quis inceſti, C. de inceſtis nuptiis, Bald.in cap. in præſentia col.* 8. *de probationibus, Hippol. in ſingul.* 143. *Petrus de Ravenna in ſingul.*452. *Anton. Corſetus in ſing.ſuis in verbo Hæres* 4. *nu.*1. quod non procedit in præjudicium ſub-

ſtituti ipſi avo per fideicommiſſum, quia ad illius excluſionem non poteſt filios legitimos, & naturales filii ſpurij ad ſucceſſionem invitare, ut per *Soccin.*
4 *in conſ.*252.*lib.*2.*col.*22.&c eſt notandũ, quod filius baſtardi legitimati, licet ipſe ſit natus ex legitimo matrimonio, tamen eſt inhabilis ad ſuccedendum in emphitheuſi Eccleſiaſtica, *Ruin. in conſ.* 158.*col.*2.*lib.*1. & ratio eſt, quia quando radix eſt infecta, totum quod ex ea provenit, dicitur infectum; *Tiraquell. de jure primogen.q.*12.*num.*5.

OBSERVATIO LV

SVMMARIVM.

1 *Nepos an in ſucceſſione feudi patruum excludat? & deciſiones pro nepote adducuntur.*

2 *Ex generali conſuetudine, & rerum judicatarum authoritate pro nepote amplius non eſt dubitandum.*

1 NEpos an excludat patruum in ſucceſſione feudi? pronepote affirmat cõmunis opinio per *auth. poſt fratres la prima C.de legit. hæred.& Camillus Salernus in conſuet. & omnia.f.*108. firmiter ſubſtinet, quod in Regno ſemper nepos excludit patruum, & refert deciſiones latas pro nepote, allegans etiam *Io: Fabrum inſtit.in tit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.§.cum filius*, ubi *n.*5. ait, quod ſi nepos ſit filius primogeniti præfertur patruo, quia cum is nepos repreſentat perſonam patris ſui, & ille ſi viveret excluderet ſecundogenitum, & iſte excludet; per *d.§.cum filius, & Dominus Præſ. Vrſinus in tract. de ſucceſſione feudorũ p.*1.*q.* 5. *art. primo tractans* Articulum prædictum, an nepos ex filio primogenito in feudis, ubi vivitur jure francorum ſecundogenito præferatur? *num.* 5. ait, hodie tamen hic articulus ſopitus eſt, nám generali conſuetudine, & rerum ſæpe judicatarum authoritate partes nepotis probatæ sũt in ſucceſſione Regnorum, feudorum, & primogeniorum, & amplius de eo non oportet dubitare: ſubiungens *n.*10.quod ſpecialiter in hoc Regno Citerioris Siciliæ, cauſa nepotis potior habita eſt, & ea in primis probata fuit Regis Roberti judicio in ſucceſſione feudorum Leonardi de Sanfranundi avi adhuc viventis inter ejus ſecundogenitum filium, & nepotem ex filio primogenito dicti Leonardi, & conſtat ex literis Regiis ſub data Bartolomei de Capua anno 1327.ut refert *Capic.in addit.ad conſuetud. ſi moriatur, verſ. tenet Napod.fol.*107. & licet *Afflict.ſuper lib.* 1.*feudorum in tit.de ſucceſſ. feudi*, latè diſputat quæſtionem, an nepos excludat patruum, & per viginti argumẽta ſubſtineat opinionem pro nepote, & per alia viginti pro patruo, tandem ſub *nu.*57. air, ſed certè contrarium obſervatur in Regno Siciliæ, ubi etiam de feudo, in quo vivitur jure Francorum nepos excludit patruum.

OBSERVATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Negativa ſi eſt fundamentum intentionis alicuius ille eam probare debet.*

2 *Limitatur quando aliquis eſt obligatus ad aliquid alteri faciendum.*

3 *Allegans ſolutionem eam probare tenetur.*

4 *Qui negat ſolutionem, habet intentionem ex debito fundatam.*

5 *Allegans negativam illam probare debet, niſi agat ex promiſſione.*

6 *Debitum durare præſumitur, niſi ſit ſatisfactum, quod probari debet per debitorem, vel per habentem cauſã ab eo.*

7 *Satisfactio eſt facti, quæ non præſumitur.*

8 *Vbi quis tenetur ex obligatione, ipſe tenetur probare ſolutionem.*

9 *Promiſſio conditionalis deficiente conditione evaneſcit.*

1 NEgativa ſi eſt fundamentũ intẽtionis alicujus ille debet eã probare, *l.hoc jure, §.ità ſtipulatus, ver.ſi ab initio, ff.de ver.oblig.auth.hoc ſi debitor, C.de pignor.l.pen. §.docere,* ubi *Bart.& omnes, ff.ne quis eum, qui in jus vocatus e.primo*

de con-

Digitized by Google

de confeſſis in 6. Innoc. in cap. ſuper his de accuſat. Bart. in l. ſi quis, C. de fabric. lib. 11. Corn. in cap. bonæ de electione.

2 Fallit quando aliquis eſt obligatus ad aliquid faciendum alteri, quia tunc non ille, qui negat, ſed qui dicit ſe feciſſe, quod debebat, probare debet *l. 3. §. ſi ad diem, l. qui comeatus, ff. de re militari, l. 2. ff. ſi quis caution. Bar. per hac jura in l. illa ſtipulatione, ff. de verb. oblig.* Adducens etiam ratione͂, quia cum hoc illi debeatur, vel ut privato, vel ut officiali, eò ipſo quod negat probata eſt illius intentio, niſi per adverſarium pro-
3 betur: ſic allegans ſolutionem eam probare tenetur, *l. 1. C. de probat. gloſa in l. 2. verſ. repellere, C. de jure emphit.* ubi
4 *Bart.* dicit hoc procedere, quia qui negat ſolutionem, habet intentionem ex debito fundatam, & *Bald. conſ. 506. lib. 5*
5 inquit, quod qui allegat negativam eã probare debet, niſi agat ex promiſſione
6 *l. quingenta, ff. de probat.* Nàm debitũ præſumitur durare, niſi ſit ſatisfactum, & hoc probatur per debitorem, vel ha-
7 bentem cauſam ab eo, quia ſatisfacere eſt facti, quod non præſumitur *l. conſilio, §. fin. C. de Curator. furioſo*, idem *Bart. in conſ.* 102. quod hoc modo probatur per ſolam negationem contra eum, qui certo loco, & tempore facere tenetur, niſi ille probet impedimentum per *d. l. 3. §. ſi ad diem, & l. qui comeatus, & l. 3. §. ſed, & ſi quis, ff. ſi quis cautionibus*, &
8 quod ubi quis tenetur ex obligatione, tenetur ipſe probare ſolutionem, *Bald. in l. actor in fine, C. de probat. in l. inter debitorem, ff. de pactis, Alex. conſ. 101. in fine lib. 2. Natta conſ. 569. à num. 1. ad 4.*

9 Cæterum poſt promiſſionem, deficie͂te conditione, promiſſio evaneſcit, nàm promittens reſpectu alicujus rei, quàm adimpleri ſperabat, ſi id non adimpleatur, non intelligitur ex promiſſione obligari, *l. titius, ff. quæ res pignor. l. qui pecuniam, ff. ſi certum pet. Roman. conſ. 204. num. 10. Marzar. conſ. 65. num. 9.* quia in primo caſu ſolutione extinguenda eſt, jam valide contracta obligatio, in ſecũdo autem ſolutione perficienda eſt obligatio.

OBSERVATIO LVII.

SVMMARIVM

1 *Conqueſtio excludit conſenſum.*
2 *Minor per receptionem pretii, non dicitur ratificare contractum nullum, ſed potius facere ne re, & pretio careat.*

1 NOn dicitur conſentire, qui conquæritur, *Cæſalus conſ. 384. n. 47 Natta conſ. 101. num. 11. & 12. ad Alexand. conſ. 117. in addit. ultim. n. 5. Bald. & Salycet. in l. ſi quando, Cod. ſi major factus alienat. Caſtrenſ. in conſ. 1. num. 3. in princ. Cæſar. Manent. conſ. 79. num. 4. in princ.* nec minor per receptionem pretii
2 dicitur ratificare contractum nullum, ſed potius facere, ne careat re, & pretio, *Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 249.* ſubdens *num. 9.* nec ratificationem per lapſum quinquennii illo effecto majore, *Petr. Anton. Anguiſ. conſ. 2. ſub nu. 10. in 3. Surd. conſ. 513. num. 4. Gabriel. concluſ. 2. de præſumpt. num. 13. verſ. 4.*

OBSERVATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio pro emendo feudo facta in Sacro Conſilio per principalem, vel procuratorem cum ſpeciali mandato, an revocari poſſit antè accenſionem candelæ, & licitationem.*
2 *Beneficium Conſtitutionis Regni Conſtitutionem Divæ memoriæ, etiam emptori competit, & deciſiones adducuntur.*

1 OBlatio pro emendo feudum facta in S. C. per principalem, vel per procuratorem cum ſpeciali mandato, revocari poteſt, antequam accendatur candela, & fieret licitatio, tám jure cõmuni, quàm jure ſpeciali conſtitutionis Regni Divæ memoriæ; jure commnni, quia offerens emere ſub haſta, poteſt pænitere, quando publicè hoc facit, ſicut publicè promiſit, *Bart. in l. licitatio 9. in princ. ſub num. 4. ff. de public.* cujus doctrina optimè procedit ante accen-

ſionem candelæ, quia tunc, & non antea per licitationem perficitur emptio, à qua perfecta, parte invita recedere non licet, ex *tex. in l. ſicut 5. de action. & oblig. & l. 1. quando liceat ab emptione recedere*, & in his terminis, quando emptio eſt perfecta, loquitur *Iodoc, tract. de ſubhaſt. cap. 5. num. 17. Muſcatell. gloſ. venduntur à nu.* 100. poſt *Boer. deciſ. 248. nu. 3. Io: de Platea in l. ſi tempora col. 2. C. de jure fiſci, & haſtæ fiſcali lib. 10. Rebuff. conſtit. lib. 2. de precon art. 4. gloſ. unica num. 34. & Bertach. de gabell. p. 2. num 21. & 22.* quæ ratio ceſſat antè ſubhaſtationem, quia tunc emptio non eſt perfecta, & proindè pœnitentiæ locum habere poteſt, ex *text. in l. ſi pecuniam, §. ſi ſervum, verſ. item ſi quis dederit. ff. de condit. ob cauſam*, ubi ante factam emptionem habet locum pœnitentiæ.

2 Iure etiam ſpeciali vigore Conſtitutionis Divæ memoriæ, cujus beneficiũ etiam emptori competere eſt hodie indubitatum, ex his, quæ abundè ſuper Deciſ. hoc, & ſepius deciſis in cauſa D. Cæſaris Conſaghæ, de qua teſtatur *Anna in Conſtit. Divæ memoriæ ſub num. 257. in cauſa Ioſeph Melutti apud D. de Franch.* Deciſ. *deciſ. 540.* & in cauſa D. Flaminii Urſino, cum Marchioniſſa Cuſani, de qua apud *Dom. Reg. Tappia deciſ. 8.* & latè Deciſ. *D. Capiblanch. ſuper pragmat. 4. de Baronibus ſub nu. 87. & in addit. q. 21. D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus, §. 1. num. 21. & Thomam de Marinis tit. de feudo ex pacto, §. cõſtitutio n. 131.* quod jus revocandi concedi debet, etiam in emptione ſubhaſtæ antè impetratum aſſenſum Regis, ea ratione, quia licet ſit neceſſaria, reſpectu debitoris vendentis, voluntaria tamen eſt reſpectu emptoris: venditori enim non conceditur revocatio, nè eludatur Iudex, qui ideò vendit, ut ſatisfiat creditori, cui debitorem condemnavit, quem eluderet debitor revocando venditionẽ, quia nunquam ſolveret creditori, ac cõdemnatio contra illum executionem nõ haberet, qua de re, etiam in ipſo debitore facta ſolutione debiti revocationẽ admiſit, *D. de Georgio alleg. 6. à num. 37* & propriè ſub *num. 44.* ex *Freccia de ſubfeud. lib. 2. auth. 1. §. pluribus autem*, ubi dicit ſub *n. 12.* ſolvat debitor, & rehabeat feudum, ſi vult; Hæc autem ratio ceſſat in emptore, qui non eſt condemnatus ad ſolvendum, nihil debet, nullam adverſus ipſum condemnationẽ eludit, ſi ipſe non emit, emet alius, & ſatisfiat creditori, ac decretum Iudicis exequetur, qua de re, ſtante diverſitate rationis, non habet locum regula correlativorum, ut per *Bart. & alios in l. multum, ff. de verbor. oblig.* & per *Felin. in proemio decretalium ſub nu.* 14. quibus rationibus hanc partem firmavit *Dominus de Ponte conſ. 5. à num.* 88. ubi ſub *n.* 90. dicit, ità fuiſſe per S.C. deciſum in Deciſ. S.C. oblatione Terræ Seſti, facta per Io: Vincentium de Tufo, ſeù Scipionem Gambacorta, cum creditoribus Io: Baptiſtæ Carraſa.

OBSERVATIO LIX.

SUMMARIUM.

1 *Obligatus ad ſolutionem damni an teneatur ad ſolutionem lucri ceſſantis.*

2 *Dictio: neque, inter diverſa ponitur, & eſt implicativa.*

1 Obligatus ad ſolutionem damni, an teneatur ad ſolutionem lucri ceſſantis? pro negativa reſpondetur per *text. in l. ultim. §. ſi quis verò, C. de Codicillis, l. ultima, §. licentia, C. de jure delib. ibi*: neque lucrum, neque damnum ali-
3 quod, quoniam dictio illa: neque, inter diverſa ponitur, & eſt implicativa, ut tradit *Ruin. conſ. 24. num. 6. lib. 5. Menoch. remed. 9. recup. num. 70. Michael Raynoſa obſerv. 9. num. 5. vol. ſequent.* limitatur autem hæc concluſio in ſolito negotiatore; hic enim ſi damnum recipiat, reportabit lucri ceſſantis intereſſe ab eo, ob cujus cauſam, vel à quo demnum recipit, ut in *l. 3. §. ult. ff. de condit. cauſa data Surd. dec. 226. n. 4. Maſcard. de prob. concluſ. 933. num. 1. vol. 2. Eſcobar. de ratiocin. cap. 5. num. 2.* ad *text. in l. ſi commiſſa, ff. rem ratam haberi, ibi*: quantum mea intereſt, ideſt quantum mihi obeſt, quan-

quantumcumque lucrari potuit, *l. 3. §. ultimo. ff. de eo quod certo loco ibi:* quid ſi merces ſolebat ex lucro, ratio habeatur non ſolius damni puto, ſed & lucri habendam rationem; ſecùs autem ſi verba illa exprimantur in favorem ejus, qui mercator non eſt, neque ſolitus negotiari; tunc enim ſolùm damnum emergens referri debet, ſecus in ſolito Mercatore, & conſueto negotiari, cum de jure præſtari debet, tàm lucri ceſſantis, quàm damni emergẽtis, ut per *Alex. conſ. 41. num. 4. vol. 3. & 141. vol. 5. cum aliis allegatis per Marcum Antonium Bellonem in deciſ. Genuenſ. 177. num. 7.* ut ſupra dictum eſt, *Afflict. deciſ. 20. per totam*, *Stracca de Mercatura tit. de contract. mercator. num. 23.* ubi *Eſcobar. loco citato*; Limitatur ſecundo, ut non habeat locum in eo, qui ex dolo, vel ex maleficio damnum dedit, hinc enim etiã ſi damnum paſſus non ſit, onerari debet prædicto intereſſe lucri ceſſantis, & ad ejus ſolutionem compelli per *text. in l. Iulianus, ff. de actionibus empti, ibi:* quod interfuit idoneè veniſſe erit præſtandũ, quam limitationem comprobat *Eſcobar. de ratiocin. cap. 15. num. 7. & 9. Raynoſa d. obſervat. 9. in fin.*

OBSERVATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Officium non poteſt recta via renunciari, & à ſe abdicare, ſed in manu Regis renunciari debet.*
2 *Renunciatio fit in manibus Regiæ Curiæ ad commodum perſonæ, in beneficium cujus fit, juxtà praxim.*
3 *Epiſcopus non poteſt renunciare, niſi in manu Pontificis.*
4 *Officiali nõ licet recedere à Civitate Neapolis ſine venia majoris Magiſtratus ex quacumque cauſa, quod in multis cauſis limitatur.*

1 Officium non poteſt recta via renunciari, & à ſe abdicare, ſed neceſſe eſt, ut renuncietur in manu Regis, & hinc ſumpta eſt praxis, quod fit re-
2 nunciatio in manu Regiæ Curiæ ad commodum perſonæ, in beneficium cujus ſit renunciatio, ſeu translatio officii, *text. eſt in l. legatus Cæſaris 20.* ubi *gloſ. ff. de officio Præſidis*, ſic etiam Epiſcopus nõ
3 poteſt renunciare, niſi in manu Pontificis, ut in decreto *17. q. 2. Canon. Gonzaldus, & 6. q. 3. cap. demque.*
4 Officiali non licet recedere à Civitate Neapolis, niſi obtenta venia majoris Magiſtratus, neque etiam Reipublicæ cauſa, neque infirmitatis, neque voti adimplendi, ut ſic diffusè agit *Caravita ſuper rit. 7.* & ad hoc accedit *text. in l. ſi quis divortio, C. de decur. lib. 10.* & de infirmitate inquit *Pariſ. de Puteo in tractatu de ſyndicat.* & ideò pœna hujus exceſſus, eſt privatio officii, limitatur tamen prædicta regula per modicum ſpatium temporis, ſi officialis die feriata hoc fecerit; item in officiali recedenti, quia non dicitur ſteti ſſe, qui ſtatim reverſus eſt, ſecundum Speculatorem.

OBSERVATIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Labor omnis optat præmium, quod in æquitate fundatur.*
2 *Tutoris labor quantus ſit?*
3 *Labor, & pecunia diviſionem recipiunt, & deciſio Sacri Conſilii adducitur.*

1 Omnis labor optat præmium, & hoc fundatur in æquitate naturali; cùm operarius dignus ſit mercede ſua, ut habetur in *cap. quicumque 12. q. 2. & in cap. fin. in verbo laborem 7. q. 1. & cap. charitatem 12. q. 2.* & ex *doctrina Magni Caſſiodori in Epiſtola 33. lib. 2. ibi* æquũ eſt enim, ut unicuiq; proficiat labor ſuus, ut ſicut in exequendo cognoſcit incommoda, ità rebus perfectis conſequatur augumenta; quod mirificè cõprobatur in ſalario Advocati ex expreſſo *textu in l. 1. §. Advocates, ff. de variis, & extraordinar. cognit. Fulvius Pacianus conſ. 153. num. 27. cum ſeq.* ac etiam in tutore, prout *Baez. de decima Tutorum cap. 1. inquit:* Ergo jure optimo decima tutori datur; tantum enim labo-

laborem ęquum eſt præmio penſari, laborem appello tot res,tot caſus,tot pericula,non ergo penſatur decima quilibet labor, ſed labor tutoris, qui tantus
2 eſt,ut citius navim adornaris, quàm cũ ad vivum expreſſeris,& idem *Baezza n.* 188.cjuſdem rationis rationem alteram expendens ſubdir; videturque pupillo conſulere ſimul, & tutori, & pupillo, quoniam Tutor diligentius augumentũ curabit; tutori quoniam tantum laborem ęquitas non patitur præmio carere; eaque lex naturæ eſſe videtur,ut qui ſẽtit onus, ſentiat etiam honorem, *l.eum qui,ff.de jurejurand.* & ubi ſunt onera, ibi oportet eſſe fructus, *Alex.in l.ſi cum*
3 *dotem,§.tranſgrediamur,ff.ſoluto matrimonio,* nàm opera, & pecunia diviſionẽ recipiunt, *l.medico,§.mulier,ff.de auro, & argento legato*, *Reg. Conſtant. in l.1. C.de re milit. lib.12. num.4.* ſed melior *text.in l. Sejo amico 10.ff. de annuis legatis, ibi*, cum tam labor, quàm pecunia diviſionem recipiant, prout fuit deciſum per S.C. ad relationem R. Cõſil.
Decif. S.C. D. Io: Vallenilla ſub die 4. menſis Iulii 1665.in cauſa Marii Avellone, & Hieronymi Faſano Tutorum Franciſci Antonii Avellone, in Banca Lelii Clavelli.

OBSERVATIO LXII.

SUMMARIUM.

1 *Onera hæreditaria ſolvi debent à toto patrimonio, tàm burgenſatico, quàm feudali per æs, & libram.*
2 *Quod ſervatur in ſolvẽdis oneribus hæreditariis, quæ ſunt in actione perſonali, vel hypothecaria nu.2.*
3 *Debitor diverſos hæredes habere poteſt, ut putà alium in feudalibus, alium in burgenſaticis,unuſquiſque iſtorum hæredum repreſentat perſonam defuncti pro rata hæreditatis,in qua eſt hæres.*
4 *Hæres pro rata bonorum hæreditariorũ ſibi perventa cenſetur perſona debitoris.*
5 *Hæres tenetur ad ſolutionem debitorum pro rata bonorum,& ſic etiam pro rata feudorum.*
6 *Feuda hæreditaria veniunt in computatione hæreditatis,*

1 ONera hæreditaria ſolvi debent à tòto patrimonio, tàm burgenſatico, quàm feudali per æs, & libram, prout hodie receptum eſt, & frequentiſſimè pronunciatur, & habetur ex *Capycii deciſione* 198. Ex qua deciſione apparet,quod hæc propoſitio fuit pra-
2 cticata in ſolvendis oneribus hæreditariis, quę ſunt in actione perſonali, vel in actione hypothecaria, veluti in expẽſis funeralibus, in ſatisfaciendis ſervitoribus,in ſatisfactione dotium, & hoc ſumma ratione ſtatutum eſt, licèt enim creditoris arbitrio ſatisfieri debeat debitum,*l.creditoris arbitrio,ff.de diſtract. pignor.* nihilhominus perſona debitoris debet totum debitum; undè cum debitum principaliter cõſiſtat in perſona debitoris, licèt huic debito perſonali accedat demum hypotheca bonorum, *l. 1.§.fin.ff.de pign. Actione & DD. in l.fidejuſſor obligat.ff.de fidejuſſorib.* Cum
3 debitor diverſos hæredes habet, utputà alium in feudalibus, alium in burgenſaticis,unuſquiſque iſtorum hæredum repreſentat perſonam defuncti pro rata hæreditatis, in qua eſt hæres, & eſt *text.* & ibi hoc dicit *Bart.in l.cum à matre,C.de rei vendic.* & pro rata bonorum
4 hæreditariorum ſibi perventa cenſeatur perſona debitoris *l.1. C. de hæred. inſtit.*
5 meritò tenetur ad ſolutionem debitorũ pro rata bonorum, & iſte eſt *text. notabilis in l.1.C.ſi certum petatur*, & ſic etiã
6 pro rata feudorum, cum feuda hæreditaria veniant in computatione hæreditatis *l. & non tantùm,ff. de petit. hæred.* per quem *text.*ità *Andreas in cap.1. de controverſ.inter vaſſall. & Epiſcop.* & in *cap.in generali ſi de feudo fueris controverſia in cap.1.§.hujus autem generis,ex quibus cauſis feud.amitt.& ubique.*

OBSERVATIO LXIII.

SUMMARIUM

1 *Oratio ſimplex, & in compoſita operam dat veritati.*
2 *Veritas conſiſtit in paucis.*
3 *Veritas agitata creſcit,atque ſplendeſcit.*

Ora-

1 ORatio ſimplex, & incompoſita operam dat veritati, *Sen. epiſt.* 40.*n.* 49.*in fine*, & ſimplicitas dicitur amica veritatis, *cap. veritatis* 14. *de jurejurando*, & quamvis veritas conſiſtat in pau-
2 cis, tamen veritas agitata creſcit, atque
3 ſplendeſcit, in *Luca* 7. & 35. *q.* 9. quia in agitatione ei cuncta reſpondēt, *Ariſt. 1. ethicor. cap.* 8. *Sigiſmund. Scacc. de ſent. & re judicata in fine reſponſi poſita in fine operis.*

OBSERVATIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrovendendo, quandocumque an præſcribatur?*

1 PActum de retrovendendo quandocumque an præſcribatur; reſpōde, quod præſcribitur ſpatio triginta annorum, ut tenet *Faber. in l. cùm notiſſimi, C. de præſcription.* 30. *vel* 40. *annorum*, *Felin. in cap. cum acceſſiſſent num.* 42. *verſ. declaratur extra de Conſtit.* & in *cap. ſi diligenti de foro compet.* & in *rubr. nu.* 20. *verſ. fallit extra de præſcript. Covarr. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *Vivius in lib.* 5. *Silvæ comm. opin. in opin.* 579. *Alexand. Trentacinq. lib.* 3. *reſol.* 10. *in tit. de empt. Io: Koppen. in dec.* 1. *nu.* 15. *uſque ad* 24.

OBSERVATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in dote appoſitum in præjudiciū mulieris deterius fieri non poteſt.*
2 *Pactum in continenti adjectum tempore conventionis inita valet, ſecus autem poſt matrimonium contractum.*
3 *Dictio in continenti, quomodo intelligatur?*

1 PActum in dote appoſitum non poteſt fieri in præjudicium mulieris deterius, ex quo commodum recipere ex eo debet, non autem detrimentum, ad terminos *text. in l. Attilicinus, ff. de pactis dotalibus*; Hoc tamen diſtinguen-
2 dum eſt, vel eſt in continenti adjectum tempore conventionis inhitæ, & valet, aut poſt contractum matrimonium, & non valet, ad *l. cum dos, ff. eodem tit. ibi*: cū dos filiæ datur, in initio dotis dandæ legem, quam velit in contractibus is, qui dat, dicere poteſt, & in *l. ex morte, §. ult. C. de pactis cōvēt. ibi*: niſi fortè is qui obtulerit ſtatim, ideſt tempore oblationis, ſeù promiſſionis, ſtipulatus, vel pactus ſit, ubi *gloſ. diſtinguit*, quod *Bald.*
3 *in d. l. cū dos in lectura antiqua ait*; quomodò autem intelligatur in continenti, vel ex intervallo, dic quod in patre dotante intelligitur quandocumque antè nuptias contractas, ut *l. quantitas, ff. ſoluto matrimonio*; in extraneo dotante intelligitur in continenti tempore conventionis dotis, ut ſupra *d. l. ex morte. C. de pactis conventis*; Ratio diverſitatis inter patrem, & extraneum eſt, quia antè contractum matrimonium pater habet in poteſtate ſolvere ſponſalia, & dotem, ſecus in extraneo, ut *l. adoptiuum, §.* 1. *ff. de jure dotium.*

OBSERVATIO LXVI

SVMMARIVM.

1 *Pactum ambiguum, ſivè obſcurum in venditione, ſeù locatione appoſitum in damnum cujus interpretari debet?*

1 PActum ambiguum, ſivè obſcurum in venditione, ſeù locatione appoſitum, in damnum cujus interpetrari debet, venditoris, ſeù locatoris, an verò emptoris, ſeù conductoris? Reſpondetur, quod cum diſtinctione quæſtio prædicta reſolvitur; nàm ſi verba ſunt prolata in favorem, ſivè venditoris, ſivè locatoris, & in eis ſe fundat, tunc procedit diſpoſitio, *text. in l. ſi veteribus, ff. de pactis*, ſi verò verba ſunt prolata in favorem conductoris, ſivè emptoris, & conductor in ipſis ſe fundat, & tunc procedit contra conductorem, ut per *Surd. in deciſ.* 202. *num.* 19. cum aliis adductis per *Cæſarem Carena reſolut. practicabil.* 30. *num.* 6.

OB-

OBSERVATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum contra ſubſtantiam contractus, an vitiet contractum.*

1 PActa contra ſubſtantiam contractus vitiant contractum, *cap.fin.* ubi *DD. de condit.appoſit.l.per ſervuum*, §. *fin.ff. de uſu, & habitat.Bald.in l.ſi pater, ff.de adoption.Bart.in l.2.nu.2. C. de jure emphit.* DD.*in auth.ingreſſi, C.de Sacroſãct. Eccleſ.* namq; cum dirimant contractũ, remota ſubſtantia, removetur, & actus, *Bald.in cap.* 1. §. *final. num.* 3. per quos fiat inveſtitura, *Abb. in d.cap.*4.& tunc videtur, vel quod partes voluerint facere actum eluſorium ad *l.an.inutilis in princ.ff.de accept.* vel quod voluerint in aliam ſpeciem contractus pertranſire ad *Bart.in l.ubi ità donatur, ff. de donationibus cauſ.mort.DD.in d.auth. ingreſſi*, *Decius in conſ.*292.*col.fin. Cagnol. in l. contractus num.*7. *de regulis juris, & l.cũ præcario, ff.de præcario*, loquitur contra naturalia contractus, deciſio *Seraphin. apud Boccac. de cenſibus* 2.*p.num.*152.

OBSERVATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Paragium in filia maritata non excedit legitimam.*

2 *Paragium in filia innupta, poteſt arbitrari uſque ad virilem portionem.*

1 PAragium in filia maritata, non excedit legitimam, ut dixit *Andr.in cõſtit.in aliquibus, col.fin. Afflict. ibidem n.*
45.qui ità judicatum refert in S. C. *deciſ.*160.*Riccius collect. dec.* 740. in Filia
2 autem non maritata, poteſt arbitrari uſque ad virilem portionem, *Napodan. in conſuetud.ſi moriatur in verbo paragium, Gramm.deciſ.*101.*num.*64. conſiderata quantitate patrimonii, qualitate conjugum, & numero filiorum, ut per *Præſid.de Franch.deciſ.*61.*num.*5.*cum aliis adductis per Reg.Capyc.Latr.in dec.* 59.*nu.*14.*cum ſeqq.*& in *deciſ.*99.*n.*24.

OBSERVATIO LXIX

SVMMARIVM.

1 *Paragium debetur filiæ in bonis patris vigore conſtitutionis Regni, & Frater tenetur illud de feudo præſtare, quod ad illum cum hoc onere tranſivit.*

2 *Paragium dicitur onus intrinſecum, & eſſe in bonis ejus, cui debetur.*

3 *Bona paterna non poſſunt per aditionẽ effici fraterna, niſi deducto paragio filiæ debito in bonis paternis.*

4 *Dos dicitur æs alienum patris, quod eſt extra hæreditatem.*

5 *Paragium etiam dicitur ſucceſſio filiæ, ſicut legatum, imò jus ſuccedendi dicitur transfuſum in paragium.*

6 *Paragium debetur ſorori à fratre vigore Conſtitutionis Regni, inſpecto valore omnium bonorum, etiam feudaliũ remanſorum in hæreditate.*

7 *Soror pro paragio, ſi frater feudum alienaſſet agerè poſſet revocatoria adverſus tertium poſſeſſorem.*

8 *Dos de paragio dicitur ratione parilitatis inter virum, & uxorem ad hoc ut fæmina pari nubere poſſit, ſecundũ modum facultatum, numerum filiorum, dignitatem, & conditionem.*

9 *Paragium, dicitur portio, quam fæmina debet habere ad exemplum bonorum ſubſidii, abſque ullo onere.*

10 *Paragium licet ſuccedat in locum legitimæ tamen non eſt idem.*

11 *Paragium debetur in vita patris, & poteſt eſſe plus, vel minus, quia ſolum attenditur, ut poſſit aptè nubere.*

12 *Actio pro paragio non eſt ſimplex perſonalis, ſed in rem ſcripta, quæ filiæ competit.*

1 PAragium debetur filiæ in bonis patris vigore Conſtitutionis Regni *in aliquibus*, & fraret tenetur illud de feudo, quod ad eum cum hoc onere trã-
3 ſivit præſtare, undè dicitur onus intrinſecum, & eſſe in bonis ejus, cui debetur, ut optimè tradit *Napod.in conſuetud.ſi qua mulier in verbo de bonis, col.fin.verſ. licèt ergò*, & refert *Anna alleg.*70.*nu.*20.

nec

nec poſſunt bona paterna dici per adi-
3 tionem effecta fraterna, niſi deducto hu-
juſmodi paragio filiæ debito in bonis patris, ut per *gloſ. in l. denique, § ſed utrum in fin. in verb. patrimonium, ff. de minor.* ubi docet dotem dici æs alienum
4 patris, quod eſt extra hæreditatẽ *Reg. Marcian. in diſput. 6. num. 30. cum ſeq.*

5 Paragium dicitur etiam ſucceſſio filiæ, ſicut legatum, *Napodan. in d. Conſuetud. ſi moriatur in verbo paragium*, quia imò jus ſuccedendi dicitur transfuſum in paragium, ut refert *Anna d. alleg. 70. num. 19.* & approbavit *de Franch. in deciſ. 618. per totam, idem Reg. d. diſput. 6. num. 39.*

6 Paragium debetur ſorori à fratre per dictam Cõſtitutionem Regni *in aliquibus* inſpecto valore omnium bonorum, etiam feudalium remanſorum in hæreditate, ut dixit *Andr. & alii in d. conſtit. Camer. fol. 105. lit. B. Conſil. Theodor. allegat. 7. n. 1. Caputus ad conſuetud. Neapol. ſi moriatur p. 2. §. 5. num. 1.*

7 Imò ſi frater feudum alienaſſet, poſſet agere revocatoria adverſus tertium poſſeſſorem *Afflict. deciſ. 162. & Grammat. deciſ. 90. Reg. Capyc. Latr. conſult. 25 num. 34. & 35. tom. 1.*

8 Et dos de paragio dicitur ratione parilitatis inter virum, & uxorem, ad hoc ut fœmina pari nubere poſſit ſecundum modum facultatum, numerum filiorum, dignitatem, & conditionem viri, & uxoris, ut poſt *Andr. de Iſernia in conſtit. in aliquibus in penult. col. verſ. attenditur ergo de ſucceſſ. filiorum Comit. & Baron. lib. 3.* declarat *Petrus de Gregorio in tra-*
9 *ctat. de dote de paragio q. 1. num. 1.* ubi quod dicitur paragium portio, quam fœmina debet habere, abſq; ullo onere ad exemplum debitis bonorum ſubſidii, *Iſern. in d. conſtit. in aliquibus in 1. col. in verſ. ſuper verb. maritare Nap. d. in conſuetud. ſi moriatur de ſucceſſion. ab inteſt. in verb. par[illegible]um num. [illegible].* & fundatur ex *text. in l. quær[illegible] de jure dotiũ,*
10 & quamvis ſucced[illegible], ut dixit idem *Petr. de Gregor. ibidem n. 2* tamen rei veritate non eſt [illegible], quod legitima, cum illa ſit certa, & [illegible] per legem, ut in *Auth. de triente, & ſe-*
11 *miſſe col. 3.* & debetur poſt mortẽ, Paragium vero debetur, etiam in vita patris, & poteſt eſſe plus, vel minus, ut dixit *Capyc. in d. conſtit. ſi moriatur, fol. 94.* quia ſolum attenditur, ut poſſit aptè nubere pari *Reg. Capyc. Latro in conſult. 159 tom. 2. num. 33. cum ſeq.*

12 Et actio pro paragio non eſt ſimplex perſonalis, ſed in rem ſcripta, quæ filiæ competit, ut in terminis dixit *Camer. in cap. Imperialem fol. 105. lit. B. cum aliis allegatis per Andr. Capan. eod. tract. q. 28 num. 8.* & pro paragio, & ſi detur perſonalis actio, *Iſern. in conſtit. in aliquibus*, latiſſimè *Napodan.* & ibi addentes in *Conſuetud. ſi qua mulier haben. liber. facult. teſt. in verſ. de bonis, Afflict. in deciſ. 162. Grammat. deciſ. 96.* tamen eſt adeo pri[illegible]ta, ut o[illegible]ta ſententia contra hæredem poteſt fieri exequutio etiam ſuper feudo per ipſum alienato, v[illegible]tionem revocare [illegible]a tradita per *Andr. in d. Con[illegible]. in aliquibus*, idem *Capan. q. 5. nu.* [illegible] & pl[illegible] *n. 40.* ubi dixit pluries per S.C. judicatum, quod mulier pro paragio ſit præferenda creditoribus fratris, etiam expreſſam hypothecam habentibus ſuper feudo cum Regio aſſenſu, de qua re per *Viviã deciſ. 285. num. 8.* quem ſequitur *Thor. in compend. deciſ. Regni p. 1. verſ. Creditores hypothecarii* idem *Reg. Capyc. Latro in conſult. 132. num. 53.* & pro paragio competit dicta actio in rem ſcripta ſuper feudis, quamvis nullus Principis aſſenſus interveniat, nám aſſenſus habetur ab ipſa [illegible] lege, quia iſta obligatio, quæ deſcendit á lege *cap. 1. §. & ſi libellum de alien. feud. pater.* ut receptum eſſe in Regno teſtatur *And. in conſtit. Regni in aliquibus verſ. & ſi dicamus*, & in *c. 1. num. 6. de inveſtit. de re alien. fact. Reg. de Ponte deciſ. 4. num. 29. Amat. conſ. 42. Reg. Tapp. deciſ. 48. Conſil. Theodor. allegat. 7. Conſil. Roc. reſp. 5. n. 4.*

Verum *Camill. de Curte in diverſ. feudali. cap. 2. num. 65.* ait, quod in taxatione parag[illegible]rori debiti ante omnia deducuntur onera *argum. eorum*, quę dicuntur in *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inofficioſ. teſt.* non tamẽ permittitur fratri, ut onus ſervitii ad quod tenetur

R Do-

Domino ſuo deducat in damnum ilius, cui paragium debetur, ut tradit *Petr. de Gregorio in ſuo tract. de conceſſ. feudi in 8.p.in 2.quæſt.* & quia ad noſtram notitiam pervenerunt decreta S.R.C.interpoſita ſuper liquidatione paragii D. Conſtantiæ de Tufo, viſum eſt hic ſubnectere decreta prædicta deſumpta à proceſſu S. R. C. D. Conſtantiæ de lo Tufo, cum Ill.Marchione Lavelli, & ab inſtrumento Capitulorum matrimonialium dictæ D.Conſtantiæ, cum D. Hieronymo de Tufo filio Fabritii de Tufo ſub die 3.Novembris 1593. manu Notarii Ioannis Vincentii Alfani de Neapoli,in proceſſu D.Innici,& D.Aemilii de Tufo ſuper vita, & militia cum dicto Ill.Marchione Lavelli Commiſs. Regius Conſiliarius Marcellus Marcianus,fol.62.& 165. ater. In Banca Terracciani,ſivè Scacciaventi,nunc Magnifici Franciſci Laviani.

Die 6.Menſis Maii 1592.Neapoli in cauſa Mag. D.Conſtantiæ de Tufo cum Ill.Marchione Lavelli.

Per S.R.C.proviſum eſt, quod liquidetur, prout præſenti decreto liquidatur paragium D. Conſtantiæ de Tufo in ducatis duodecim mille, ad quos ducatos duodecim mille præſenti diffinitivo decreto condemnatur Ill. Marchio Lavelli, ſolvendos in infraſcriptis tandis, ſcilicet tempore nuptiarũ ducatos ſexmille; reliquos verò in tribus annis quolibet anno duc. duos mille convertendos in emptionem pro ſecuritate dotium dictæ D. Conſtantiæ cum conſenſu dicti Ill.Marchionis, vel data notitia S.Conſ.& fiant cautelæ ſolitæ, & conſuetæ, ſervata forma conſuetudinis Neapolitanæ, cum renunciationibus more Nobilium plateæ hujus Civitatis, & debeat dicta D. Conſtantia renunciare in beneficium dicti Ill. Marchionis omnia jura ſibi competentia, tam ex teſtamento,quam ab inteſtato, & acquirenda ab inteſtato tantum cum obligatione futuri viri de reficiendo de proprio in caſu contraventionis, & reſtitutio promittatur in caſu diſſoluti matrimonii dictæ D.Conſtantiæ,& ſuis filiis,& in ipſorum defectu dicto Illuſtri Marchioni, hoc ſuum, Marcellus Marcianus,Anibal Cæſarius,Terraccianus.

Et à proceſſu Catharinæ Caracciolo, cum Ill. Marchione Lavelli, facto verbo de prędictis in S.R.C.per V.I.D. Carolum Fænicem Regium Conſiliarium, & cauſę Commiſſarium,fol.37. in dicta Banca Terracciani juxtà ſupplicationem D.Catherinę Caracciolo matris, fol. 152. petentibus filiis D. Conſtantiæ, & D.Catherinæ taxari paragium.

OBSERVATIO LXX.

SUMMARIUM.

1 *Pater inſipiens eſt, ſi bona ſua in vita donaverit, & quare.*

1 PAter qui donat bona ſua in vita inſipiens eſt,& facit contra doctrinam *Eccleſiaſt.cap.33.num.19. ibi:* Audite me Magnates, & omnes populi, & Rectores Eccleſiæ auribus percipite filio, & mulieri, fratribus, & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua, & non dederis aliis poſſeſſionem tuam, nè fortè peniteat te, & depreceris pro illis, dum adhuc ſuperas, non immutabit te omnis caro,melius eſt enim, ut filii te rogent, quàm tu reſpicere in manibus filiorum tuorum, & ad hoc propoſitum videndi ſunt *Gizzar.in deciſ.* 22. & *de Franch. dec.*205.

OBSERVATIO LXXI.

SUMMARIUM.

1 *Pater tenetur alere filium legitimatum per ſubſequens matrimonium, ſivè per reſcriptum Principis, vel oblationem Curiæ.*

2 *Filii legitimati nihil differunt à legitimis præſertim quò ad ſucceſſionem, & alimenta.*

3 *Filii naturales legitimati, debent hæredes inſtitui, ſicut legitimi, & poſſunt dicere teſtamentum nullum, & inofficioſum, & illud rumpere, ac ſi forent legitimi.*

4 Fi-

4 *Filii legitimati conſequi debent alimẽta ſicut legitimi, ſicut eiſdem debetur legitima.*

1 PAter filium naturalem legitimatum
alere devinctus eſt, ſivè legitimatus
ſit per ſubſequens matrimonium, ſivè
per reſcriptum Principis, vel oblationẽ
Curiæ, ſecundum *Trentacinq. 1. reſol.*
de alimentis 2.num.3. poſt *Alexand.vol.*
2 *1.conſ. 2.* nàm ſi omnes nihil differunt à
legitimis novella *quibus modis naturales
efficiantur ſui 74. cap. ſit igitur 2.* nihil
à legitimis differentes, pręſertim quo
ad ſucceſſionem, & alimenta, *Trenta-*
3 *cinq.d.loco*, undè debent hæredes inſti-
tui, ſicut legitimi *Iaſ. in auth. noviſſima*
nu.14. C. de inofficioſo teſtamento, *Pariſ.*
conſ.7.nu.3. vol.2.Ceſal.conſ.276.n.5.&
poſſunt dicere teſtamentum nullum, &
inofficioſum, & illud rumpere æquè, ac
ſi forent legitimi, *Pariſ.d.conſ.7.num.2.*
4 *Roman. conſ.34.* ſi ergò in cęteris legiti-
matus tractandus eſt inſtar legitimi, &
habetur pro legitimo, quare non eodem
modo conſequetur alimẽta, ſicut legiti-
mus; pręterea iis alimẽta debentur, qui-
bus debetur legitima, ſed filio legitima-
to relinquenda eſt legitima ſecundum
Bald.in cap.de cauſis n. 34. de offic.deleg
Iaſon.conſ.154.antepen.col.num.2.Pariſ.
conſ.7.num.3. Alex.conſ.139.nu.2.verſ.
3.concludo vol.1. Alciat.conſ.290.nu.5.
Surd.in tit.de alimentis tit.1.q.8. eandẽ
concluſionem ſupra adductam firmat
Surd.in tract.de aliment.tit.1.quæſt.111.
num.9.

OBSERVATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia liberata cum cautione ſemper dicitur extare.*

2 *Pecunia liberata abſque cautione, ſed cum clauſula: citra præjudicium jurium partium videtur extare.*

3 *Clauſula citra præjudicium omnium jurium reddit actum conditionalem.*

4 *Pecunia liberata cum clauſula: ſalvis juribus dicitur extare.*

5 *Clauſula: ſalvo jure tertii facit reſcriptum conditionale.*

6 *Conditio nihil ponit in eſſe.*

1 PEcunia liberata cum cautione, ſem-
per dicitur extare ad *l.1. & 2.C. de*
uſufructu, earum rerum, quæ uſu conſu-
muntur, eſt *text. in l.Procuratoris, §.fin.*
ff.de tribut.action. quem ad hoc allegat
*Paul.de Caſtro in conſ.289.*aliàs 285.*vol.*
1. Imò pecunia liberara abſque cautio-
2 ne, ſed cum clauſula citra præiudicium
jurium partium operatur, ut etiam in
modico quis non lędatur, & pecunia vi-
detur extare, ut per *Bertaz.in cap.1.4.*
col.verſ.adde tamen, & num. 32. de re-
ſcriptis, quem ſequitur *Præſ.de Franch.*
3 *in deciſ.125.num.9.Seſe deciſ.206.nu.7*
& tuetur illęſum jus quod quis habet,
Cald.de emptione cap.26.num.28. cum
aliis per *Barboſ.de dictionibus clauſula*
83.num.2.Conſil.Staiban.jun.reſol.71.n.
4 *32.lib.1.* & talis clauſula, eſt talis præ-
rogativę omnium jurium, ut reddat actũ
conditionalem, & quidquid geritur, &
operatur, ut quatenus inferatur pręjudi-
cium perindè ſit, ac ſi actus non fuiſſet
geſtus, ut tradit *Gratianus diſcept.forẽſ.*
cap.980.num.7.ex l.teſtamento, ff.de ma-
num.teſtam.Puteus deciſ.31 num.1.lib.2.
*cum aliis relat.*per *Coſtam de clauſul.cap.*
5 158. & ſic etiam ſi pecunia liberatur cũ
clauſula: ſalvis juribus, de *Franch. de-*
ciſ.75. Napodan. in conſuetud. quarta
autem in *verbo fructus, Ioſeph.Ludovic.*
in deciſ.45.col.penult.verſ.ultimo nu.20.
fol.71. ratio eſt, quia clauſula, ſalvo ju-
6 re tertii, facit reſcriptum conditionale,
*Marta voto 284.num.5.*eo magis, quia
verba abſoluta important conditionem
in *l.à teſtatore, ff.de condition. & demon-*
ſtrat.& conditio nihil ponit in eſſe vulg.
juribus.

OBSERVATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia in dubio ſolventis eſſe præſumitur.*

1 *Solutio facta à tertio nomine debitoris, cenſetur facta de pecunia ipſius debitoris.*

1 PEcunia in dubio præſumitur ſolven-
tis eſſe *Bart.in l.2.C.pro ſocio*, *Ro-*

man.conſ.3.& 273. Tiraquell. in 2. retract.in fine num.88.Bald.conſ.137.in 5. in l.fin.C.de pignor. Bart.in l.ſi Patruus num.4.C.comm. utriuſque judicii, Socin. jun.conſ.24.num.2.in 2. Seraphin. deciſ. Rotæ 646.num.2.Paleot.in noviſſimis lib. 3. 3.p.deciſ.616.num.3. Boer. deciſ. 23. Riminald. in princ. de donat. nu. 504. &
2 ampliatur etiam ſi ſit facta nomine debitoris per manus alicujus, adhuc cenſetur facta de pecuniis debitoris, *Bart. conſ.582.lib.2.Aym.conſ.129. num.4.* tenuit Rota in una Romana expeditionis Bullarum ſub Mollino in anno 1600. & in alia Anconitana cenſus in eodem anno ſub *Seraphino deciſ.* 1378.*& 646.nu.* 1. facit *l.ſi ventri,§.ultimo, ff.de privil. creditor.Tiraquell.in ultimo retract.in fine n.87.Roman.conſ.3. Cardinal.conſil. 140.Abb.cõſ.46.in 3.dub. in pri.Alexãd. conſ.77.col.2.verb. tamen in propoſito in 2. Barbat.conſ.22.col.1.in pr. Dec. conſ. 348.col.2.Bertaz.clauſ.34. gloſ.3. Aym. conſ.129.*

OBSERVATIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Contractus reſciſſione pendente tertiæ ſunt ſolvendæ.*
2 *Contractus reſciſſione pendente, tenetur debitor ſolvere annuos introitus venditos.*

1 PEndente reſciſſione contractus tertiæ ſunt ſolvendę, *Præſes de Frãch. in deciſ.*373.allegans *cap.laudabilem,*ut lite pendente,& notatur per *Petr. Rebuff.in conſtit.Franciæ tom. 2. tit. de reſciſſ.contractus gl. 4. art. unico n.7.verſ. notandum tamen*, & per *Melchiorrem Palaez de majoratu 1.p.q.44. num.4.* nã donec reſcindatur contractus venditor tenetur ſervare promiſſa, & ſic ſolvere annuos introitus vẽditos, quamvis poſt reſciſſionem contractus cenſeantur etiã omnia pacta executiva, & clauſulæ, ut acceſſoriæ reſciſſæ; ad notata in *gloſ. in l.3.verſ.Faviana, ff. ſi quid in fraudem Patroni.*

OBSERVATIO LXXV

SVMMARIVM.

1 *Pax quos effectus producat*

1 PAx enim multa bona affert, diſcordias removet, & tranquillam quietem inducit, ſtatum perſonarum, ac divitiarum augumentat, honeſtatem affert divitias pręparat Dei, & Regum gratiam tribuit, ſupplicia uniuſcujuſq; excludit, avaritiam cujuſcumque repellit, honorem honoratis adjungit, nondum Honoratis pręparat, Deo ad ſerviendum animum cujuſque incitat, fructum affectat expoſtulatum, vel affectatum facit acquirere, ſeù nanciſci *argum.C.de Caducis toll.l.unica in princ. l. in nomine in princ. de officio Præfecti prætorii Afric. cum aliis juribus adductis* per *Bald. in tract.de feud. in tit. de pace Conſtantiæ, §. hæc ſunt nomina num.3.cũ ſequentibus.*

OBSERVATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Periculum rei regulariter pertinet ad Dominum.*
2 *Dotalis rei periculum ad quem ſpectat?*
3 *Rei æſtimatæ in dotem datæ periculum ſpectat ad virum.*
4 *Rei inæſtimatæ in dotem datæ meliorationes, & deteriorationes, mulieri ſiunt.*
5 *Rei æſtimatæ,& traditæ periculum ſpectat ad eum cui traditur.*
6 *Periculum,quando ſpectat ad emptorem, vel venditorem?*
7 *Periculum proveniens à caſu fortuito nõ pertinet ad fidejuſſorem.*
8 *Damnum caſus fortuiti pertinet ad Dominum.*
9 *Pignoris damnum ſpectat ad creditorem,niſi repoſitum in loco conſueto.*
10 *Periculum rei venditæ, quæ conſiſtit in menſura,ſpectat ad venditorem ante mẽſuram,poſt mẽſurã verò ad emptor.*

Peri-

1 PEriculum rei regulariter pertinet ad
Dominum, quando res perit tota,
Corn.conſ.318.num.1. vol.4. item dato-
ris periculum eſt, non autem accepto-
2 ris *Bertran.conſ.104.num.5. vol.3.* & ſi
res dotata fuerit data ęſtimata perit
periculo mariti, ſi vero non fuerit ę-
ſtimata, perit periculo uxoris, *Bald.in
l.ſi inter, C.de jure dotium, l.æſtimata, l.*
3 *ſi æſtimatis, ff.ſolut. matrim.* Nám rei
ęſtimatę in dotem datę periculum ſpe-
4 ctat ad virum, quoties igitur res in ęſti-
matę in dotem dantur, & meliores, &
deteriores mulieri fiunt, & ſi prædiis in
æſtimatis aliquid acceſſerit, hoc ad cō-
pendium mulieris pertinet, ſi aliquid
deceſſerit, mulieris damnum eſt, & ſi
ante matrimonium ęſtimatę res dota-
les ſunt, hęc ęſtimatio quaſi ſub condi-
tione eſt, namque hanc habet, ſi ma-
trimonium erit ſequutum, ſequentibus
igitur nuptiis ęſtimatio rerum perfici-
tur, & fit vera venditio, ad *l. plerumq;*
5 *ff. de iure dotium cum concord.* & Res
æſtimata, & tradita facit ſpectare pe-
riculum ad eū, cui traditur *Bar.in l.un.
§.1.ff.de æſtimat.act.l.ſi ut certo, §. nunc
videndum, ff.commodati, l.quaro, ff.lo-
cati, Bart.in l.cum fundus, ff.eod.*& pro-
cedit in dubio, quo caſu ſi res trada-
6 tur ęſtimata periculum ſpectat ad acci-
pientem rem, cum etiam actio faciat
emptionem, & poſt ęſtimationem rei
factam, & perfectam venditionem pe-
riculum ſpectat ad emptorem, ante ve-
ro venditionem factam periculum eſt
venditoris *Bald.conſ.393.vol.4.in princ.
cum l.exceptione, ff.de fideiuſſor. Ancar.
conſ.151.num.2. §.cum autem,* ubi *DD.
inſtit.de empt.& vend.Alex.conſ.107.n.
4.col.3.Angel.in l.cum inter num.1. C.de
peric.& com.rei vend.Abb.in cap. 1.de
commodato, Salicet. in l. quod ſæpè n. 4.
ff.de contr.empt.l.neceſſariæ nu.1.ff.de
peric.& commod. rei venditæ l. cum ſpe-
7 ciem, C.eodem tit.* Periculum à fortuito
caſu proveniens ad fidejuſſorem non
pertinet *DD.in l.exceptione, §.culpa tua,
ff.de fidejuſ.Bald.in l.ſi propterea, C.mā-
dati, l.ſi quis prohibuit, ff.de publ. l ſi pro-
curatorem, §.ignorantes, ff.mandati,* &
8 periculum, & damnum caſus fortuiti
pertinet ad dominum, *Angel. in l.licet
num.2.C.de locato,& cond.l.excepto n.2.
C.eodem Bertr.in conſ.143.num.4. col.3.*
& ſit remiſſio penſionis pro rata damni
9 paſſi *Boſſ.de remiſ.mercedis num. 87.* &
pignoris damnum pertinet ad creditorē
*l.quæ fortuitis, C.de pignor. action. gloſ.
Bart.* & communiter *DD.in l.periculum,
ff.de pignor.Neguſant.in tract. de pigno-
rib.1.membro 6.partis num.18.* limitatur
tamen dicta regula ſi pignus repoſitum
in loco, in quo pignora publicè con-
ſueverunt reponi non perit periculo
creditoris, nec debitor propterea li-
beratur ad *l.pignus, C.de pignor. action.*
& quemadmodum poſt perfectam ven-
ditionem periculum ſpectat ad empto-
rem, itá periculum rei venditæ, quæ
conſiſtit in menſura ſub conditione,
quod menſuretur, ſpectat ad vendito-
10 rem, ante menſuram, poſt vero ad ēp-
torem, itá de communi teſtatur *Curt.
jun.conſ.74.n.27.Afflict. dec.399.Bald.
in l.2.C.de pericul.& commod.rei vēditæ.*
Inſuper notādum eſt, quod ſolita dam-
na ſpectant ad colonum; inſolita vero
pertinent ad Dominum *l.ex conducto, §.
ſed & credo, ff.locati.*

OBSERVATIO LXXVII

SVMMARIVM.

1 *Petitio intereſſe, & fructuum principa-
liter, vel acceſſorie quid differunt in-
ter ſe?*
2 *Sententia certam quantitatem contine-
re debet, alias erit invalida.*
3 *Petitio rei cum damnis, & intereſſe
paſſis, examinatio, & liquidatio po-
teſt in ſententia reſervari, quod gene-
raliter procedit in acceſſoriis n. 4.*

1 PEtere intereſſe, & fructus principa-
liter, & petere acceſſoriè, valdè
inter ſe differre ajunt DD. nàm quan-
do intereſſe petitur principaliter debet
lite pendente liquidari, adeo quod ſē-
2 tentia certam quantitatem continere
debet, quia ſi certa quantitas non con-
tineatur, ſed ſolum ad intereſſe ſit con-
dendatoria erit invalida; *gloſ.in §.cura-*

re in

re in verbo pecuniæ vel rei inſtit.de actio.
per illum *tex.* & per *l.1.C.de ſenten.quæ
pro eo , gloſ.in l.certi conditio , verbo ex
certo, ff.ſi certum pet.* nám quamvis in
libello in quo petitur intereſſe , non ſit
neceſſe exprimere certam quantitatem
l.3.C.de inutil.ſtipul. ſentit *gloſ. in d. l.
certi conditio , Bart.in l. ſtipulationes non
dividuntur in 10. q. ff.de verb.obligat.*
tamen ſententia debet eſſe certa , *Bart.
in l.2.C. de ſenten. quæ ſine certa quan-
titate Ruinus conſ.29.1.dub. lib. 5. Spe-
cul.in tit. de fruct. & intereſſe,§. final.
verb.ſed qualiter num.9.lib.2. partic. 3.*
3 Secus tamen ſi peteretur res cum dam-
nis,& intereſſe ſupportatis, & ſic acceſ-
ſorie , quia tunc examinatio , & liqui-
datio intereſſe poteſt poſt ſententiam
reſervari, *Io:Faber.in §. curare col. pen.
verſ.ſatis ergo num.17. in tit. de action.
per cap.inter dilectos de donat.cap.ex in-
ſinuatione de procur. l. cum propria in fi-
ne,C.ſi quis alteri,vel ſibi , Platea in d.§.*
4 *curare,*& ex iſtis procedit generaliter in
acceſſoriis , quod ubi deciſum eſt con-
ſtat , vel minus plene conſtat, poteſt e-
xaminatio,vel probatio differri poſt ſē-
tentiam , *Bart.& Bald.in l.terminato,C.
de fructu, & lit. expenſis , Imol. & An-
gel.in l.ſi homo , ff.de re judic. Alex.in l.
maritus,§.fin.ff.ſolut.matrim. & in l. in
ſumma, ff.de re judic. Natta conſ. 569.
num.12.*

OBSERVATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an poſſit declarare ſuper con-
tractibus præcedentibus depoſito offi-
tio?*
2 *Inveſtitura facta per Prælatum per me-
tum eſt ipſo jure nulla.*

1 PRælatus depoſito officio aliquid de-
clarare ſuper præcedentibus con-
tractibus non poteſt, ut extra de *verb.
ſignif. ex parte in novella, Bald.in tract.
de feudis in tit.qui ſucceſſ.teneantur da-
re num.10.*
2 Prælatus ſi aliquem per metum in-
veſtivit , ipſo jure inveſtitura non valet,
quia ad id mandatum non habet, nec
poteſt illud obſervare ſine interitu ſa-
lutis æternæ , & quod dicitur voluntas
coacta , eſt verum in rebus propriis, ſe-
cus in adminiſtratoribus *l.1.§.1. ff. de
adminiſtr. tutorum, Bald. in tit. de con-
troverſ.inveſtituræ num. 8.*

OBSERVATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Practica quid ſit?*
2 *Interpretatio vera à practica ſumitur.*
3 *Vſus , & ars docuit quod ſapit omnis
homo.*
4 *Practica ad juris, & juſtitiæ regimen
eſt neceſſaria.*

1 PRactica magnam affert utilitatem,cū
videatur rerum magiſtra, ut in *cap.
quam ſit de electione in 6.* Et uſus red-
dit promptum artificium , & cuilibet
artificio præbet experientia nutrimen-
tum, ut in *l.legatis , §.ornatricibus, ff.de
legatis 3.& in cap.fraternitatis de fri-
gid.& maleficiat.*
2 Et vera interpretatio à practica ſu-
mitur ſecundum *Bald.in cap.1.in princ.
de feudo ſine culpa non amittendo in
uſibus feudorum* ; & ideò à practica non
eſt recedendum dixit *Decius in conſ.11.
incip.quoniam in 7.col.* & præcipuam
practicæ commendationem,quod theo-
rica acquiſita non negligenda deducit ,
*Hyppol.de Marſil.in pract.ſua crimin. §.
principium à num. 1. uſque ad 5. ſpecul.
in tit.de libello concept.num.3.* ubi uſus ,
3 & ars docuit , quod ſapit omnis homo,
& etiam ad juris,& juſtitiæ regimen ne-
ceſſaria ſit practica , & experientia ,
4 ubi ſpeculator voluit , refert de praxi ,
& theorica bona *Arius Pinell.in cap. 4.
2.p.§.2.C.de reſcind.vendit.n.2.*

OBSERVATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio , ut locum habeat , quæ re-
quirantur?*
2 *Iuriſdictio , ut præſcribatur , quæ ſunt
conſideranda?*

3 Præ-

3 *Præſcriptio quibus modis, & ex quibus cauſis interrumpitur.*

4 *Præſcriptione interrupta, non ceſſat interruptio, licèt inſtantia deſeratur.*

5 *Cauſæ per præſcriptionem rarò, aut nunquam terminantur.*

6 *In dubio judicandum eſt contra præſcriptionem allegantem, cùm præſcriptio ſit præſidium iniquiſſimum.*

7 *Tempus non eſt modus tollendæ, vel introducendæ obligationis.*

8 *Qui ſe fundat in tempore videtur in circumventione ſe fundare, cum præſcriptio ſit contrà jus naturale.*

9 *Tempus guerræ, vel hoſtilitatis à præſcriptione ſubducitur.*

10 *Præſcriptio dormit tempore magnæ guerræ.*

11 *Tempus hoſtilitatis exercitus, ſciſmatis, & mortalitatis deducitur.*

12 *Tempus pupillaris ætatis contra quem prætenditur præſcriptum ſubducitur.*

13 *Tempus minoris ætatis ex capite reſtitutionis in integrum ſubducitur.*

14 *Ceſſante bello, & peſte, ſubducitur tempus aliquale, donec populus conquieſcat.*

15 *Præſcriptio an locum habeat contra locum venerabilem, vel Civitatem?*

16 *Conteſtatio litis, vel conventio judicialis obſtat præſcriptioni, nè incohetur, licèt capta, & reddit eam litigioſam.*

17 *Præſcriptionem allegans actionis, videtur approbare inſtrumentum.*

1 PRæſcriptio, ut locum habeat decem requiruntur.

1 Requiritur titulus *gloſ. in cap. ſi diligenti de præſcript. l. 1. ff. de public. in rem actione.*

2 Bona fides *cap. vigilanti, & in cap. fin. extra de præſcriptionibus.*

3 Poſſeſſio *l. ſine poſſeſſione, ff. de uſucap. cap. ſine poſſeſſione de regul. juris in 6.*

4 Requiritur continuata poſſesſio.

5 Requiritur traditio *l. traditionibus, C. de pactis*, vel quaſi traditio, quæ præſumitur per ſcientiam, & patientiam, *l. minus inſtructus, Cod. de acqui. poſſeſſ.*

6 Quod poſſeſſio non ſit interrupta naturaliter, vel civiliter *cap. illud de præſcript.*

7 Volunt jura, quod res ſit uſucapibilis, vel præſcriptibilis.

8 Requiritur, quod perſona ſit habilis, quæ vult præſcribere.

9 Quod perſona ejus contra quã præſcribitur ſit habilis ad præſcribendum.

10 Quod poſſidens poſſideat pro ſuo, & animo acquirendi dominium, aliàs non uſucapiet, *l. ſi puerum, C. in quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcrip. l. malè agitur, C. de præſcript. 30. ann.* & hæc requiſita maximè titulus, & bona fides ſunt diligenter conſiderãda, aliàs enim præſcriptio diceretur præſidium impiũ, ut in *Auth. ut Eccleſia Romana circa medium*; Imò etiam diceretur præſidium iniquiſſimum *Angel. in l. qui æquitate ff. de doli except.* & ideò illam reſtringendam refert *Hyppol. de Marſil. in ſin-*
2 *gul. ſuo 370. incip. uſucapio.* ubi *num. 4.* ait, & teneas menti ex iſtis, quod ſi alicui eſt commiſſa cauſa ſecundum veritatem, & æquitatem, quod non debebit talis Commiſſarius ferre ſententiã pro utẽte præſidio uſucapionis, vel præſcriptionis, quia naturali æquitati repugnat, ità multum ſingulariter dixit *Angel. in l. 1. ff. de negot. geſtis* et in *l. ſequitur in §. ſi viam. ff. de uſucap.* quem refert, & ſequitur *Iaſ. in repet. l. ſi is qui pro empt. in 25. col. ff. de uſucapion.* & in
2 præſcribenda juriſdictione tria ſunt neceſſariò conſideranda, ideſt patientia, & ſciẽtia ſuperioris contrà quẽ præſcribitur. Secundo actus præſcribentis. Tertiò, conſideratur factum obedientis, & ejus patientia, docuit *Alex. de Imola in conſ. 16. col. 7. verſic. prædictis vol. 5. de ſcientia Principis, Decianus in conſ. 124. vol. 3. n. 48.*

3 Præſcriptio etiam interrumpitur per citationem, ſi citatio emanavit coram Iudice competenti, & ſuper re præſcriptibili in judicio deducta, aliàs ſecus *Oldrad. conſ. 254. verſ. 4. oppono num. 16. Angel. Aretin. conſ. 68. Lancell. num. 12. & ſeq. verbo quarto etiam*; imò etiam ſi citatio, & libellus ſit nullus, ſi conſtituit in mala fide citatum, vel reum interrumpitur *Felin. in cap. illud num. 6. & 7. de præſcript.* non propter actum, ſed propter malam fidem *Card. Tuſc. lit. P.*

con-

Concl. 186.*num.*15. & 16. & quod ſo-
la citatio ſufficiat *Crot.conſ.*71.*num.*23.
quod etiam pręſcriptio ſtatutaria inter-
rumpitur per citationem legitimam cõ-
tra citatum, ſecus contra alium *Bald.
conſ.*185.*ſuper* 1. *num.* 6. *verſ. ſuper* 5.
*lib.*3.

4 Et præſcriptione interrupta, non ceſ-
ſat interruptio, licet inſtantia deſeratur
*Cuman.conſ.*93. viſo ſupradicto caſu cir-
ca medium, *verſ. & quamvis expiraſ-
ſet, Vrſill. ad Afflict. deciſ.*13. *num.* 9. &
*deciſ.*329. *in fine ait, rarò*, aut numquã
5 cauſas per præſcriptionem terminari,
cum difficile ſit concurrere illa tria re-
quiſita, ſequitur *Reg. de Ponte conſ.* 48.
6 *num.*2.*lib.*1. & in dubio ſemper judicã-
dum eſt contra pręſcriptionem allegã-
tem, cum ſit iniquiſſimum præſidium
7 *Petra de fideicommiſſis q.*14. *num.* 231.
tempus namque modus non eſt tollen-
dæ, vel inducendę obligationis *l. obli-
gationum fere*, ubi *gloſ. ff. de action. &
oblig.* ideoque *Andr. in cap. Sancimus
qui temp. miles col.*1. ait eum qui ſe fũ-
8 dat in tempore videri in circumventio-
ne ſe fũdare, ex eo quia omnis præſcrip-
tio eſt contra jus naturale, naturalemq;
æquitatem *Bald. in l. Ancilla num.* 11.*C.
de furtis, Caſſan. in conſuetud. Burgund.
rubr.*13. §.8.*nu.*7.*ſol.*1740. *Reg. Mer-
lin. controverſ. lib.*2.*cap.*63.*n.*5.

9 Tempus guerrę, vel hoſtilitatis à
pręſcriptione ſubducitur, ſi tutus non
erat acceſſus *Abb.conſ.*101.*num.*8.*lib.*1.
*Ancar.conſ.*443. quod eſt infra *num.*14.
10 ubi, quod dormit pręſcriptio tempo-
re magnę guerrę, *Alex. conſ.* 81. *revo-
catur num.* 7. *lib.* 5. ubi quod tempus
11 hoſtilitatis exercitus, ſcilmatis, &
mortalitatis deducitur: ſubducitur tẽ-
12 pus pupillaris ętatis, contra quos prę‑
tenditur pręſcriptum, quia contra pu-
pillum non currit pręſcriptio ipſo jure,
*Bald.conſ.*62.*punctus talis eſt in princip.
lib.*5.*Caſtr.conſ.*185. notandum eſt *verſ.*
2.*l.* [illegible] *lib.*2.

13 Subducitur etiam tempus minoris
ætatis ex capite reſtitutionis in inte-
grum.

14 [illegible] neceſſario bello, &
peſte ſubducitur tempus aliquando,
donec Populus conquieſcat *Bald. conſ.*
358. *verſ.* 3. *quæritur.* ubi præſcriptio
15 contra privatum haberet locum decem,
viginti, vel triginta annorum, gaudet
Eccleſia ſpatio quadraginta annorum,
ſublato centum annorum ſpatio, quod
ſoli Eccleſię Romanę reſervatur in pri-
vilegium ad *l. quas actiones, Cod. de Sa-
croſanct. Eccleſ.* ut in *auth. de Eccleſ. tit.
§. pro temporalibus, & C. de Sacroſanct.
Eccleſ. l. ut inter.*

16 Ex poſt facto quoque licèt iam ſit
cępta ab initio nè incoheetur huic pręſ-
criptioni obeſt litis conteſtatio, vel
conventio iudicialis, quæ rẽ litigioſam
facit, *l. cum notiſſimi, C. de* 30. *annorum
præſcript. & l. ſępè, & de annali excep-
tione l.*1.

17 Pręſcriptionem allegans actionis,
non dicit aliquid contra inſtrumentum,
vel eius vigorem immo approbat in-
ſtrumentum cum dicat actionem natam,
quę non poteſt eſſe nata, niſi inſtrumen-
tum eſſet verum, & efficax in vigore
ſuo; dicit tamen ipſam actionem iam
natam ex inſtrumento vigorem haben-
te tempore ſoluti matrimonii, quę actio
non pręſcribitur: nõ exigit probare ali-
quid contra inſtrumentum, ſed contra
negligentem, et ſic inſtrumentum ap-
probatur, et eius vigor ſcilicet actionẽ
eſſe natã, ſed allegatur pręſcripta ex ne
gligentia non petentis; illud enim
pręſcribitur, ſeù perditur, quod eſt, *ar-
gum. l. nam, & ſi verſ. poſt defectum, ff. de
injuſto teſtamento*, ut per *Napodan. in
gloſ. in conſuetud. contra inſtrumentum
de jure quartæ.*

OBSERVATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Pretium regulariter non ſuccedit loco
res.*
2 *Pretium perventum ex re feudali non
eſt feudale, ſed allodiale, & burgen-
ſaticum.*
3 *Feudi venditio ad inſtantiam credito-
rum cum aſſenſu quomodo fit ex ſtilo
S.R.C.*
4 *Patrimonium feudale, & patrimonium
allo-*

allodiale poſſunt eſſe penes eundem debitorem.

5 *Creditores patrimonii feudalis ſequuntur feudale, & è contrà.*

6 *Circuitus inutilis eſt evitandus.*

7 *Pecunia perventa ex vēditione rei feudalis ſubhaſta eſt liberanda creditoribus cum aſſenſu.*

8 *Pecunia perventa ex feudo per venditorem redempto, vigore pacti de retrovendendo, eſt liberanda creditoribus anterioribus, abſque aſſenſu.*

9 *Pecunia reſtituta, vigore pacti in priſtinam reddit cauſam, & ad tempus celebrati contractus retrotrahitur.*

10 *Pecunia hæc reſtituta cenſetur ſemper in bonis debitoris fuiſſe, & ſic potius reddita, quàm de novo translata.*

11 *Pecunia recuperata, vigore pacti præcedentis cenſetur eſſe ejuſdem qualitatis burgenſaticæ, prout erat antè venditionem.*

12 *Pecunia, quæ remanet dimiſſis creditoribus cum aſſenſu retinet ſuam burgenſaticam qualitatem, & debetur aliis creditoribus ſine aſſenſu, quibus ſunt obligata bona debitoris.*

13 *Dominium rerum vēditarum cum pacto de retrovendendo ſuſpenſivè transfertur, ideoque reſoluto contractu redit ad ſua principia attractiva.*

14 *Contractu reſoluto non habente perpetuam cauſam, ſed ſuſpenſivam, dominium primum reviviſcit, tanquam à ſomno, non tamquam à morte.*

15 *Pretium ex feudo perventum, an ſit feudale, vel burgenſaticum?*

1 PRetium regulariter non ſuccedit loco rei, *l. cum in fundo, §. ſi fundus. ff. de jure dotium, l. ſi non ſortem, §. ſi centum, §. idem Marcellus. ff. de conditio. in-*
2 *debit.* & idem pretium perventum ex re feudali, non eſt feudale, ſed allodiale, & burgenſaticum, *Andr. in cap. 1. §. & plauſtrorū in fine, quæ ſint regalia, cap. ſi verò*, ubi *Andr.* ſi de feudo fuerit controverſia, *DD in cap. 1. de feudo nō hab. prop. feud. nat. Afflict. in conſtit. Bajuli locorum in 3. notab. d. m. gloſ. Pariſ. in §. 30. in 43. q. num. 161. verſi. ſed quid poſt notam*; Nec obſtat, quod de ſtilo
3 S.R.C. vendito feudo ſubhaſta, inſtantibus creditoribus cum aſſenſu de pretio ſatisfit creditoribus juxtà cujuſque anterioritatem cum aſſenſu excluſis anterioribus creditoribus ſine aſſenſu, poſtquàm illud pretium redigitur ex re feudali obligata creditoribus habentibus aſſenſum, ad quorum tamen inſtātiam vendi poteſt, & ſuper quibus adſunt jura crediti eorundem, quæ jura, & hypothecæ cum aſſenſu non extinguūtur per venditionem prædictam, niſi facta ſolutione, nàm aliis creditoribus ſine aſſenſu nullum jus ſuper feudo cōpetit, quibus creditoribus cum aſſenſu ſi non ſatisfieret de dicto pretio, hypothecæ non extinguerētur, et emptores, abſque hoc onere hypothecarum feuda poſſiderent, ad *Franch. deciſ. 64. nu. 1. & 16.* ut in cauſa creditorum Martini Securæ, & poſtea in multis cauſis *Io: Vin-*
4 *centius Anna in ſingul. 2 4.* ium quia cum duo poſſint dari patrimonia penes eundem, nempè militare, & burgenſaticum & ſic feudale, & allodiale, ad *l. ſi certarū §. 1. ff. de militari teſtamento, l. hinc queritur §. pr. ff. de peculio, l. quæro, ff. de ſol.* feudalis patrimonii creditores
5 ſequūtur feudale, & è contra ad *Camill. de Curtis in 1. p. diverſor. feud. in verbo redeundo igitur nu. 21 fol. 25. & in cap. præcedenti incip. In hoc fol. 20. à num. 7. uſque ad 11.* in terminis pretii feudi liberandi creditoribus cum aſſenſu loquens; ſubdens quod ex quo niſi reſolverentur hypothecæ cum aſſenſu cum pretio feudi empti ſubhaſta, emptor poſſet habere recurſum ſuper pecunia,
6 & pretio ſuo ad evitandum iſtum circuitum inutilem, qui de jure evitari debet, ad *l. Dominus, ff. de cond. indebit. l. 1. C. commun. de legatis, l. videamus ff. ſi cui plusquam per l. falc. & l. ſi inſolutum, l. ex legato, C. de legat. l. nè in arbitris in fin. C. de Arbitr.* cum aliis poſt *gloſ. in d. l. Dominus*; Hac de cauſa in omnibus
7 Tribunalibus judicatum fuit, ut pecunia ex venditione rei feudalis ſubhaſta liberetur creditoribus cum aſſenſu, Cæterum ceſſante hac ratione, quod creditores cum aſſenſu non poſſunt habere recurſum ſuper feudo non judica-

rentur potiores, ut in exemplo ſi quis emit feudum cum pacto de retrovendẽdo, & poſt emptionem celebratam cõtrahat debita cum aſſenſu, ſi venditor exercendo pactum redimendi depoſitet pretium, in hoc pretio non erunt an-
8 teriores creditores cum aſſenſu, quia hæc pecunia non poteſt judicari ut feudalis, nàm in ipſa feudum non conſiſtit, nec qui contraxerunt, poſſunt eorum hypothecas exercere, quia illæ per retrovenditionem factam vigore dicti pacti fuerunt reſolutæ, ut in præallegata *deciſ. de Franchis 64. Bart. in l. indicta ff. de aqua pluvia arcenda, in l. ſi ex juribus, §. Marcellus per illum textũ ff. de indiem adiect. Cyn. Alberic. & alii in l. 3. C. ſi antiq. cred. d. m. gl. ſ. Pariſ. §. 41. in 4. q. num. 21. Tir. q. in 2. de retract. §. 3 gloſ. unica verſ. id autem oportunè quæro principaliter num. 9. Cagnol. in l. 2. q. 5. C. de pactis inter empt. & vẽdit. & in l. 2. in 12. q. C de reſcind. vendit.* ubi *Pinell. in 2. p. num. 11. ad l. ſacta, ff. de ædilitio edicto, d. m. gloſ. Pariſ. in*
9 *§. 22. in 9. q.* & ſic pecunia reſtituta, vigore pacti in priſtinam reddit cauſam, & ad tempus celebrati contractus retrotrahitur, *l. 2. §. id quoque, ff. de Collat.*
10 *bonorum*, & pecunia hæc cenſebitur ſẽper in bonis debitoris fuiſſe, ad *l. ſicut, §. ſupervacuum*, ubi *Bart. ff. quibus modis pignor. vel hypotheca ſ luit.* & ſic potius reddita, quam de novo translata, ad *text. l. filio quem pater, ff. de liber. &*
11 *poſthum.* & recuperata vigore pacti præcedentis cenſetur eſſe ejuſdem qualitatis burgenſaticæ, prout erat ante venditionem, *Bart. in l. ſequitur, §. idem labeo ff. de uſucap.* & ſic in ea creditores
12 anteriores tempore præferuntur; Quoniam dimiſſis creditoribus cum aſſenſu pecunia, quæ remanet ſuam retinet burgenſaticam qualitatem, ſolum debetur aliis creditoribus ſine aſſenſu, ex *regula qui prior, ff. qui p tior. in pignor. hab.* quibus eſt obligata per obligationem inſtrumentariam omnium bonorũ præſentium, & futurorum, ad *l. fin. Cod. quæres pignor oblig. vel hyp bec.* Etenim
13 in pacto de retrovendendo domin um rerum venditarum ſuſpenſivè tranſeatur, & ideò reſoluto contractu res reddit ad ſua principia attractiva, verba *Baldi in l. qui ex lege, C. de pactis inter empt.* & idẽ *Bald. in l. unica col.* [illegible] *verb. attende hic, C. quando non pet. par.* quod
14 reſoluto contractu, qui non habet perpetuã cauſam, ſed ſuſpenſivam, dominiũ primũ reſibilat tãquam à sõno, non tamquam à morte; quibus adde num.
15 pretium ex feudo perventum ſit feudale, vel non? vide *Hieronym. Scurf. conſ. 124. prim. vol. inter conſilia feudalia diverſor. Matth. Vſembec. de feud. c. 7. num. 9. Spennig. de condit. in conſ. feud. 18. num. 3. Gaill. de pignor. obſerv. 11. n. 2.* poſt *Scurfium conſ. 11. cent. 1. Affl. in c. 1. §. ſciendum de feudi cognitione n. 8. Aretin. conſ. 14. Iaſ. in l. ſicũ ſervum col. penult. ff. ſi certum pet. Loffred. conſ. 11. num 125. & in cap. 1. quid ſit inveſtitura, Molina de primogen. Hiſpan. 2. p. lib. 4. cap. 4. nu. 28. Georg. alleg. 18. n. 1. Burſatus conſ. 490. n. 9. in primo, Io: Vinc. de Anna dicto ſing. 204. cum additione Fabii de Anna*, ubi firmat regulam, quod pretium rei feudalis non eſt feudale, neque res ex pretio feudi comparatæ feudales ſunt niſi id expreſſum ſit.

OBSERVATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Pretium feudi an conferri debeat, prout fuit emptum, an prout valet tempore mortis, ſi auctus ſit valor, vel diminutus?*
2 *Tempus mortis, vel dotationis an ſit attendendum in taxatione vitæ militiæ, vel paragii? & deciſiones S. C. adducuntur.*

1 PRætium an conferri debeat quo feudum fuit emptum, an prout valet tempore mortis, ſi auctus ſit valor, vel diminutus? & ex ratione *Baldi* videretur ſpectari tempus mortis, cum illud cenſeatur eſſe in valore, quod tunc valet, quando feudatarius decedit, & non contractus, ſed quoad contrahen-

tes conſideratur valor rei tempore con-
tractus, *l. ſi voluntate*, *Cod. de reſcind.*
vendit. quoad defunctum, & hæredes
ejus tempore mortis inſpicitur, quia
illo tempore defertur ſucceſſio univerſi
juris, quod defunctus habebat, *l. hære-*
ditas de regulis juris; videtur oriri in-
ter hæredes quidam quaſi contractus
adeundo hæreditatem, *l. apud Iulianum*
§. fin. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur, *l.*
ex maleficio, *§. hæres quoq; de action. &*
obligation. Frecc. in tract. de ſubfeud. lib.
3. diff. 33. num. 4. & videndus eſt *Soccin.*
conſ. 65. nu. 4. in primo DD. in l. illud, C.
de collat. Loffredus plenè in §. prætereà
Ducatus fol. 63. ubi multa, & reſpondet
Lucæ de Penna in l. 1. C. de impon. lucrat.
2 *deſcript. lib. 10.* Et quid in vita militia,
& paragio, ſeù legitima, an debeat at-
tendi tempus mortis, vel tempus dota-
tionis, per *Minad. in conſtit. in aliquibus*
in 7. notab. num. 13. ubi refert judicatum
in cauſa D. Franciſcæ Siſcar propter
Decis. S.C. fratris moram conſideratum fuiſſe tem-
pus dotationis in appretio ſtatus pa-
terni, non autem mortis, quod atten-
ditur regulariter ad *auth. noviſſima*, *C.*
de inoſſicioſo teſtamento, & in *d. conſtit. in*
princ. num. 32. in feudo novo dari ſecun-
dogenitis partem pretii, attento tem-
pore emptionis, ſivè plus, ſivè minus
valeat tempore mortis; ſicque judica-
tum in cauſa D. Lucretiæ Caracciolæ
Actricis, cum Iuſtiniana de Afflicto cō-
venta ſuper parte feudi Cancellarii, &
feuda Siviglïæ ſub die 15. Iunii 1581.
Commiſs. D. Vincentio Maſtrillo Regio
Conſil. Actuario Scannapieco, *& ſecūdū*
Alia Decis. S.C. *Ann. ſingul. 200.* ſic etiam aliàs judica-
tum; in collectis autem, & tributis ſu-
per mercibus, ſi earum pretium fuerit
auctum, vel diminutum, cujus tempo-
ris, vel pretii debet conſideratio habe-
ri per *Luc. in l. hac conſultiſſima col. 10.*
num. 66. C. quibus muner. lib. 10.

OBSERVATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Præſidentes, & Rationales Regiæ Ca-*
meræ Summariæ, & eorum familia
ſivè agant, ſivè conveniantur, non
habent alium Iudicem, niſi Regiam
Cameram.
3 *Caſtellani diverſos habent Iudices jux-*
tà diverſitatem cauſarum.
3 *Verbum emendare quid importet?*

1 PRæſidentes, & Rationales Reg. Ca-
meræ Summariæ, ſivè agant, ſivè
accuſent, ſivè conveniantur, ſivè accu-
ſentur non habent alium Iudicem, niſi
Regiam Cameram, & etiam eorum fa-
milia, ut patet in eorum antiquis privi-
legiis, & benè notat *Afflict. in Conſtit.*
2 *Regni Caſtellanorum nu. 1. 2. & 3.* quod
ſecus eſſe dicit in Caſtellanis, qui di-
verſos habent Iudices, juxtà diverſita-
tem exceſſuum; nàm ſi conveniantur
pro cauſis civilibus Magiſter Camera-
rius, qui eſt hodie Secretus erit Iudex
competens, ſi verò conveniantur pro
cauſis criminalibus (durante eorum
officio) conveniantur coram Iuſtitiario
3 Provinciæ, & ipſe debet eos emenda-
re; quod verbum emendare non impor-
tat ſententiam abſciſſionis, vel capita-
lis, ſed ſolum correctionem, ut patet in
tit. C. de emendat. ſervorum, *& Cod. de*
emendat. propinquorum; rectè facit *text.*
in cap. teſtimonium, ibi in crimine emen-
datus extra de teſtibus.

OBSERVATIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus dicitur, qui primo vidit*
lucem, & totus ad orbem proceſſit.
2 *Prius, & poſterius in tempore conſiſtit.*
3 *Tempus eſt numerus motus ſecundum*
prius, & poſterius.

1 PRimogenitus idem eſt dicere, quod
primo natus, ideſt qui primò vidit
lucem, & totus ad orbem proceſſit, ad
nullum declinans monſtrum, neque
prodigium, *l. quod certarum, C. de poſt h.*
2 *hæred. inſtituend.* & prius, & poſterius in
tempore conſiſtit, *l. Aretuſa, ff. de ſtatu*
hominum, *l. qui duos in princ. ff. de rebus*
dubiis, & id apparere ex diffinitione

3 temporis, quia tempus eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius, *Bald.in l. cùm antiquioribus nu. 17. Cod. de jure deliberandi.*

OBSERVATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Princeps concedens aliquid alicui inhabili cenſetur ipſum habilitare, & ſecum diſpenſare.*

2 *Scientia Principis ſola ſufficit, ut videatur cum inhabili diſpenſare, licèt non apponat clauſulam: Diſpenſamus.*

3 *Princeps ſciens in capacitatem omne impedimentum ab eo dicitur amoviſſe, nè ejus actus eluſorius fieret.*

4 *Cognitio ponitur, & habetur in opponendo, & replicando.*

5 *Princeps quod facit ex certa ſcientia, non poteſt in dubium reuocari.*

6 *Senatus, & Senatores Mediolani jura Principis habent, & ejus loco conſtituti ſunt, & poſſunt derogare juri communi ſine aliqua ſubrectione.*

7 *Contrahens cum Principe, dicitur habilitatus, licèt ad contrahendū inhabilis ſit.*

1 PRinceps concedens aliquid alicui inhabili, cenſetur ipſum habilitare, & ſecum diſpenſare, *Caſtr.* per illum *text.num.3.& Alex.num.9. in l.quidam*
2 *conſulebant,ff.de re judicata*; ſufficitque ſola ſcientia Principis, ut videatur diſpenſare cum inhabili, licet non apponat clauſulam: diſpenſamus, *Gemin. in cap. ſi eo tempore de re judicata num. 6. Felin.in cap.cum vigeſimum de officio Deleg.num.6. Franc.Marc. deciſ.263.p.1.* & licet in litteris Principis non exprimatur de certa illius ſcientia ſufficit, quod de illa appareat, licet non exprimatur, ſecundùm *Abb. & Felin. in cap. ad hac de reſcript. cum concordan. Aym.*
3 *conſil.958.col.2.* motus ex eo, quod ſciēs Princeps incapacitatem omne impedimentum ab eo dicitur indubitanter amoviſſe, nè illuſorius ejus actus fieret, *l. ſi Prætor,ff.de judiciis, l fin.ff.ne quid in loco publico*, cum aliis per eūdem *Aymon.conſ.23.n.3*, ubi ſe remittit. Quod ſi dixerit habita omnium conſideratione dicitur virtualiter de ſcientia, & inhabilitate expreſſiſſe; nàm & cognitio
4 ponitur, & habetur in opponendo, & replicando, *Caſtr.in l.fin.in princ.col.fin. ff.ſi certum pet. in l.nàm poſtea,§.ſi damnentur,ff.de jureiurand. Ruin.conſ.117. num.19.in 5. Aym. conſ.592. num. 34.*
5 Quinimò quod facit Princeps ex certa ſcientia, non poteſt in dubium revocari, *Bart.in l.conficiuntur,ff.de jure codicill.et conſ.196.Oldrad.conſ.257.* dicitq; *Bald.in cap. 1. §.ſi quis autem de pace Conſtantia,* quod non debet quis audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa ſcientia, ſed repelli debet, & ei perpetuum ſilentium imponi, ſequitur *Decius in conſ.655.num.22.& 23.Riminald.Iun.conſ.13.num.15.conſ.655.n.8. Decian. conſ.18.nu.269. in primo* Extē-
6 dunt hęc in Senatu, & Senatoribus Mediolani, qui jura Principis habent, & eius loco conſtituti ſunt, *Cuman. conſ. 158.col.2.Iaſ. conſ.136. col. 8.in 4. Caſtrenſ.conſ.34.col.3.in 2.Natta conſ.179 ſub num. 9.* & poſſunt derogare juri cōmuni ſine ſubreptione aliqua, ut per *Felin.in cap.nonnulli, verſ.fallit 4. ſub nu.12.de reſcriptis,Capra conſ.154.col.4 & 5. Io:de Anania conſ.81. Aym. conſ. 182.num.13.& 408.num. 26.* & diſpenſare *l.fin.C.de legit.tutor. Rimin. Iun.d. conſ.655.num.10.Bardellon.conſ.17.nu. 26. & 28.* & contrahens cum Principe
7 dicitur habilitatus, licet fuerit perſona prohibita incapax, vel inhabilis ad cōtrahendum, *Vaſq.lib.1.controv. Illuſtr. cap.3.n.7.Magon.deciſ.Floren.26.n.52. Bardellon.conſ.90.num.4.* ſubdens *Magon. loco cit.* idem in Bannito aſſumpto ad gradum, quem gerere non poterat, *Ruin.conſ.85.num.9. in 4.*

OBSERVATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Privilegia dotis an ſint communicanda conſtitutioni antefati, ſivè quartæ.*

2 *Dos, & antefatum pari paſſu ambulant.*

3 Con-

3 *Conditio dotis, vel antefati, non poteſt ex pacto fieri deterior.*

1 PRivilegia dotis an ſint communicanda conſtitutioni antephati, ſivè quartæ, & pro affirmativa tenet *Afflict. in deciſ.* 154. *num.*4. qui allegat *text. in l.fin.& in auth.ſed jam neceſſe*, & in *l. cum multa, C.de donat. ante nuptias*, & notatur in *l.ubi adhuc, C.de jure dotium cum concordant. de Franchis deciſ.* 182.
2 *num.*4. & idem *Afflict.in conſtit. Regni mulier, & dotarium nu.* 3. dicit, quod dos, & antephatum paribus paſſibus ambulant, *Camp.in cap. mulier, & dotarium num.*68.*verſ. & privilegia, Reg. Rovit.in conſ.* 55.*lib.*1.*num.*1.
3 Hinc eſt, quod quemadmodum mulier poteſt intercedere pro dote, ità, & pro antephato, idem de *Franchis in deciſ.* 182. & ſicut conditio dotis non poteſt ex pacto fieri deterior, *L.aſtilicinus, ff. de pactis dotalibus*, ità etiam, & conditio antephati, *Afflict. in dicta dec.* 154.

OBSERVATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Privilegium conceſſum alicui cognoſcēdi de delictis ſi Prorex facit delictum illud, quod non eſt delictum, ſuccedit virtus privilegii prædicti.*

1 PRivilegium conceſſum alicui, per quod poſſit cognoſcere de delictis, eo ipſo, quod Prorex facit delictum illud, quod non eſt delictum, ſuccedit virtus privilegii prædicti per *l. Arriani, C. de Hæreticis, de Franch. deciſ.* 434. *Surd.conſ.*152.*vol.*4.*Pancirol. conſ.*185. *num.*15.*Menochius conſ.*204.*vol.*7.

OBSERVATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ad hoc, ut inducatur vigore privilegii debet eſſe tanti temporis, cujus contrarium memoria hominis non exiſtat, & quid in collecta.*

1 PRivilegium debet eſſe tanti temporis, cujus contrarium non exiſtat memoria hominis, ut inducatur præſcriptio juxta notata in *cap.cum perſona de privileg.in* 6. & per *Bald. in tract.de præſcript.in* 6. *p. princ. in* 6.*q.* & in ſpecie in Collecta loquitur *Lucas in l. hac*
2 *lege* 1.*col.verſ.& nota quod collecta, C. de Aquæductis lib.*11.*Lupus in repet.cap. per veſtras incip.ſed eſt pulcra dubitatio, col.*11.*verſ.& præſuppoſito de donat.inter vir, & uxor, de Franch. deciſ.*56.*n.*4.

OBSERVATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Privilegium Principis, intelligitur conceſſum abſque alterius præjudicio, vel injuria.*

2 *Privilegium, quando alicui conceditur, per quod quis reducitur ad illud jus, quod antea competebat, ceſſat alterius læſionis querela.*

1 PRivilegium Principis intelligitur cōceſſum, abſque alterius præjudicio, vel injuria, ut latè conſulendo firmat *Decius in conſ.*520. ubi *num.*3. ait quod iſtà concluſio confirmatur ex communi regula, quæ dicit quod in dubio non videtur Princeps iuri alterius velle præiudicare *l.*2. *§.merito*, *§. ſi quis à Principe.ff.ne quid in loco publico*, *l.nec Avus, C.de emancip.liber.in cap.ſuper, de officio delegati cum ſimil.* & verba potius, debent impropriari quam quod tertio præiudicium inferatur, ut dicūt *Bald.& Cardin. in d. c. ſuper eo de offic. Deleg.* quod dictum ſequitur *Alex. in conſ.*35.*viſo proceſſu vol.*1.*& conſ.* 125. *viſo titulo num.*3.*&* 6.*vol.*2. *ad d. cap. ſuper eo de officio delegati.*
2 Verùm *gloſ. in l. ſi unus in §.pactus nè peteret, ff.de pactis in verbo redditur*, dicit, quod quando alicui conceditur privilegium, per quod quis reducitur ad illud ius, quod antea competebat, etiā ſi hoc fiat in alterius præiudicium, non poteſt ille, qui ſentit damnum ex tali privilegio conqueri, quod ex eo lædatur, ut dixit *gloſ. in cap. ab exordio* 35. *diſt.*

*diſt.*quod nõ ſit iniuria alicui ſi quis reſtituitur ad priſtinum ſequitur *Alber. Brun.in conſ.1. & Loffred. in conſ.51.* prout iudicavit Sacrum Conſilium in cauſa Principis Melfiæ, contra Gaſparinum , ut per *Frecc. in alleg. pro Domino Albertino num.24. in fine in tract.de ſubfeud.fol.97.*

Decif. S.C.

OBSERVATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Privilegium dignitatis, durat etiam finita dignitate.*

2 *Clericus licet ſit degradatus, non poteſt percuti, & percutiens incidit in Canonem.*

3 *Conſiliarius qui fuit licet nunc non ſit torqueri non poteſt in memoriam priſtinæ dignitatis, verum prædicta locum habent, quando honeſte dignitas eſt finita, alias ſecus n.4.*

1 PRivilegium dignitatis durat, etiam finita dignitate *Bald. in cap.ſedes Apoſtolica de reſcript.pro quo facit gloſa in cap.accedens 50.diſtint*, quæ ſingula-
2 riter dicit, quod licet Clericus ſit degradatus, tamen non poteſt percuti, & percutiens incidit in canonem, facit *tex. in l.fin.verſ. non eſſe torquendum in memoriã priſtinæ dignitatis, ff. de decurionib.* ubi ille qui fuit Cõſiliarius, licet nũc non ſit, non poteſt torqueri in memoriam priſtinæ dignitatis, ſed ex *gloſ. in d.l.fin.* allegatur *l. 2. C. de tabulariis lib. 10. in verbo decurio*, & ex notatis per *Andr.Tiraquell.in 15.limitatione* ad regulam ceſſante cauſa ceſſat effectus in regul.ſuis fallentiarum, colligitur prædicta habere locum, quando honeſte dignitas eſt finita, alias ſecus, &c.

OBSERVATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio per Principem conceſſa in tertii preiudicium nunquam intelligitur, etiam ſi motu proprio fiat.*

2 *Reſcripta non ſunt ſervanda, ſi alium lædunt.*

3 *Reſtitutio in præiudicium tertii nunquã trahitur, etiam in minimo præiudicio.*

4 *Præcedentia cauſa magni præiudicii reputatur.*

5 *Officialis privatus, demum verò reſtitutus non recuperat antiquum locum, maximè ſi per delictum fuiſſet privatus.*

6 *Verbum reſtitutio plenariè quo ad fructus, & honorem denotat reſtitutionem*

7 *Reſtitutio plenaria intelligitur præter tertio acquiſita.*

8 *Sententia in iudicatum tranſacta tolli non poteſt per reſcriptum Principis, niſi gratioſa principis reſtitutione quis reſtitutus fuiſſet.*

9 *Tenor privilegii eſt attendendus.*

10 *Reintegratio ſi ex certa ſcientia motu proprio, & plenariè fuerit per Principem conceſſa recuperat locum.*

11 *Clericus privatus à Papa, & reſtitutus non poteſt patrono laico præiudicare, cui per ſententiam fuit ius quæſitum, niſi expreſsè deroget iuri patronatus acquiſito.*

12 *Privatus actuali dignitate, & quod alias dignitates conſequi non poterat, non extenditur ad antiquam.*

13 *Clericus reſtitutus ſimpliciter, ultimus in choro ſedere debet.*

14 *Nepos ſi pendente patris deportatione avo morienti ſuccedit, ſi pater poſtea reſtituatur, non aufertur nepoti hereditas acquiſita.*

15 *Feudum devolutum ſecundogenito ob rebellionem primogeniti, reſtitutio nõ habebit locum ad dicta feuda ſecundogenito devoluta.*

16 *Primogenitus adhuc vivente patre dicitur Dux, & Comes, & gaudet prærogativis.*

1 PRincipis reſtitutio nunquam in tertii pręiudicium intelligitur, *l.2.§. ſi quis à Principe.ff.nè quid in loco publico, l.nec Avus,C.de emancip. liber.* latè *Menoch.conſ.103. num. 25.* etiam ſi faciat aliquid motu proprio, *Bald.in cap. ad audientiam de reſcript.Gemin.in cap. ſi propter de reſcriptis in 6.* idcoque idẽ
2 iubet non eſſe ſervanda reſcripta ſi aliũ lædunt, *l.ult.C.de præpoſ.Sacr.Cubic.lib. 12.l.*

12. *l. neque Dorotheum, C.de Decurion.*
3 *lib. 10.* Hinc reſtitutio nunquam in præiudicium iuris tertii acquiſiti trahitur, *Bald. in l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 15. ff de lib. & poſthum. Imola, Caſtrenſ. & DD. in d. §. & quid ſi tantum*, etiam in minimo præjudicio, *gloſ. in cap. cum olim in verbo ſine præiudicio de conſuetud. Decius, & Felin. in cap. ſuper eo de offic. deleg.* tanto igitur fortius in præcedentia acquiſita, cum præcedentiæ
4 cauſa magni præiudicii reputetur, *Puteus deciſ. 440. lib. 2. & deciſ. 6. lib. 3. Seraſin. deciſ. 22. num. 2. & deciſ. 81. nu. 1. Gonzal. ad regul. 8. in prohem. §. 4. nu. 3.* Vndè iura ſerio mandarunt alterum alteri præeſſe, & ſubeſſe *l. 1. & 2. Cod. ut dignit. ordo ſervetur lib. 12. l. lege, C. de erog. mil. t. annonæ lib. 12. l. fin. C. de privil. e rum, qui in Sacro Palatio lib. 12. c. ſolitæ de maior. et obedient. Menoch. conſ. 126. num. 1. in 2.*

5 Et quod Officialis privatus d[illegible] verò reſtitutus non recuperet [illegible] locum, eſt *tex. in l. 2.* ubi *Bart. in fi. ul. caſu. ff. de decurion. Ancaran. in cap. ex inſinuatione num. 4. de ſimonia, Iaſon in d. §. & quid ſi tantùm num. 71.* & 161. *Gallsaull. num. 57. Pariſ. de reſignat. beneficii lib. 3. q. 3. num. 73. Garzia Girond. de privil. & exempt. expl. nu. 512. verſ. ſi quis indè num. 6. àter.*

Maximè ſi per delictum eſſet privatus *cap. mandamus 19. q. 3.* [illegible] in choro ſedeat, quem [illegible] *Felin. in d. cap. ex inſinuatione n. 5. verſ. maximè, quando propter delictum.*

6 Nec obſtat, quod verbum reſtitutio plenaria, quò ad fructus, & honorem denotat reſtitutionem ad *l. 1. C. de ſent. paſſ. cap. ſi quem pænituerit verſ. 2. q. 3. Azo in ſumma de in integrum reſtit. p. 1.*
7 *q. 51. a num. 5. & 74. & ſeq.* quia intelligitur præter tertio acquiſita *gloſ. in loco prædicto, & alii DD. & gloſ. in cap. quamvis de reſcript. in 6.*

8 Inſuper ſententia in iudicium tranſacta tolli non poteſt per Principis reſcriptum, *cap. expoſita de Ar[illegible]. l. ultim. C. ſent. reſcind. non poſſe l. 1. C. de re iudic.* niſi gratioſa Principis reſtitutione quis fuiſſet reſtitutus, *Mantic. dec. 305. num. 1.*

9 Cumque privilegii tenor ſit attendendus ad *cap. porrò*, ubi *gloſ. verb. tenorem de privileg. & cap. ad audientiam de decimis Bald. conſ. 207. in 2. Becc. conſ. 36. num. 5* ſi enim expreſsè dixe-
10 rit, quod ex certa ſcientia, motu proprio, & plenariè reintegretur, quia tunc conſtat Principem voluiſſe plenariè reſtitutionem, benè recuperat locū, ſecus ſi ſimpliciter reſtituat, ut per *Gratian. diſcept. 845. à num. 21. uſque ad 25.*

11 Vt in clerico privato à Papa reſtituto, ut noluerit patrono laico præiudicare, cui interim per ſententiam fuit ius quæſitum, niſi expreſsè deroget iuri patronatus acquiſito, ut poſt *gloſ. pen. in d. cap. quamvis de reſcript. in 6. per Lambert. de iure patronat. artic. 89. principaliter, Peregrin. de iure Fiſci lib. 5. tit. 2. num. 4[illegible]. cum ſeq. I[illegible] de Silva de benef. c. q. 11. p. 3. num [illegible]. Rota deciſ. 48. de conceſſione præbendæ in antiquis.*

12 Quod ſi [illegible] privat[illegible] [illegible]uali dignitate, & quod alias dignitates conſequi non poterat, non extenditur ad antiquam, ex *l. 3. C. de ſenten. paſſ. Cyn. in l. fin. 2. col.* ubi *Alberic. 2. col. in fine, C. de ſent. paſſis*; idcoque reſtitutus, ſivè Clericus, ſivè Officialis ſimpliciter ultimus in choro ſedere debet, ex *d. cap. mandamus 19. q. 3.* & quæ poſt privationem de novo ſuperveniunt, & quod ſententia non abſtulit, [illegible] ad regula[illegible], *l. fin. §. fi. ff. de ſent. paſſis*, ubi *Bart. num. 4.* imo, nec plenissima reſtitutio reſtituit, ut poſt alios, quos adducit *de Ponte conſ. 69. num. 13. lib. 1.*

14 Vt filius deportatione pendente, ſi avo moriente, nepos proindè ſuccedit, ſi pater poſtea reſtituatur non aufertur nepoti hæreditas hæc acquiſita, ut per *d. D. de Ponte d. conſ. 69. n. 11.*

15 Et in feudo devoluto ſecundogenito ob rebellionē primogeniti, qui tūc temporis erat incapax, & locum non habebit reſtitutio ad feuda hæc ſecundogenito devoluta, *Andr. in cap. 1. §. præterea col. 3. quæ ſit prima cauſa beneficii amitt. Franch. deciſ. 213. num. 3.* qui caſus eſt
16 fortior, cum adhuc vivente patre primogenitus dicatur Dux, & Comes, & gau-

gaudeat præ[illegible] ut per *Maſtrill. de [illegible]ſtratibus lib.4.cap.13.num.139 cum ſeq.*

OBSERVATIO XCII.

SUMMARIUM.

1 *Procurator excedens fines mandati, cõſtituens non obligatur.*

2 *Mandati fines diligenter ſunt cuſtodiẽdi, non ſolum reſpectu ſubſtantiæ, ſed etiam reſpectu qualitatis.*

3 *Nullum eſt quod fit, ſive contra, ſivè præter, ſivè citra, ſivè ultra formam mandati.*

4 *Procurator ſpecialiter ad aliquid exequendum conſtitutus, ſi illud Domino præiudiciale eſſe cognoverit, non debet exequi, ſed Dominum certiorare.*

5 *Mandatum cum poteſtate exercendi actum alicui data ad eius voluntatẽ, intelligitur tamen cum fide.*

6 *Mandatum alicui datum, ut emeret librum pro decem, ſi procurator emerit pro viginti, quia tanti valebat, & plus, nec pro minori pretio haberi poterat, an teneatur mandans approbare contractum, & integrum pretium ſolvere?*

1 PRocurator excedens fines mandati, conſtituens non obligatur, ut per *Rotam deciſ.53.de conceſſione præbendæ in novis, Bart.in l.illud, §.ſed ſi ità, ff. quod cuiuſque univerſ.nomine, Bald.in l.ſi creditor, C.de fideiuſſ. Rota Ianuenſ.*
2 *apud Bell.deciſ.174.num.6.& 7.*ex quo fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi, *l.diligenter, ff.mandati, cap. cum* [illegible] *de offic.delegati*, & hoc non ſolum reſpectu ſubſtantiæ, ſed etiam reſpectu qualitatis, ut per *Decium in l.tranſactionis n. 1.C.de tranſaction.Neviz.conſ.*[illegible]*.nu.7.*
3 *Marſil.ſingul.265.*quia re omne illud quod fit, ſivè contra, ſivè præter, ſivè citrà, vel ultra formam mãdati nullum eſt, [illegible]*.jun.conſ.22. num.14. & 15. lib.2.Mazzol.cõſ.98.in primo*, poſt *Alex. conſ.21.lib.4.num.6.* quos citat, & ſequitur *Surd.d*[illegible]*9 a n.6.*
4 Et [illegible] procurator ſpecialiter ad

conſtitutus ad aliquid exequendum, ſi tamen illud Domino præiudiciale eſſe cognoverit, nõ debet exequi, ſed Dominum certiorem reddere, ut dixit *Bal. in l.fin.ſub n.21.in fine, verſ.dico etiam, C.de contrahenda emptione*, ex notabili *text. in l.creditor 60. §.Lucius, ff. man-*
5 *dati*, ubi data poteſtate exercendi actũ alicui, ut ipſe vult, intelligitur tamen cum fide, & facit *text.in l.ſi cum Cornelius, ff.de ſolut.illius verbis*, (ibi, nec cauſam habuiſſet exiſtimandi ſe in vita Seiæ fictum eſſe) arguens, quod ſi procurator cauſam habuiſſet hoc exiſtimãdi malè feciſſet, prout illum *text.* ità ponderat *Fabius de Anna in conſ.82.n. 25.cum ſeq lib.1.* Confirmantur prædicta ex his, quæ notabiliter tradũt *DD.* poſt *gloſ.ult.in l.fin.C.de negotiis geſtis*, ubi ex eo *text.* ponunt quæſtionẽ; quod
6 ſi mandatum fuit alicui, ut emeret librum pro decem, ille autem emeret pro viginti, quia tanti valebat, & plus, nec pro minori pretio habere poterat, conveniunt omnes, quod ſi libet non eſt traditus eſt in libertate mandantis velit nè approbare contractum ſolvendo integrum pretium, vel non approbare, quia excedendo fines mandati, non habet adverſus mandantem actionem, nec è contra mandans adverſus eum; Quià verò negotium geſſit illius, in tantum poteſt habere actionem negotiorũ geſtorum, in quantum ille ratum habuit, & non aliter; igitur ante traditionem pendet à voluntate mandantis velit nè ratum habere, nec præcisè cogi poteſt ad ſolvendum, & ratum habendum, etiam [illegible] in mandato contentam;
7 [illegible] autem [illegible] ſi tradiderit, qua etiam in eo caſu Placent. Ioannet. Ac[illegible]s tenuerũt nõ poſſe agi, niſi ad ſummam mandatam, quod ſequitur ibi *Bald.n.6.Franc.Cremen ſingul 73.* ſi dedi *Mand ſ. regul. 34. Cancellariæ de annali q.68. num.1*[illegible]. *Burſat. conſ.39*[illegible]. *num.19.lib.4.* cæterum *Petrus de Bellapertica, Cyn.Salyret.*optime, & videndus ſub *num.2. verſ.quid igitur dicam, & Caſtrenſ.num.8* voluerunt, quod facta traditione, ſi recepit ſciens pretium expenſum, debet illud ſolvere, quia recci-

recipiendo rem penes ſe, cenſetur habere ratum negotium geſtum, licet nõ ex mandato; At ſi ignorans pretium, receperit, debet, vel totum pretium ſolvere, vel rem dimittere, quod eſt ad ſui electionem, juxtà *text. in l. cum quaritur 57. de adminiſtrat. tutor.* quæ dicit *Salycet.* notanda, & ſic antè ratihabitionem relinquunt in electione mandantis, velit nè totum approbare, vel reprobare.

OBSERVATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Revocatio procuratoris ob ſuſpictionem ſupervenientem, an de jure fieri poſſit?*

2 *Mandatum procuratoris cenſetur revocatum propter mutationem morum procuratoris, quia præſumitur mutatio voluntatis.*

3 *Mutatio morum in deterius facit cenſeri revocatum mandatum.*

4 *Bona fides in mandato maximè eſt cõſideranda, illa ceſſante propter dolũ, mandatum de per ſe finit.*

5 *Mutatio rerum, ac nova cauſa emerſio eſt juſta cauſa revocandi mandatũ, & ipſo jure ex hoc finitur.*

6 *Mutatio præſumitur, rebus in eodem ſtatu non permanentibus, vel quando ſupervenisſet aliqua cauſa inconſiderata, de qua nihil tunc eſſet cogitatum num. 7.*

8 *Revocationis juris, vel hominis mandati effectus qui ſint?*

1 PRocuratoris revocatio de jure fieri poteſt ob ſuſpictionem ſupervenientem, ut eſt *text. apertus in l. Item 19. cum duobus præcedentibus, ff. de procurat.* per quem *text.* & per *l. eum quis 38. in princ. ff. de ſolut. & l. propter litem 23. ff. de excuſ. tutor.* revocari poſſe procuratorem, etiam re non integra, & poſt cæptum negotium in puncto cõſuluit *Angel. videndus in conſ. 225.* punctus talis eſt ſub *num. 3. verſ. tutum igitur*, etiam ſi adeſſet promiſſio de non revocando, quia ſemper ille caſus cenſetur exceptus, maximè quando ex parte procuratoris advenit ſuſpictio per *l. quidam. ff. de verbor. oblig at. & alia jura ibi in fine ab Angelo citata*, quem ſequitur *Cardinalis Tuſcus practicar. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ. 860.* & regulare eſt juſtam cauſam revocandi procuratorem eſſe, quando conſtituens dubitat de ejus fide, nám revocabit, etiam ſi promiſiſſet non revocare, quia hic caſus cenſetur exceptus, ut notabiliter voluit *Butrig. in cap. in noſtra nu. 4.* per illum *tex. de procur.* quem ſequitur *Magon. deciſ. Lucenſi 25. ſub nu. 71.*

2 Inſuper ſemper mandatum cenſetur revocatum propter mutationem morũ procuratoris, quia præſumitur mutatio voluntatis, & quem Dominus hoc à principio prævidiſſet, illum non conſtituiſſet, ut notabiliter voluit *Bart.* per illum *text. in l. in confirmando 8. nu. 2. ff. de confirmando tutore*, & in *l. ſi cum Cornelius 82. num. 1. ff. de ſolut. Bald. in l.*

3 *mandatũ 15. n. 14. C. mandati*, ubi quod mutatio morum in deterius facit cẽſeri revocatum mãdatum ſequitur *Alciatus reg. 2. præſumpt. 16. nu. 5. & 4. Menoch. lib. 6. præſumpt. 37. num. 18.* & optimè *Fabius de Anna in conſ. 82. à num. 33. uſque ad finem*, ſignanter *nu. 38. & 39.*

4 & bona fides, quæ maximè in mandato eſt conſideranda, illa ceſſante (propter dolum) mandatum finiri de per ſe, tradit *Bald. in d. l. mandatum ſub num. 14. verſ. quinta eſt*, ex *text. notab. in l. creditor, §. Lucius in fine, ff. mandati in illis verbis* (reſpondi cum de quo quæritur

5 plenè quidem, ſed quatenus res ex fide agenda eſſet mandaſſe) juſta enim eſt cauſa revocandi mandatum, rerum mutatio, ac novæ cauſæ emerſio, imò ipſo jure, ex hoc finitur, ut voluit *Bald. in d. l. mandatum ſub num. 14. verſ. quãta eſt, C. mandati*, nàm rebus in eodem

6 ſtatu non permanentibus, voluntatis mutatio indè præſumitur, nempè quando res incidit in caſum, in quem veriſimile ſit, diſponentem aliter diſpoſiturum, ut ex *l. in confirmando, ff. de confirmat. tut.* & aliis juribus probat *Alciat. d. reg. 2. præſumpt. 16. num. 5.* quod præcipuè procedit in contractibus, *l. quare,*

§.inter locatorem ff.locati, l.ſi fuerit in
princ.ff.pro ſocio, tradit gloſ.fin.in l.quod
ſervitus.ff.de condit.ob cauſam, & ibi
Iaſon num. 8. & latè Tiraquell. in re-
pet. l.ſi unquam in præfat. num. 61. &
180. & eſt notiſſimum, quod amplius
procedit, vel quando prima voluntas
proceſſiſſet ex errore, ut per illum tex.
7 declarat Bar.in l.fin.§.item quæſitum,ff.
de condit. indebit. vel quando superve-
niſſet aliqua cauſa inconſiderata, de
qua nihil tunc eſſet cogitatum, ut ex
gloſ.in can.nè quis 22. q. 2. & ex Bald.
Salyc.& aliis in l.fin. C. de non num. pe-
cun. & ex notatis in cap.cum inter P. de
8 renunciatione tradit Aleiat.loco citato,
ex prædicta autem juris,& hominis re-
vocatione mandati duorum alterum,
vel utrumque efficitur, videlicet, vel
quod omnia geſta poſt eam facta ſunt
nulla, ex notatis in cap. ex parte Deca-
ni 33. de reſcriptis in cap. in noſtra 4.&
in cap.mandato 13.ubi gloſ.verb. à Do-
mino de procurat.in cap.fin. eodem tit.in
6.in Clem. unica de renunciat.in l. man-
datum,C.mandati, & in l.falſus, C.de
furtis in §.rectè quoque inſt. eod. vel ex
geſtis per eum non obligatur conſti-
tuens,ut in dictis locis

OBSERVATIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio indemnitatis importat pro-
miſſionem ſolutionis in beneficium eius,
cui indemnitas fuit promiſſa.*
2 *Paria ſunt promittere indemnitatem,
vel ſolutionem, nedum ſortis principa-
lis, ſed etiam totius intereſſe.*
3 *Promiſſio indemnitatis ab omni mole-
ſtia, quæ inferretur comprehendit,
etiam id, quod fieret reſiſtendo.*
4 *Idem eſt promittere ſe ſoluturum, vel
indemnitatem præſtaturum.*
5 *Indemnitas promiſſa continet defēſio-
nem.*
6 *Obligatio defendendi continet factum
individuum.*
7 *Promiſſor indemnitatis compellitur ju-
dicium ſuſcipere.*
8 *Promittens indemnitatem, videtur
etiam promittere damnum ex cauſa
proveniens.*
9 *Promiſſor indemnitatis tenetur ad ſol-
vendum omne damnum, & intereſſe,
quod patietur ille, cui indemnitas eſt
promiſſa.*

1 Promiſſio indemnitatis importat pro-
miſſionem ſolutionis in beneficiū
ejus, cui indemnitas fuit promiſſa ad
tex.in l.1. C.de ſentent. quæ pro eo quod
intereſt, Bart.in l.quæro,ff.locati, Socin.
2 conſ.29.viſis in prin. lib.3. & quia paria
ſunt promittere indemnitatem, vel ſo-
lutionem, ut ait Paul. de Caſtro in conſ.
397. ad primum quæſitum lib. 1. quod
extendit nedum ad ſolutionem ſortis
principalis, ſed etiam totius intereſſe,
ut ait Bart.in d.l.quæro num.5.ff.locati,
quod notabiliter facit l.1.& 2. C.ſi ma-
ter indemn.promiſ. Abb.in conſ.43. vi-
3 detur 1.col.1.lib.1.Quod etiam amplia-
tur,quia promiſſio indemnitatis ab om-
ni moleſtia, quæ inferreretur compre-
hendit etiam id, quod fieret reſiſtendo,
& excipiendo ad notata in l. Lucius, §.
tres heredes,ff.ad Trebellian.Alex.conſ.
52. viſo teſtamento in princ.lib.2.Capyc.
deciſ.69.num.9.Cardinal.Tuſc. concluſ.
4 88.lit. I.cum idem ſit promittere ſe ſo-
luturum, vel indemnitatem præſtatu-
rum l.2.C.de ſentent.quæ ſine certa quā-
tit.l.fin.in princ.ff.ſi certum petatur.
Secundo, quia indemnitas promiſſa
5 continet defenſionem l.pater, ff.de dote
præleg.ubi Bart. declarat,quod obliga-
6 tio defendendi continet factum indivi-
duum, idem Bart.in l.4.§. Cato, ff. de
verbor. obligation. in 2. q. itá ut hæres
eius qui promiſit indemnitatem tenetur
in totum, quia obligatio defendendi
eſt individua, juxtà l.2.§.ex his. ff. de
verbor.obligation.cum aliis adductis per
Gregor.Nact.in repet.Clem.ſæpè de ver-
bor.ſignificat.num.44.tom.6.
Tertio,quia ſi quis promiſerit indē-
7 nitatem,compellitur judicium ſuſcipe-
re Bart.in l.pater in princ.ff.de dote præ-
leg. quo etiam in caſu dicitur totum
periculum ad illum ſpectare idem Bart.
in l.ſi perluſorio, §.1. ff. de appellat. ut
latius

latius notat Măgil.*in tract. de evictiõn.*
8 *q.198. num.1.uſque ad 7.* ex eo, quia promittens indemnitatem, videtur etiã promittere damnum ex caſu proveniẽs *l. 1.* ubi *Salycet. Cod. de commodato l.ſtipulatio iſta,§.quæſitum,ff.de verborũ obligat. Alber. in l.cum pupillus, ff. rem pupilli ſalvam fore Bart.in d.l.quaero,ff. locati, Cancer.tit.5.de fideiuſs.num.*82.
9 dicit promiſſorem indemnitatis teneri ad ſolvendum omne damnum, & intereſſe, quod patietur ille, cui eſt promiſſa indemnitas, *gloſ. Bart. Alex. & alii in l.quaero,ff.locati,Bartius deciſ.*34 *vol.*2.

OBSERVATIO XCV.

SVMMARIVM

1 *Promittens ſolvere in loco certo ibi conveniri poterit, etiam ſi ibi non reperiatur.*
2 *Tempus congruum arbitrio Iudicis ſtatuendum eſt ad locum deſignatum accedendum.*
3 *Quando debitor, & creditor ſunt ejuſdem fori dies interpellat, & in mora cõſtituit ſecus ſi eſſent diverſi fori.*
4 *Promittens ſolvere ubicumque placuerit creditori, non poteſt trahi extra locum domicilii.*
5 *Pactum quod debitor ubique conveniri poſſit intelligitur de loco idoneo, vel ubi debitor repertus fuerit.*
6 *Locus idoneus, dicitur vel ratione domicilii, vel ubi repertus fuerit debitor.*

1 PRomittens ſolvere certo in loco conveniri ibi poterit, etſi ibi non reperiatur *DD. in l.ſi cõvenerit,* ubi *Iaſ. num.* 15.*& Dec.num.*20.*ff.de juriſd.omnium Iud.l.3. §. qui ità, ff.de eo quod certo loco, & in l.pen.C.de pactis, Bar.in l.Titium,§.& ſi res ff.de adminiſt.tutor Aretin.conſ.*10. *num.*3.
2 Tamen tempore congruo eſt ſtatuẽdum judicum arbitrio ad locum illum accedendum, *l.ſi continuus.§.cum ità, & l.interdum,ff.de verb.oblig.Menoch.in arbitr.centur.*14. *caſu* 2. quando debi-
3 tor,& creditor ſunt ejuſdem fori dies interpellat, & conſtituit in mora, ſecus ſi eſſent diverſi fori *l.in illa in princ.in verbo non venit*, & ibi *Bart. ff. de conſtit.pecunia, Iaſ.in l.ſive legati cauſa* 15. *nu.*6.ſignanter limita, *ff. de verbor. obligat.*
4 Promittens ſolvere in quocumque loco placuerit creditori non trahi poteſt extra locum domicilii *l. mevia in fin.ff.de annuis legat. l.cum patronus, ff. de oper. lib. Bart. in d. l.ſi convenerit. num.*4.

Secus ſi fuiſſet inventus in quocumque loco placuerit creditori, quia tũnc ubicumque fuerit inventus potuit conveniri per *l. hæres abſens,§.1.& l.ſejus, ff.de judic.l.cõtraxiſſe,ff.de act.& oblig.* quod ubicumque inveniatur contraxiſſe cẽſeatur *Bar.in d.l.ſi convenerit, Cãcer.var.reſol.lib.2. cap.de ſolut. nu.*149. *&* 150. *Bald.conſ.*167. *num.*2. *&* 3. *in* 3. *in l. poſt rem num.* 15. *ff. de re judic. Galleſ. de oblig. Camerali p.*8. *n.*1.*Burgoſ.dec.*1.*nu.*8. 1.*p.Roland.conſ.* 6.*num.*3.*in primo, Abb. in cap.ſignificãte de pignor.num.*5.*in §.plus autem num.* 22.*de action.Bertran.coſ.*138. *in primo.*
5 Pactum quod debitor ubique conveniri poſſit, intelligitur de loco idoneo, *gloſ.in l.cum qui, ver. quocumque loco,ff.de judic.gloſ.in l.ſi duo, §.ſed & certo loco,ff.de conſtit.pecunia, gloſ.in l. qui certo in verbo quilibet, ff.de cond. in*
6 *deb.*& dicitur locus idoneus, vel ratione domicilii, ut dicit *d.gloſ.* vel quia in aliquo loco repertus fuerit debitor *gloſ.in l.unica, verbo, & alio loco,Cod.ubi conveniatur quod certo loco dare promiſ. Bald in rubr.nu.*6.*C.de conſt. pecun. Iaſ. in §. plus autem num.* 25. *Marta voto* 96.*& de clauſ.clauſ.*34. quod poſſit ubique conveniri,&c.

OBSERVATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra plures ſimpliciter prolata, an condemnati teneantur in ſolidum?*

T 2 *Et*

Et quod ſi tractetur de judicio individuo, num.2.

1 PLures una ſententia condemnati ſimpliciter tenentur pro rata, niſi adſit in ſententia verbum inſolidum ad *text.in l.1.Cod.ſi plures una ſententia, l. Paulus reſpondit 43. ff. de re judic. Gomeſ.var.tom.2.cap.12.de duob.reis.Afflict.decif.215. Giurb.deciſ.46. num.1.* niſi renunciaverit beneficio diviſionis in contractu, ex *Rongegallo in l.3.§.ubi duo num.133.Riminald.conſ.159.nu.39 idem Giurb.loco citato in fine*, & niſi tractetur de judio individuo, quia in individuis ſolutio partis ſatis nec eſt *l. fideicommiſſa, §.ſi in opere.ff.de leg. 3.* & ideò ſi hypothecaria fuerit actum contra plures, quilibet ex condemnatis in ſolidum teneretur, quia hypothecariũ Iudicium, eſt individuum, licet actio perſonalis, cujus acceſſoria eſt hypothecaria, ſit dividua *l.1.& 2. Cod.ſi ex pluribus hæred.Cravet conſ.77. num.15. Afflict.dec.213.*& ibi *Vrſill. Cancer.cap. 17.de ſententiis cum aliis per nos adductis in controverſ.35.num.7. cum ſeq.* &
Deciſ. S. C. ità per S.R.C. ſub die 24. menſis Decembris 1667. fuit deciſum in cauſa Baronis Caroli Gizzii, contra Baronẽ Petrum de Monte, in Banca Magnifici Vincentii Lombardo S.R.C. Act.Mag.

OBSERVATIO XCVII.

SUMMARIUM.

1 *Ponens fateri videtur contenta in poſitionibus.*

2 *Reſponſio rei quod non credit, ut ponitur non eſt ſimpliciter negativa, ſed implicita.*

3 *Poſitionibus præſentatis poſt concluſionem an ſit reſpondendũ? & quid jure Regni ſervatur n.4.*

1 POnens fateri dicitur contenta in poſitionibus *cap.fin. de jurejur. in 6.Alex.conſ.35.col.1. in 7.* nec quis poteſt ſe fundare in poſitione, quam negavit *Bart.in l.poſt legatum in princ.col.*
2 *fin.ff.de his quibus,ut indig.*quod ſi dixerit,quod non credit,ut ponitur,non eſſe ſimpliciter negativam, ſed implicitam per *Papienſ.in forma reſpõſi rei in gloſ.narrata, prout narrantur;*ideò potuit eam declarare in parte veram, quã credit, & quam non credit,ut in terminis *Simon de Petris in conſ.128. num.4. 2.centuria*

3 Et quod ſit reſpondendum poſitionibus, etiam poſt concluſionem productis docent *Angel.in l.peremptorias, C.ſent.reſcind.non poſſe, Specul. de poſitionibus,§.4.num.2.Mſing.obſerv.34.in fine cent.1. Carpan. in ſtatut.Mediolan. cap.83.ſub num. 52. Scaccia de iudiciis p.1.cap.60. num. 9. & ſeq.* qui alios citat *Innoc.Felin. & Bald. in c. ultra tertiam de teſtib.Marſil.ſing.110.Blaſ.Michalor.de poſitionibus cap.26. à num. 13. Marcus Anton.peregr. deciſ. Patavina 126.ſub num.9.Aſinius in practica §.19. cap.21.*verum in Regno *per R.Pragm.4. de dilationibus, vulgariter dicta de 28. capitibus ſub num.7.* poſt concluſionem in cauſa eſt prohitum,niſi in caſibus ibidem expreſſis.

OBSERVATIO XCVIII.

SUMMARIUM.

1 *Procurator qui functus eſt, etiam officio advocati, an debeat habere duplicatum ſalarium?*

1 PRocurator qui functus eſt etiam officio Advocati,& ſic duplici munere, debet juſtè habere duplicatum ſalarium,per *text.in l. iis ſcolaribus, C. de erog.milit. Annonæ lib.12.*ubi *Io:de Platea num.1.* & idem *Platea in l.3. nu. 3. Cod.de dignit.lib.12. Paulus Granuſius theorem.12.cap.64.num.9. Flores Diez variar.quæſt.lib.1.q.8. num.52. fol.mihi 74.*

Digitized by Google

OBSERVATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio antecedens occultè facta, quæ palam fieri poterat, non vitiat actum factum cum alio.*

2 *Proteſtatio, quæ fit contra teſtes quid operetur?*

1 PRoteſtatio antecedens occultè facta, quæ palam fieri poterat non vitiat actum factum cum alio, ut dicunt *DD. in l. qui alienas Celſus*, & ibi *Alexand. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. nõ ſolum, §. morte in 7. col. & ſequenti, ff. de novi operis nunciat.* & habetur in *l. cum plures, §. locator horrei, ff. locati, & in cap. ſollicitudinem de appellat.*

2 Proteſtatio, quæ fit contra teſtes habet unum mirabilem effectũ v3. quod ſi contingat teſtes deponere aliquid ad favorem alterius partis proteſtantis nõ faciunt fidem in ejus favorem, & ratio eſt, quia per dictam proteſtationem cenſetur declarare, ſe nolle eis fidem adhibere; ità de hoc eſt *text. in cap. præſentium in fine de teſtibus*, ubi *Felin. expreſsè tenet in ultimo articulo ad Marantam in ſpecul. p. 6. num. 4. cap. 132.*

OBSERVATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Educatio pupilli regulariter præponitur arbitrio Iudicis, qui poteſt etiam à teſtatoris voluntate recedere.*

2 *Pupillus poteſt educari penes matrem, & Vitricum bonæ vitæ.*

3 *Mater etiam ſi in aliqua parte ſuccederet poteſt filium pupillum educare.*

4 *Subſtitutus licèt poſſit eſſe tutor pupilli, non tamen poteſt eſſe educator propter ſpem ſucceſſionis.*

5 *Spes futura ſucceſſionis inducit votum captandæ mortis.*

9 *Mater poteſt eſſe educatrix pupilli, nõ obſtante ſuſpictione.*

1 PVpillus, & ſingulariter in arbitrio Iudicis ſit repoſitum, ubi ſit educãdus, adeò ut poſſit etiam à teſtatoris voluntate recedi ad *l. 1. ff. ubi pupillus educari debeat*, cum tamen cauſæ cognitione, ad *Bald. conſ. 487. ſer Franciſcus in 5.* præſertim circa viaæ educantis merita ad *Aymon. conſ. 190. Menoch. in arbitr. caſu 168. per tot. Afflict. deciſ. 183.* ubi *Vrſill. num. 3. Grammat. deciſ. 55. excluſa binuba matre ad l. 1. C. ubi pupill. Ancharan. conſ. 316. in cauſa col. 2. Napodan. in conſuetud. Neap. ſi quis habet in verbo cuicumque de aliment. præſtand. Anna pater ſingul. 395.*

2 Limitatur primo in matre, & vitrico bonæ vitæ, ad *Alber. in l. 1. C. ubi pupill. Curt. iun. conſ. 94. circa primum 2. col. Franciſc. Marc. deciſ. 131. & 192. 2. p.* & amplius datis aliis ſubſtitutis pupillis educandis, namque tunc ſuſpictio eſſet cum ſubſtitutis, *Guid. Papæ deciſ. 539. Cravetta conſ. 18. & dicto conſ. 190. Fab. de Anna conſ. 33. Menoch. conſ. 62. in primo, Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. des infans, §. 4. gloſ. 12. & rub. 6. §. 8. Io: de Amicis cõſ. 3. Durand. de arte teſtandi tit. 7. caut. 5. Cavalc. de tutore, & curatore num. 201. Cagnol. in l. hoc colore num. 10. ff. de inoffic. teſtam. Surd. de aliment. tit. 4. q. 16.*

Tanto magis, quod mater non eſſet ſucceſſura, *Grammat. dicta deciſ. 55. Menoch. dicto conſ. 62. à num. 12. cum ſeq. de Franch. deciſ. 350. Io: Baptiſta*
3 *Conſta de retrotract.* Imò etiam, quod mater ſuccederet in aliqua parte, & non in totum, ex *Ripa ex l. ex facto nu. 66. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. de Franch. dicta deciſ. 350.* poſt *num. 3.* cum ſemper penes matrem ſint educandi, ad *DD. in l. penultim. Cod. de patria poteſt. in dicta l. 1. C. ubi pupill. gloſ. in l. 1. verbo tempore, in l. fin. verb. conſtituatur, ff. ubi pupill. Guid. Pap. dicta deciſ. 539. num. 3. in fine.*

4 Et adeò ab educatione excluditur ſubſtitutus, ut licet poſſit eſſe tutor teſtamentarius, tamen non poteſt eſſe educator in *l. amiciſſimos, ff. de excuſ. tutor.* propter ſpẽ ſucceſſionis *ad gloſ. in dicta l. fin. C. ubi pupill. in l. 1. verſ. denique,*

que, *ff.ubi pupill.gloſſ.in l.qui ventri*, *ff.*
5 *de ventre inſpic.* quia ſpes ſubſtitutionis futuræ inducit votum captandæ mortis, & licet qui prior eſt in ſucceſſione debeat prius eſſe tutor in *auth. de hared.ab inteſt.§.ex his autem*, & in *auth.ſicut Cod.de legitima tutela*, non tamen educator, *Guid. Papa loco cit.*
6 & non obſtante ſuſpicione educatur penes matrem, *Salycet.in l.2. C.ubi pupilli educ. debeant*, *& Vrſill. in dicta deciſ.183.num.2. & Franch.deciſ.333. num.4.* ait, quod limitatur regula prædicta in matre paupere, *Bald. in l. alimenta,C.de neg.geſtis.*

FINIS CENTVRIAE TERTIAE.

PRÆ

Digitized by Google

PRACTICARUM OBSERVATIONUM RERUM SINGULARIUM

Cum Deciſionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium.

CENTURIA IV.

OBSERVATIO I.

SUMMARIUM.

1 *Prorex prout Iudex poteſt aſſenſum præſtare in matrimonio contrahendo cum conſenſu tutorum, ſi inter ſe diſcordant.*

2 *Iudex ubicumquè partes diſcordant ex officio eligere debet.*

1 PRorex, prout Iudex poteſt aſſenſum præſtare in matrimonio contrahendo cum cõſenſu tutorum, ſi inter ſe diſcordant juxtà *text.in l.* 1.*C.de nuptiis ibi* (cum de nuptiis puellæ quæritur, nec inter tutorem, & matres, & propinquos de eligendo futuro marito convenit, arbitrium Præſidis Provinciæ neceſſarium eſt) & ibi *gloſ.in verbo arbitrium ſubdit ad effectum, ut diſcordia ſedetur*, ad idem eſt *text.in* §.*ſed ſi ex teſtamento*, *verſ.ſin autem inſtit. de ſatiſdat. tutor. vel curator. ibi* Prætor partes ſuas interponere debet, *Bald.in l.*2.*C.de relation.dicit*, quod ubicumque partes di-
2 ſcordant, Iudex ex officio eligere debet, quia poteſt ex officio, ubi ſunt duo electi diverſa conſulentes, acceptare unum conſilium, & aliud refutare, ut ſingulariter notat *Bart.in l.duo Iudices in fine*, *ff de re judicata*, *Maſtrill.in deciſ.*223.*num.*21.*cum ſeqq.*

OBSERVATIO II.

SUMMARIUM

1 *Quando duæ clauſulæ proferuntur, prima affirmativa pura, & generalis, ſecunda conditionalis, ſemper prima attenditur.*

2 *Hæres ſi primò quis ſimpliciter, & purè inſtituatur deindè ſub conditione prima inſtitutio attenditur.*

3 *In criminalibus ſemper eſt interpretatio ad excluſionem delicti ſumenda.*

1 QUando duę clauſulæ proferuntur, prima affirmativa, pura, & generalis, ſecunda conditionalis, ſẽper prima attẽditur *text. notabilis in l.ſi te ſolũ*, §.1.*ff.de hæred.inſtit.* ubi ſi primò quis ſimpliciter, & purè hæres inſtitui-
2 tur, deindè ſub conditione, prima inſtitutio attenditur. Ad idem *not. text. in l.ſi id quod in princ.ff.de reſcind. vẽdit.* ubi ſi venditio prima fiat purè, & ſimpliciter, deindè ſub conditione, prima attenditur, & hoc ea ratione, nè

in

diſt. quod nõ ſit iniuria alicui ſi quis reſtituitur ad priſtinum ſequitur *Alber. Brun. in conſ. 1. & Loffred. in conſ. 51.* ptout iudicavit Sacrum Conſilium in cauſa Principis Melfiæ, contra Gaſparinum , ut per *Frecc. in alleg. pro Domino Albertino num. 24. in fine in tract. de ſubfeud. fol. 97.*

Deciſ. S.C.

OBSERVATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Privilegium dignitatis, durat etiam finita dignitate.*

2 *Clericus licet ſit degradatus, non poteſt percuti, & percutiens incidit in Canonem.*

3 *Conſiliarius qui fuit licet nunc non ſit torqueri non poteſt in memoriam priſtinæ dignitatis, verum prædicta locum habent, quando honeſte dignitas eſt finita, alias ſecus n. 4.*

1 PRivilegium dignitatis durat, etiam finita dignitate *Bald. in cap. ſedes Apoſtolica de reſcript. pro quo facit gloſa in cap. accedens 50. diſtint,* quæ ſingula-
2 riter dicit, quod licet Clericus ſit degradatus, tamen non poteſt percuti, & percutiens incidit in canonem, facit *tex. in l. fin. verſ. non eſſe torquendum in memoriã priſtinæ dignitatis, ff. de decurionib.* ubi ille qui fuit Cõſiliarius, licet nũc non ſit, non poteſt torqueri in memoriam priſtinæ dignitatis, ſed ex *gloſ. in d. l. fin.* allegatur *l. 2. C. de tabulariis lib. 10. in verbo decurio*, & ex notatis per *Andr. Tiraquell. in 15. limitatione* ad regulam ceſſante cauſa ceſſat effectus in regul. ſuis fallentiarum, colligitur prædicta habere locum, quando honeſte dignitas eſt finita, alias ſecus, &c.

OBSERVATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio per Principem conceſſa in tertii preiudicium nunquam intelligitur, etiam ſi motu proprio fiat.*

2 *Reſcripta non ſunt ſervanda, ſi alium lædunt.*

3 *Reſtitutio in præjudicium tertii nunquã trahitur, etiam in minimo præiudicio.*

4 *Præcedentiæ cauſa magni præiudieii reputatur.*

5 *Officialis privatus, demum verò reſtitutus non recuperat antiquum locum, maximè ſi per delictum fuiſſet privatus.*

6 *Verbum reſtitutio plenariè quo ad fructus, & honorem denotat reſtitutionem*

7 *Reſtitutio plenaria intelligitur præter tertio acquiſita.*

8 *Sententia in iudicatum tranſacta tolli non poteſt per reſcriptum Principis, niſi gratioſa principis reſtitutione quis reſtitutus fuiſſet.*

9 *Tenor privilegii eſt attendendus.*

10 *Reintegratio ſi ex certa ſcientia motu proprio, & plenariè fuerit per Principem conceſſa recuperat locum.*

11 *Clericus privatus à Papa, & reſtitutus non poteſt patrono laico prajudicare, cui per ſententiam fuit ius quæſitum, niſi expreſsè deroget iuri patronatus acquiſito.*

12 *Privatus actuali dignitate, & quod alias dignitates conſequi non poterat, non extenditur ad antiquam.*

13 *Clericus reſtitutus ſimpliciter, ultimus in choro ſedere debet.*

14 *Nepos ſi pendente patris deportatione avo morienti ſuccedit, ſi pater poteſtea reſtituatur, non aufertur nepoti hareditas acquiſita.*

15 *Feudum devolutum ſecundogenito ob rebellionem primogeniti, reſtitutio nõ habebit locum ad dicta feuda ſecundogenito devoluta.*

16 *Primogenitus adhuc vivente patre dicitur Dux, & Comes, & gaudet prærogativis.*

1 PRincipis reſtitutio nunquam in tertii prçiudicium intelligitur, *l. 2. S. ſi quis à Principe, ff. nè quid in loco publico, l. nec Avus, C. de emancip. liber.* latè *Menoch. conſ. 103. num. 25.* etiam ſi faciat aliquid motu proprio, *Bald. in cap. ad audientiam de reſcript. Gemin. in cap. ſi propter de reſcriptis in 6.* idcoque idẽ
2 iubet non eſſe ſervanda reſcripta ſi aliũ lædunt, *l. ult. C. de præpoſ. Sacr. Cubic. lib. 12. l.*

12. l. neque Dorotheum, C.de Decurion.
3 *lib. 10.* Hinc reſtitutio nunquam in præ-
iudicium iuris tertii acquiſiti trahitur,
Bald.in l.Gallus, §.& quid ſi tantum
num. 15.ff de lib.& poſthum. Imola, Ca-
ſtrenſ.& DD.in d.§.& quid ſi tantum,
etiam in minimo præjudicio, *gloſ.in cap.*
cum olim in verbo ſine præiudicio de con-
ſuetud. Decius, & Felin. in cap. ſuper eo
de offic.deleg. tanto igitur fortius in præ-
cedentia acquiſita, cum præcedentiæ
4 cauſa magni præiudicii reputetur, *Pu-*
teus deciſ.440. lib.2.& deciſ.6.lib.3.Se-
raſin.deciſ.22.num.2. & deciſ.81. nu.1.
Gonzal. ad regul.8.in proœm.§.4.nu.3.
Vndè iura ſerio mandarunt alterum
alteri præeſſe, & ſubeſſe *l. 1. & 2. Cod.ut*
dignit. ordo ſervetur lib.12. l.lege, C.de
erog.milit.annonæ lib.12. l.fin. C. de pri-
vil.eorum, qui in Sacro Palatio lib. 12.c.
ſolite de maior.et obedient. Menoch.conſ.
126.num. 1.in 2.
5 Et quod Officialis privatus ... m
verò reſtitutus non recuperet antiquũ
locum, eſt *tex.in l.2.* ubi *Bart.in ſin. ul.*
caſu. ff. de decurion. Ancaran. in cap. ex
inſinuatione num.4.de ſimonia, Iaſon in
d. §.& quid ſi tantùm num.71. & *161.*
Galliaull.num.57. Pariſ.de reſignat. be-
neficii lib. 3.q.3. num. 73. Garzia Gi-
rond.de privil.& exempt. expl. nu.512.
verſ.ſi quis indè num. 6.àter.
Maximè ſi per delictum eſſet priva-
tus *cap.mandamus 19. q.* ... ultimus
in choro ſedeat, quem extollit *Felin. in*
d.cap.ex inſinuatione n.5.verſ.maxime,
quando propter delictum.
6 Nec obſtat, quod verbum reſtitutio
plenaria, quò ad fructus, & honorem
denotat reſtitutionem ad *l. 1. C. de ſent.*
paſſ. cap.ſi quem pænituerit verſ. 2. q. 3.
Azo in ſumma de in integrum reſtit. p. 1
7 *q.51.à num.5.& 74.& ſeq.* quia intel-
ligitur præter tertio acquiſita, *gloſ.in*
loco prædicto, & alii DD. & gloſ.in cap.
quamvis de reſcript.in 6.
8 Inſuper ſententia in iudicatum tran-
ſacta tolli non poteſt per Principis re-
ſcriptum, *cap.expoſita ae* ... *r.l.ultim.*
C.ſent.reſcind. non poſſe, l. 1. C. de re iu-
dic. niſi gratioſa Principis reſtitutione
quis fuiſſet reſtitutus, *Mantic.dec.305.*
num.1.

9 Cumque privilegii tenor ſit attendẽ-
dus ad *cap. porrò*, ubi *gloſ. verb.teno-*
rem de privileg.& cap. ad audientiam
de decimis. Bald.conſ. 207. in 2. Becc.
conſ.36. num. 5. ſi enim expreſsè dixe-
10 rit, quod ex certa ſcientia, motu pro-
prio, & plenariè reintegretur, quia
tunc conſtat Principem voluiſſe plena-
riè reſtitutionem, benè recuperat locũ,
ſecus ſi ſimpliciter reſtituat, ut per
Gratian.diſcept.845. à num. 21. uſque
ad 25.
11 Vt in clerico privato à Papa reſtitu-
to, ut noluerit patrono laico præiudi-
care, cui interim per ſententiam fuit
ius quæſitum, niſi expreſsè deroget iu-
ri patronatus acquiſito, ut poſt *gloſ.pen.*
in d. cap. quamvis de reſcript. in 6. per
Lambert.de iure patronat.artic.89.prin-
cipaliter, Peregrin. de iure Fiſci lib. 5.
tit.2.num.41.cum ſeq. Io. de Silva de
ben. ...*q.11.p.3.num.* ... *Rota deciſ. 48.*
de ſucceſſione præbendæ in antiquis.
12 Quod ſi ... privaverit actuali di-
gnitate, & quod alias dignitates conſe-
qui non poterat, non extenditur ad an
tiquam, ex *l.3.C.de ſenten.paſſ. Cyn.in*
l.fin.2.col. ubi *Alberic.2.col.in fine, C.de*
ſent.paſſis; ideoque reſtitutus, ſivè Cle-
ricus, ſivè Officialis ſimpliciter ultimus
in choro ſedere debet, ex *d cap.manda-*
mus 19.q. ... & quæ poſt privationem de
novo ſuperveniunt, & quod ſententia
non abſtulit, reſtitutio ... ad re-
gulam, *l.fin.§.fin. ff.de ſent.paſſis*, ubi
Bart.num.4. imo, nec pleniſſima reſtitu-
tio reſtituit, ut poſt alios, quos adducit
de Ponte conſ.69.num.23. lib.1.
14 Vt filius deportatione pendente, ſi
avo morienti, nepos proindè ſuccedit,
ſi pater poſtea reſtituatur non aufertur
nepoti hæreditas hæc acquiſita, ut per
d.D.de Ponte d.conſ.69.n. 11.
15 Et in feudo devoluto ſecundogenito
ob rebellionẽ primogeniti, qui tũc tem-
poris erat incapax, & locum non habe-
bit reſtitutio ad feuda hæc ſecundoge-
nito devoluta, *Andr.in cap. 1.§.præterea*
col. 3.quæ ſit prima cauſa beneficii amitt.
Franch.deciſ.213. num.3. qui caſus eſt
16 fortior, cum adhuc vivente patre pri-
mogenitus dicatur Dux, & Comes, &
gau-

recipiendo rem penes ſe, cenſetur habere ratum negotium geſtum, licet nō ex mandato; At ſi ignorans pretium, receperit, debet, vel totum pretium ſolvere, vel rem dimittere, quod eſt ad ſui electionem, juxtà *text. in l. cum quaritur 17. de adminiſtrat. tutor.* quæ dicir *Salycet.* notanda, & ſic antè ratihabitionem relinquunt in electione mandantis, velit nè totum approbare, vel reprobare.

OBSERVATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Revocatio procuratoris ob ſuſpictionem ſupervenientem, an de jure fieri poſſit?*

2 *Mandatum procuratoris cenſetur revocatum propter mutationem morum procuratoris, quia præſumitur mutatio voluntatis.*

3 *Mutatio morum in deterius facit cenſeri revocatum mandatum.*

4 *Bona fides in mandato maximè eſt cōſideranda, illa ceſſante propter dolū, mandatum de per ſe finit.*

5 *Mutatio rerum, ac nova cauſa emerſio eſt juſta cauſa revocandi mandatū, & ipſo jure ex hoc finitur.*

6 *Mutatio præſumitur, rebus in eodem ſtatu non permanentibus, vel quando ſuperveniſſet aliqua cauſa inconſiderata, de qua nihil tunc eſſet cogitatum num. 7.*

8 *Revocationis juris, vel hominis mandati effectus qui ſint?*

1 PRocuratoris revocatio de jure fieri poteſt ob ſuſpictionem ſupervenientem, ut eſt *text. apertus in l. Item 19. cum duobus præcedentibus, ff. de procurat.* per quem *text.* & per *l. cum quis 38. in princ. ff. de ſolut. & l. propter litem 23. ff. de excuſ. tutor.* revocari poſſe procuratorem, etiam re non integra, & poſt cæptum negotium in puncto cōſuluit *Angel. videndus in conſ. 225.* punctus talis eſt ſub *num. 3. verſ. tutum igitur*, etiam ſi adeſſet promiſſio de non revocando, quia ſemper ille caſus cenſetur exceptus, maximè quando ex parte procuratoris advenit ſuſpictio per *l. quidam. ff. de verbor. obligat. & alia jura ibi in fine ab Angelo citata*, quem ſequitur *Cardinalis Tuſcus practicar. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ. 860.* & regulare eſt juſtam cauſam revocandi procuratorem eſſe, quando conſtituens dubitat de ejus fide, nám revocabit, etiam ſi promiſiſſet non revocare, quia hic caſus cenſetur exceptus, ut notabiliter voluit *Batrig. in cap. in noſtra nu. 4.* per illum *tex. de procur.* quem ſequitur *Magon. deciſ. Lucenſi 25. ſub nu. 71.*

2 Inſuper ſemper mandatum cenſetur revocatum propter mutationem morū procuratoris, quia præſumitur mutatio voluntatis, & quem Dominus hoc à principio prævidiſſet, illum non conſtituiſſet, ut notabiliter voluit *Bart.* per illum *text. in l. in confirmando 8. nu. 2. ff. de confirmando tutore*, & in *l. ſi cum Cornelius 82. num. 1. ff. de ſolut. Bald. in l.*

3 *mandatū 15. n. 14. C. mandati*, ubi quod mutatio morum in deterius facit cēſeri revocatum mādatum ſequitur *Alciatus reg. 2. præſumpt. 16. nu. 1. & 4. Menoch. lib. 6. præſumpt. 37. num. 18.* & optimè *Fabius de Anna in conſ. 82. à num. 33. uſque ad finem*, ſignanter *nu. 38. & 39.*

4 & bona fides, quæ maximè in mandato eſt conſideranda, illa ceſſante (propter dolum) mandatum finiri de per ſe, tradit *Bald. in d. l. mandatum ſub num. 14. verſ. quinta eſt*, ex *text. notab. in l. creditor, §. Lucius in fine, ff. mandati in illis verbis* (reſpondi cum de quo quæritur

5 plenè quidem, ſed quatenus res ex fide agenda eſſet mandaſſe) juſta enim eſt cauſa revocandi mandatum, rerum mutatio, ac novæ cauſæ emerſio, imò ipſo jure, ex hoc finitur, ut voluit *Bald. in d. l. mandatum ſub num. 14. verſ. quāta eſt, C. mandati*, nám rebus in eodem

6 ſtatu non permanentibus, voluntatis mutatio indè præſumitur, nempè quando res incidit in caſum, in quem veriſimile ſit, diſponentem aliter diſpoſiturum, ut ex *l. in confirmando, ff. de confirmat. tut.* & aliis juribus probat *Alciat. d. reg. 2. præſumpt. 16. num. 5.* quod præcipuè procedit in contractibus, *l. quæro, §. in-*

§.*inter locatorem ff.locati,l.ſi fuerit in princ.ff.pro ſocio*,tradit *gloſ.fin.in l.quod ſervitus.ff.de condit.ob cauſam* , & ibi *Iaſon num*.8. & latè *Tiraquell. in repet. l.ſi unquam in præfat. num*.61. & 180. & eſt notiſſimum, quod amplius procedit, vel quando prima voluntas proceſſiſſet ex errore, ut per illum *tex*.
7 declarat *Bar.in l.fin.§.item quæſitum,ff. de condit. indebit*. vel quando ſupervenisset aliqua cauſa inconſiderata, de qua nihil tunc eſſet cogitatum, ut ex *gloſ.in can.nè quis 22. q. 2.* & ex *Bald. Salyc.& aliis in l.fin. C. de non num. pecun*. & ex notatis in *cap.cum inter P. de*
8 *renunciatione tradit Alciat.loco citato*, ex prædicta autem juris,& hominis revocatione mandati duorum alterum, vel utrumque efficitur, videlicet, vel quod omnia geſta poſt eam facta ſunt nulla, ex notatis in *cap. ex parte Decani 33. de reſcriptis in cap. in noſtra 4.& in cap.mandato 13*.ubi *gloſ.verb. à Domino de procurat.in cap.fin. eodem tit.in 6.in Clem. unica de renunciat.in l. mandatum,C.mandati*, & in *l. falſus,C.de furtis in §.rectè quoque inſt. eod*. vel ex geſtis per eum non obligatur conſtituens,ut in dictis locis

OBSERVATIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio indemnitatis importat promiſſionem ſolutionis in beneficium eius, cui indemnitas fuit promiſſa.*
2 *Paria ſunt promittere indemnitatem, vel ſolutionem,nedum ſortis principalis, ſed etiam totius intereſſe.*
3 *Promiſſio indemnitatis ab omni moleſtia, quæ inferretur comprehendit, etiam id,quod fieret reſiſtendo.*
4 *Idem eſt promittere ſe ſoluturum, vel indemnitatem præſtaturum.*
5 *Indemnitas promiſſa continet defēſionem.*
6 *Obligatio defendendi continet factum individuum.*
7 *Promiſſor indemnitatis compellitur judicium ſuſcipere.*
8 *Promittens indemnitatem, videtur etiam promittere damnum ex cauſa proveniens.*
9 *Promiſſor indemnitatis tenetur ad ſolvendum omne damnum, & intereſſe, quod patietur ille, cui indemnitas eſt promiſſa.*

1 Promiſſio indemnitatis importat promiſſionem ſolutionis in beneficiū ejus, cui indemnitas fuit promiſſa ad *tex.in l.1. C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, Bart.in l.quaero,ff.locati,Soccin.*
2 *conſ.29.viſis in prin. lib.3*.& quia paria ſunt promittere indemnitatem, vel ſolutionem, ut ait *Paul. de Caſtro in conſ. 397. ad primum quæſitum lib. 1.* quod extendit nedum ad ſolutionem ſortis principalis, ſed etiam totius intereſſe, ut ait *Bart.in d.l.quaero num.5.ff.locati*, quod notabiliter facit *l.1.& 2. C.ſi mater indemn.promiſ. Abb.in conſ.43. vi-*
3 *detur 1.col.1.lib.1*.Quod etiam ampliatur,quia promiſſio indemnitatis ab omni moleſtia, quæ inferreretur comprehendit etiam id, quod fieret reſiſtendo, & excipiendo ad notata in *l. Lucius, §. tres hæredes,ff.ad Trebellian.Alex.conſ. 52. viſo teſtamento in princ.lib.2.Capyc. deciſ.69.num.9.Cardinal.Tuſc. concluſ.*
4 *88.lit.I*.cum idem ſit promittere ſe ſoluturum, vel indemnitatem præſtaturum *l.2.C.de ſentent.quæ ſine certa quātit.l.fin.in princ.ff.ſi certum petatur*.

Secundo, quia indemnitas promiſſa
5 continet defenſionem l.*pater,ff.de dote preleg*.ubi *Bart*. declarat,quod obliga-
6 tio defendendi continet factum individuum, idem *Bart.in l.4.§. Cato,ff. de verbor. obligation. in 2. q.* itá ut hæres eius qui promiſit indemnitatem tenetur in totum, quia obligatio defendendi eſt individua, juxtà *l.2.§.ex his. ff. de verbor.obligation.cum aliis adductis per Gregor.Nacl.in repet.Clem*.ſepè *de verbor.ſignificat.num.44.tom.6.*

Tertio,quia ſi quis promiſerit indē-
7 nitatem,compellitur judicium ſuſcipere *Bart.in l.pater in princ.ff.de dote preleg*. quo etiam in caſu dicitur totum periculum ad illum ſpectare idem *Bart. in l.ſi perluſorio, §.1. ff. de appellat.* ut

latius

latius notat Mãgil. *in tract. de evictiõn.*
8 *q.198. num.1. uſque ad 7.* ex eo, quia promittens indemnitatem, videtur etiã promittere damnum ex caſu proveniẽs *l. 1.* ubi *Salycet. Cod. de commodato l. ſtipulatio iſta, §. quæſitum, ff. de verborũ obligat. Alber. in l. cum pupillus, ff. rem pupilli ſalvam fore Bart. in d. l. quaro, ff. locati, Cancer. tit. 5. de fideiuſs. num. 82.*
9 dicit promiſſorem indemnitatis teneri ad ſolvendum omne damnum, & intereſſe, quod patietur ille, cui eſt promiſſa indemnitas, *gloſ. Bart. Alex. & alii in l. quaro, ff. locati, Bartus deciſ. 34 vol. 2.*

OBSERVATIO XCV.

SVMMARIVM

1 *Promittens ſolvere in loco certo ibi conveniri poterit, etiam ſi ibi non reperiatur.*

2 *Tempus congruum arbitrio Iudicis ſtatuendum eſt ad locum deſignatum accedendum.*

5 *Quando debitor, & creditor ſunt ejuſdem fori dies interpellat, & in mora cõſtituit ſecus ſi eſſent diverſi fori.*

4 *Promittens ſolvere ubicumque placuerit creditori, non poteſt trahi extra locum domicilii.*

5 *Pactum quod debitor ubique conveniri poſſit intelligitur de loco idoneo, vel ubi debitor repertus fuerit.*

6 *Locus idoneus, dicitur vel ratione domicilii, vel ubi repertus fuerit debitor.*

1 PRomittens ſolvere certo in loco conveniri ibi poterit, etſi ibi non reperiatur *DD. in l. ſi cõvenerit*, ubi *Iaſ. num. 15. & Dec. num. 20. ff. de juriſd. omnium Iud. l. 3. §. qui ità, ff. de eo quod certo loco, & in l. pen. C. de pactis, Bar. in l. Titium, §. & ſi res ff. de adminiſt. tutor Aretin. conſ. 10. num. 3.*

2 Tamen tempore congruo eſt ſtatuẽdum judicum arbitrio ad locum illum accedendum, *l. ſi continuus. §. cum ità, & l. interdum, ff. de verb. oblig. Menoch. in*
3 *arbitr. centur. 14. caſu 2.* quando debitor, & creditor ſunt ejuſdem fori dies interpellat, & conſtituit in mora, ſecus ſi eſſent diverſi fori *l. in illa in princ. in verbo non venit*, & ibi *Bart. ff. de conſtit. pecunia, Iaſ. in l. ſive legati cauſa 15. nu. 6.* ſignanter limita, *ff. de verbor. obligat.*

4 Promittens ſolvere in quocumque loco placuerit creditori non trahi poteſt extra locum domicilii *l. mevia in fin. ff. de annuis legat. l. cum patronus, ff. de oper. lib. Bart. in d. l. ſi convenerit. num. 4.*

Secus ſi fuiſſet inventus in quocumque loco placuerit creditori, quia tũnc ubicumque fuerit inventus potuit conveniri per *l. hæres abſens, §. 1. & l. ſejus, ff. de judic. l. cõtraxiſſe, ff. de act. & oblig.* quod ubicumque inveniatur contraxiſſe cẽleatur *Bar. in d. l. ſi convenerit, Cãcer. var. reſol. lib. 2. cap. de ſolut. nu. 149. & 150. Bald. conſ. 167. num. 2. & 3. in 3. in l. poſt rem num. 15. ff. de re judic. Galleſ. de oblig. Camerali p. 8. n. 1. Burgoſ. dec. 1. nu. 8. 1. p. Roland. conſ. 6. num. 3. in primo, Abb. in cap. ſignificãte de pignor. num. 5. in §. plus autem num. 22. de action. Bertran. coſ. 138. in primo.*

5 Pactum quod debitor ubique conveniri poſſit, intelligitur de loco idoneo, *gloſ. in l. cum qui, ver. quocumque loco, ff. de judic. gloſ. in l. ſi duo, §. ſed & certo loco, ff. de conſtit. pecunia, gloſ. in l. qui certo in verbo quilibet, ff. de cond. in*
6 *deb.* & dicitur locus idoneus, vel ratione domicilii, ut dicit *d. gloſ.* vel quia in aliquo loco repertus fuerit debitor *gloſ. in l. unica, verbo, & alio loco, Cod. ubi conveniatur quod certo loco dare promiſ. Bald in rubr. nu. 6. C. de conſt. pecun. Iaſ. in §. plus autem num. 25. Marta voto 96. & de clauſ. clauſ. 34.* quod poſſit ubique conveniri, &c.

OBSERVATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra plures ſimpliciter prolata, an condemnati teneantur in ſolidum?*

Et quid ſi tractetur de judicio individuo, num. 2.

1 PLures una ſententia condemnati ſimpliciter tenentur pro rata, niſi adſit in ſententia verbum inſolidum ad *text. in l. 1. Cod. ſi plures una ſententia, l. Paulus reſpondit 43. ff. de re judic. Gomeſ. var. tom. 2. cap. 12. de duob. reis. Afflict. deciſ. 215. Giurb. deciſ. 46. num. 1.* niſi renunciaverit beneficio diviſionis in contractu, ex *Rongegallo in l. 3. §. ubi duo num. 133. Riminald. conſ. 159. nu. 39 idem Giurb. loco citato in fine,* & niſi tractetur de judio individuo, quia in individuis ſolutio partis ſatis nec eſt *l. fideicommiſſa, §. ſi in opere, ff. de leg. 3.* & ideò ſi hypothecaria fuerit actum contra plures, quilibet ex condemnatis in ſolidum teneretur, quia hypothecariũ Iudicium, eſt individuum, licet actio perſonalis, cujus acceſſoria eſt hypothecaria, ſit dividua *l. 1. & 2. Cod. ſi ex pluribus hæred. Craver. conſ. 77. num. 15. Afflict. dec. 213.* & ibi *Vrſill. Cancer. cap. 17. de ſententiis cum aliis per nos adductis in controverſ. 35. num. 7. cum ſeq.* & ità per S.R.C. ſub die 24. menſis Decembris 1667. fuit deciſum in cauſa Baronis Caroli Gizzii, contra Baronẽ Petrum de Monte, in Banca Magnifici Vincentii Lombardo S.R.C. Act. Mag.

Deciſ. S. C.

OBSERVATIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Ponens fateri videtur contenta in poſitionibus.*

2 *Reſponſio rei quod non credit, ut ponitur non eſt ſimpliciter negativa, ſed implicita.*

3 *Poſitionibus præſentatis poſt concluſionem an ſit reſpondendũ? & quid jure Regni ſervatur n. 4.*

1 POnens fateri dicitur contenta in poſitionibus *cap. fin. de jurejur. in 6. Alex. conſ. 35. col. 1. in 7.* nec quis poteſt ſe fundare in poſitione, quam negavit *Bart. in l. poſt legatum in princ. col.*

2 *fin. ff. de his quibus, ut indig.* quod ſi dixerit, quod non credit, ut ponitur, non eſſe ſimpliciter negativam, ſed implicitam per *Papienſ. in forma reſpõſi rei in gloſ. narrata, prout narrantur;* ideò potuit eam declarare in parte veram, quã credit, & quam non credit, ut in terminis *Simon de Petris in conſ. 128. num. 4. 2. centuria*

3 Et quod ſit reſpondendum poſitionibus, etiam poſt concluſionem productis docent *Angel. in l. peremptorias, C. ſent. reſcind. non poſſe, Specul. depoſitionibus, §. 4. num. 2. Mynſing. obſerv. 34. in fine cent. 1. Carpan. in ſtatut. Mediolan. cap. 83. ſub num. 52. Scaccia de iudiciis p. 1. cap. 60. num. 9. & ſeq.* qui alios citat *Innoc. Felin. & Bald. in c. ultra tertiam de teſtib. Marſil. ſing. 110. Blaſ. Michalor. depoſitionibus cap. 26. à num. 13. Marcus Anton. peregr. deciſ. Patavina 126. ſub num. 9. Aſinius in practica §. 19. cap. 21.* verum in Regno *per R. Pragm. 4. de dilationibus, vulgariter dicta de 28. capitibus ſub num. 7.* poſt concluſionem in cauſa eſt prohitum, niſi in caſibus ibidem expreſſis.

OBSERVATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Procurator qui functus eſt, etiam officio advocati, an debeat habere duplicatum ſalarium?*

1 PRocurator qui functus eſt etiam officio Advocati, & ſic duplici munere, debet juſtè habere duplicatum ſalarium, per *text. in l. iis ſcolaribus, C. de erog. milit. Annonæ lib. 12.* ubi *Io: de Platea num. 1.* & idem *Platea in l. 3. nu. 3. Cod. de dignit. lib. 12. Paulus Granuſius theorem. 12. cap. 64. num. 9. Flores Diez variar. quæſt. lib. 1. q. 8. num. 52. fol. mihi 74.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio antecedens occultè facta, quæ palam fieri poterat, non vitiat actum factum cum alio.*

2 *Proteſtatio, quæ fit contra teſtes quid operetur?*

1 PRoteſtatio antecedens occultè facta, qnæ palam fieri poterat non vitiat actum factum cum alio, ut dicunt *DD. in l. qui alienas Celſus*, & ibi *Alexand. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. nō ſolum, §. morte in 7. col. & ſequenti, ff. de novi operis nunciat.* & habetur in *l. cum plures, §. locator horrei, ff. locati, & in cap. ſollicitudinem de appellat.*

2 Proteſtatio, quæ fit contra teſtes habet unum mirabilem effectū vз. quod ſi contingat teſtes deponere aliquid ad favorem alterius partis proteſtantis nō faciunt fidem in ejus favorem, & ratio eſt, quia per dictam proteſtationem cenſetur declarare, ſe nolle eis fidem adhibere; ità de hoc eſt *text. in cap. præſentium in fine de teſtibus*, ubi *Felin. expreſſè tenet in ultimo articulo ad Marantam in ſpecul. p. 6. num. 4. cap. 132.*

OBSERVATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Educatio pupilli regulariter præponitur arbitrio Iudicis, qui poteſt etiam à teſtatoris voluntate recedere.*

2 *Pupillus poteſt educari penes matrem, & Vitricum bonæ vitæ.*

3 *Mater etiam ſi in aliqua parte ſuccederet poteſt filium pupillum educare.*

4 *Subſtitutus licèt poſſit eſſe tutor pupilli, non tamen poteſt eſſe educator propter ſpem ſucceſſionis.*

5 *Spes futuræ ſucceſſionis inducit votum captandæ mortis.*

9 *Mater poteſt eſſe educatrix pupilli, nō obſtante ſuſpictione.*

1 PVpillus, & ſi [illegible]gulariter in arbitrio Iudicis ſit repoſitum, ubi ſit educādus, adeò ut poſſit etiam à teſtatoris voluntate recedi ad *l. 1. ff. ubi pupillus educari debeat*, cum tamen cauſæ cognitione, ad *Bald. conſ. 487. ſer Franciſcus in 5.* præſertim circa vitæ educantis merita ad *Aymon. conſ. 190. Menoch. in arbitr. caſu 168. per tot. Afflict. deciſ. 183.* ubi *Vrſill. num. 3. Grammat. deciſ. 55. excluſa binuba matre ad l. 1. C. ubi pupill. Ancharan. conſ. 316. in cauſa col. 2. Napodan. in conſuetud. Neap. ſi quis habet in verbo cuicumque de aliment. præſtand. Anna pater ſingul. 395.*

2 Limitatur primo in matre, & vitrico bonæ vitæ, ad *Alber. in l. 1. C. ubi pupill. Curt. iun. conſ. 94. circa primum 2. col. Franciſc. Marc. deciſ. 131. & 192. 2. p.* & amplius datis aliis ſubſtitutis pupillis educandis, namque tunc ſuſpictio eſſet cum ſubſtitutis, *Guid. Papa deciſ. 539. Cravetta conſ. 18. & dicto conſ. 190. Fab. de Anna conſ. 33. Menoch. conſ. 62. in primo, Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. des infans, §. 4. gloſ. 12. & rub. 6. §. 8. Io: de Amicis cōſ. 3. Durand. de arte teſtandi tit. 7. caut. 5. Cavalc. de tutore, & curatore num. 201. Cagnol. in l. hoc colore num. 10. ff. de inoffic. teſtam. Surd. de aliment. tit. 4. q. 16.*

Tanto magis, quod mater non eſſet ſucceſſura, *Grammat. dicta deciſ. 55. Menoch. dicto conſ. 62. á num. 12. cum ſeq. de Franch. deciſ. 350. Io: Baptiſta*
3 *Conſta de retrotract.* Imò etiam, quod mater ſuccederet in aliqua parte, & non in totum, ex *Ripa ex l. ex facto nu. 66. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. de Franch. dicta deciſ. 350.* poſt *num. 3.* cum ſemper penes matrem ſint educandi, ad *DD. in l. penultim. Cod. de patria poteſt. in dicta l. 1. C. ubi pupill. gloſ. in l. 1. verbo tempore, in l. fin. verb. conſtituatur, ff. ubi pupill. Guid. Pap. dicta deciſ. 539. num. 3. in fine.*

4 Et adeò ab educatione excluditur ſubſtitutus, ut licet poſſit eſſe tutor teſtamentarius, tamen non poteſt eſſe educator in *l. amiciſſimos, ff. de excuſ. tutor.* propter ſpē ſucceſſionis *ad gloſ. in dicta l. fin. C. ubi pupill. in l. 1. verſ. deni-*

que,

que, *ff. ubi pupill.* gloſs. *in l. qui ventri, ff.*
5 *de ventre inſpic.* quia ſpes ſubſtitutionis futuræ inducit votum captandæ mortis, & licet qui prior eſt in ſucceſſione debeat prius eſſe tutor in *auth. de hared. ab inteſt. §. ex his autem*, & in *auth. ſicut Cod. de legitima tutela*, non tamen educator, *Guid. Papa loco cit.*
6 & non obſtante ſuſpicione educatur penes matrem, *Salycet. in l. 2. C. ubi pupilli educ. debeant*, *& Vrſill. in dicta deciſ. 183. num. 2. & Franch. deciſ. 333. num. 4.* ait, quod limitatur regula prædicta in matre paupere, *Bald. in l. alimenta, C. de neg. geſtis.*

FINIS CENTVRIAE TERTIAE.

PRÆ

PRACTICARUM
OBSERVATIONUM
RERUM SINGULARIUM
Cum Deciſionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium.

CENTURIA IV.

OBSERVATIO I.

SUMMARIUM.

1 *Prorex prout Iudex poteſt aſſenſum præſtare in matrimonio contrahendo cum conſenſu tutorum, ſi inter ſe diſcordant.*

2 *Iudex ubicumquè partes diſcordant ex officio eligere debet.*

1 PRorex, prout Iudex poteſt aſſenſum præſtare in matrimonio contrahendo cum cõſenſu tutorum, ſi inter ſe diſcordant juxtà *text. in l. 1. C. de nuptiis ibi* (cum de nuptiis puellæ queritur, nec inter tutorem, & matres, & propinquos de eligendo futuro marito convenit, arbitrium Præſidis Provinciæ neceſſarium eſt) & ibi *gloſ. in verbo arbitrium ſubdit ad effectum, ut diſcordia ſedetur*, ad idem eſt *text. in §. ſed ſi ex teſtamento, verſ. ſin autem inſtit. de ſatiſdat. tutor. vel curator. ibi* Prætor partes ſuas interponere debet, *Bald. in l. 2. C. de relation. dicit*, quod ubicumque partes di-
2 ſcordant, Iudex ex officio eligere debet, quia poteſt ex officio, ubi ſunt duo electi diverſa conſulentes, acceptare unum conſilium, & aliud refutare, ut ſingulariter notat *Bart. in l. duo Iudices in fine, ff. de re judicata, Maſtrill. in deciſ. 223. num. 21. cum ſeqq.*

OBSERVATIO II.

SUMMARIUM

1 *Quando duæ clauſulæ proferuntur, prima affirmativa pura, & generalis, ſecunda conditionalis, ſemper prima attenditur.*

2 *Hæres ſi primò quis ſimpliciter, & purè inſtituatur deindè ſub conditione prima inſtitutio attenditur.*

3 *In criminalibus ſemper eſt interpretatio ad excluſionem delicti ſumenda.*

1 QVando duæ clauſulæ proferuntur, prima affirmativa, pura, & generalis, ſecunda conditionalis, ſẽper prima attẽditur *text. notabilis in l. ſi te ſolũ, §. 1. ff. de hæred. inſtit.* ubi ſi primò quis ſimpliciter, & purè hæres inſtitui-
2 tur, deindè ſub conditione, prima inſtitutio attenditur. Ad idem *not. text. in l. ſi id quod in princ. ff. de reſcind. vẽdit.* ubi ſi venditio prima fiat purè, & ſimpliciter, deindè ſub conditione, prima attenditur, & hoc ea ratione, nè in

in continenti præſumatur facta correctio, & multò magis id dicendum in criminalibus, in quibus ſemper ea capitur interpretatio, quod delictum ex-
3 cludat *l. item apud labeonem*, *§. ſi communem, ff. de iniuriis l. ſemper in obſcuris, ff. de regulis jur. cum concord.*

OBSERVATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Quarta omnium bonorum qualiter debeatur conjugi inopi nulla dote conſtituta?*
2 *Authentica præterea C. unde vir, & uxor habet locum, tàm ex teſtamento, quam ab inteſtato.*
3 *Vxor decedente viro ab inteſtato veniet cum liberis ad hæreditatem, & quibus modis.*
4 *Authẽtica præterea in conjugis beneficium, quos effectus producat, & nu.5.*
6 *Quarta uxoria debetur, tàm uxori inopi in bonis viri divitis, quàm viro inopi in bonis uxoris divitis.*
7 *Quæ requirantur ad hoc, ut locum habeat* d. Auth. præterea, C. undè vir, & uxor?
8 *Ratio finalis* d. Auth. quæ ſit?
9 *Dictio propterea quid importat?*
10 *Conjux ſuperſtes inops quid conſequi debeat in bonis prædecedentis divitis, quo jure ſuccedat?*
11 *Vxor vidua videtur adhuc eſſe in matrimonio viri.*

1 QVarta omnium bonorum qualiter debeatur conjugi inopi nulla dote conſtituta, nec quarta in bonis viri divitis relictis filiis ex primo matrimonio, & qualis, quanta, & de quibus bonis debeatur, latè habetur in *deciſ. D. de Franch. 318. 2. p. per diſpoſitionem Auth. præterea, C. undè vir, & uxor.*
2 *Bald. in d. Auth.* præterea dicit, quod habet locum, tàm ex teſtamento, quã
3 ab inteſtato ſi vir decedit ab inteſtato, uxor veniet una cum liberis ad hæredi-
4 tatem per *d. Auth.* dum dicit, ſuccedet; ſi verò filios in teſtamento inſtituat, ſivè conjugem omninò prætereat, ſive aliquid ei relinquat, modo habebit coniux portionem hanc conditione ex lege iſta, ſi alias dicitur, & intelligitur *auth. Presbiteros, C. de Epiſc. & Clericis*, & inſuper ait, quod jus ſuccedendi per ipſam *Auth.* eſt perpetuum, quod eſt notatu dignum.
5 Prætetea dicta *Auth.* duo facit ſcilicet defert, & præfert, defert enim quartam, & in hac quarta præfert conjugem liberis, undè licet conjux non exiſtentibus liberis non veniat ex jure prælationis, quia prælatio ſua extrema requirit, venit tamen ex jure delationis, *l. ſi poſt mortem*, *§. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. cum patrem, ff. de*
6 *bonor. poſſeſſ.* quod ſi matrimonium eſt cum magna dote, & maritus ſuperſtes eſt inops, an lucrabitur ſaltem quartã partem dotis per *d. Auth.* & dicit *Cyn.* quod ſic, ſicut illa dos non eſſet dos, ſed eſſent bona para frenalia, ut *l. licet, ff. de jure dotium*, poſt *gloſ. per Cyn.* quod non eſt alibi; *Bald. ibidem num. 6. & 7.*
7 *Fabian. de Pepis in repetitione, d. Auth. præterea num. 4.* ait; quod quatuor requiruntur ad hoc, ut vindicet ſibi locum diſpoſitio *d. Auth.* Primum quod matrimonium fuerit contractum. Secundum quod non ſit dos; Tertium, quod conjux prædecedens fuerit locuplex; quartum, quod conjux ſuperſtes laboret inopia, & iſtis quatuor concurrentibus admittitur ſuperſtes ad portionem contentam in dicta *lege* idemq;
8 tenet, *Ludovic. Gozad. in repet. d. Auth. præterea num. 2.* ſubiungens *n. 14.* quod ratio finalis fuit inopia ſuperſtitis, quæ tantum debet attendi, cum expreſſa patet *in §. quoniam vero in auth. de exhib. reis* undè ſumitur dicta *auth. præterea in principio.* Ibi: *quod cum quidam cohærentes mulieribus indotatis deindè morientes filii verò vocabantur ad parẽtum hæreditatem, mulieres vero licet decies millies in ſtatu legitimæ conjugis manſerint, attamen eo quod non ſit facta dos, neque ante nuptialis donatio, nihil habere valentes noviſſimi viventes*
9 *inopia propterea ſancimus*; nàm dictio propterea oſtẽdit cauſam finalem, quæ movit ipſum Imperatorem, *arg. tex. in*

l. 2.

Digitized by Google

l.2.ff.de uſuris cap.1.de reſtit.ſpoliat. & ſic dos, ſeù donatio propter nuptias ſolum conſideratur reſpectu inopiæ, & coniux ſupetſtes, cui eſt quærenda portio legalis; in bonis prædecedentis nõ conſequitur plus, quam conſequitur unus ex filiis, vel comunibus, vel prædecedentis tantũ, & ſic prioris matrimonii, ſed potius minus, ut quia eſſent duo, vel unus.

10 Quod ſi matrimonium ſit ſine dote, & alter conjugum præmoriens ſit locuplex, quod ſuperſtes ei ſuccedit, non ſolum de jure prætorio, ſed etiam de jure civili, ſecundum formam *d. Auth. præterea*; Nàm ſi matrimonium eſſet ſine dote, mulier cogeretur mendicare in magnum dedecus mariti prædefũcti, contra *l.unum,ex familia,§.fin.ff.de leg.*
11 2. ex quo uxor vidua videtur adhuc eſſe in matrimonio viri.

OBSERVATIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Qui pro alterius debito gravatur, vel gravari timet poteſt Iudicis officium implorare, quod inbibeat antefactũ, ne fiat, & poſt factum, quod revocari debeat.*

1 QVi pro debito alterius gravatur, vel gravari timet, poteſt officiũ Iudicis implorare quatenus Iudex inhibeat ante factum, nè hoc fiat, prout ait *Bal.in l.3.C.qui bonis cedere poſsunt, quod alibi non reperitur ità expreſſum;* poſt factum autem benè reperitur, quod debet revocari, *l. ob maritorũ,C.nè uxor pro marito,gloſ. & Bart. in l.ſi contendat,ff.de fidejuſſoribus*, idẽ *Bald.in l.ſi ſuper poſſeſſorio, C. de tranſaction. Paul.de Caſtro in d. l.ſi contendat, ff. de fidejuſs.* & vide notata per *Gloſ.& Bart.in d.l.ſi contendat,ff.de fidejuſs.*

OBSERVATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Contractum ſi quis in re minima non obſervat, nihil obſervare intelligitur.*
2 *Fidejuſſores idoneos inveniens non poteſt dici, quod non ſit ſolvendo.*
3 *Fidejuſſores idonei qui ſunt?*
4 *Correctio fieri non poteſt in alios antè emendationem propriam.*

1 QVi in re minima contractum non obſervat, nihil obſervare intelligitur, quia juramentum eſt individuũ, nam quis in uno contravenire non poteſt, quin in totum contraveniat, ut tradunt *DD.in l.cum proponas, C.de pactis, l.ſi quis major,Cod.de tranſaction. Cravetta conſ.182.num.16. Franc.Beccius conſ.45.num.14.*

2 Qui fidejuſſores idoneos invenit non poreſt dici, quod non ſit ſolvendo, *l. nemo dubitat, ff. de regul. jur.* & intelligitur ſi ſint fidejuſſores, qui non
3 habeant bona veriſimiliter peritura, alias ſecus, *l.2.§.1.ff.ſoluto matrimon. & l.verum,§.ſi locupleti,ff.de minoribus Bart.in l.item liberatur, §.qui paratus, ff.quibus modis pignus, vel hypot. ſolvitur.*

4 Qui vult alios judicando corripere, debet ſua malefacta prius emendare; Is enim poreſt de errore alterius judicare, qui non habet quod in ſe ipſo cõdẽnet *3.q.canone iudicet*, & Tullius cõtra Saluſtium, &c. cavere debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus, demùm malè dicit, *Lucas de Penna in l.juſtas,C.de jure Fiſci lib.10.n.1.*

OBSERVATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio mentis talis eſt, qualis ex verbis prolatis colligitur.*
2 *Voluntas non ſufficit, niſi, & diſpoſitio ſubſequatur.*
3 *Voluntas, & propoſitum in mente retentum nihil operatur.*

4 *Nullum majus, vel ſignificantius eſt mentis noſtræ teſtimonium, quod qualitas inſpecta verborum.*
5 *Sententia animi magis declaratur re, & facto, quàm verbis.*
6 *Animus etiã declaratur per receptionẽ pretii.*

1 QVilibet ſenſiſſe in mente præſu-
mitur, quod verba ab ipſo pro-
lata pro ſe ferunt *l. labeo, §. id*
tubero, ff. de ſup. legata, l. nepos proculo
ad finem, ff. de verbor. ſignif. nec voluiſ-
ſe, quod non dixit, *cap. ad audientiam*
de decimis, cap. inter corporalia de tran-
ſlatione Epiſc. l. unica, §. ſin autem ad
deficientis, C. de caduc. toll. Abb. in repet.
cap. cum eſſes num. 13. de teſtam. ex quo
fit, quod à propria verborum ſignifi-
catione minimè ſit recedendum, *l. non*
aliter in princip. de leg. 3. quantumvis
alia diſponentium voluntas allegare-
2 tur; non enim ſufficit voluntas, niſi, &
diſpoſitio ſubſequatur, *l. quidam, ff. de*
hared. inſtit. Alciat. in d. l. nepos proculo,
3 *verſ. ſentit*; Hinc voluntas, & propoſi-
tum in mente retentum nihil operãtur,
l. cum plures, §. locator, ff. locati, l. ſi repe-
tendi, C de cond. ob cauſam, & ſecundũ
4 *Caſſiodor.* nullum majus, vel ſignifican-
tius eſt mentis noſtræ teſtimonium,
quod qualitas inſpecta verborum, ut
refert *Bald. in rubr. de teſtibus in cap. ſu-*
per litteris num. 11. de reſcriptis in l. vo-
luntatis in fine, C. de fideicomm. Iaſ. in l.
3. in 3. intellectu, C. de liberis præteritis,
5 *Gramm. voto 23. num. 8. Toming. deciſ.*
44. licet enim magis eſt re, & facto,
quàm verbis animi ſui ſententiã decla-
rare, *l. ſi tamen, §. qui vinctum. ff. de adi-*
litio edicto, l. recuſari, ff. de acq. hæred.
l. cum delanionis, §. aſinam, verſ. optimũ
ergo, ff. de fundo inſtructo, l. reſtituta, ff.
ad Treb. l. 3. C. de liber. præter. l. his qui,
ff de tutor. & curat. datis ab his, cap. ſi-
cut enim, cap. qui viderit mulierem 32.
6 *q. 5. cap. ex ſtudiis de præſumpt. cap. 1. de*
Cler. non reſid.

OBSERVATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Honor cum onere annexo procedit.*
2 *Eccleſia ſi vult uti contractu, quem intruſus celebravit, non poteſt pro parte acceptare, & pro parte improbare.*

1 QVi vult habere carnem, non debet
recuſare os annexum, ut per *Lã-*
cell. in l. principalibus, §. ſervum tuum
col. 2. ff. ſi certum petatur, refert, & ſe-
quitur *Nevizan. conſ. 87. num. 16.* & di-
cit *Bald. in cap. nihil col. 3. de elect.* quod
2 ſi Eccleſia vult uti contractu, quem in-
truſus celebravit, debet eum acceptare,
nec poteſt pro parte approbare, pro
parte verò improbare, ut latiſſimè cu-
mulat *Tyraquell. in retract. conventio-*
nali in fine num. 2. & pluribus ſequitur
Surd. conſ. 152. n. 18. vol. 2.

OBSERVATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio opponi non poteſt adverſus tres ſententias, executione non facta.*
2 *Nullitas ex defectu juriſdictionis adverſus ſententias opponi poteſt.*
3 *Defectus juriſdictionis, dicitur inſanabilis, & irreparabilis.*

1 QVi tres ſententias in quavis cauſa
reportavit, de illis nõ poteſt age-
re, nec excipere illarum executione nõ
facta, ad *Clement. ut calumniis de re*
2 *judicata*, tamen quando eſſet nullitas
ex defectu juriſdictionis poteſt opponi,
quia dicitur defectus inſanabilis, & ir-
reparabilis, latè *Staphil. in tract. de ſi-*
gnat. lit. inſtit. fol. 411. num. 11. ut etiam
exclamat *Vantius in tit. de nullit. ex de-*
3 *fectu juriſd. num. 6.* latiſſimè, qui alios
citat *Scaccia in tract. de appellat. q. 17.*
limit. 19. Guazzin. ad defenſam defenſ. 1.
in primo tract. n. 5.

OB-

OBSERVATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Prædium duobus in ſolidum diſtractũ, Is potior eſt in detinendo dominium, cui traditum eſt.*

1 QVoties duobus inſolidum prædium
jure diſtrahitur, manifeſti juris eſt
eum, cui priori traditum eſt in detinen-
do dominio eſſe potiorem, *l. quoties, C.
de rei vend. l. ſivè autem, §. ſed duobus,
ff. de public. in rem act. Socc. conſ. 29. n. 7.
in 4. Hieronym. Marilian. in repet. d. l.
quoties à n. 44. ad 49.*

OBSERVATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Rectores Civitatis ob munus publicum cæteris præferuntur.*

2 *Nobiliores in regimine Civitatis eligi conſueverunt.*

3 *Cives alibi habitantes, & onera Civitatis non ſubſtinentes appellatione civium non continentur.*

4 *Civis originalis transferendo alibi domicilium ex lite, ſolum amittit commoda, & privilegia originaria Civitatis.*

1 REctores Civitatis, veluti primi-
tiores cæteris, quią eorum Civi-
tatẽ repreſentant, & munus publicum
de neceſſitate ſuſcipiunt, *l. ſi quis Ma-
giſtratus, ff. de muneribus, & honoribus,
l. ex omnibus, C. de decurion. lib. 10. & l.*
3 *lucius, ff. de municip.* ad id munus nobi-
liores eligi conſueverunt in *cap. 1. de
pace jur. firm. l. honor, ff. de muner. &
honor. & in §. interim in auth. de defen-
ſor. Civitatum, & in l. ad ſubeundã, C. de
Decurion. in princ.* ipſi omnibus aliis sũt
digniores, ſecundum *gloſ. in l. apud eum
de manumiſſ.* de qua per *Bald. conſ. 378.
1. lib.* & per *Ravenn. in ſuo Alfabeto, fol.*
27. Quando tamen agitur de origina-
riæ civilitatis commodis, & privilegiis,
hoc ſanè caſu cives alibi habitantes, &
onera Ciuitatis originariæ non ſubſti-
nentes, appellatione civium non conti-
nentur, *Bart. in tract. de repreſaliis in 2.
q. Soccin. conſ. 292. nu. 4. in 2. Ruin. conſ.
200. num. 2. in 2. & conſ. 120. num. 7. in
4. Bald. conſ. 445. col. ult. in 4. Roland.
conſ. 79. in 3. Rubeus conſ. 77. ad finem
communem adſtipulãs,* & alii apud *Me-*
4 *noch. conſ. 1060. num. 33. & 34. in 11.*
Quinimò civis originalis transferendo
alibi domicilium, ex lite ſolum amit-
tit prædicta commoda, & privilegia
originariæ Civitatis, *Bald. in l. 2. C. de
infant. expoſit. Iaſ. in l. 1. §. hujus ſtudii
num. 15. ff. de juſt. & jur. Gerard. de Pe-
tra Sancta ſing. 2. num. 10. Afflict. deciſ.*
384. *num. 15.* & ibi *Vrſill. Boer. dec. 260
in fine, Neviz. inter conſ. Alberti Bruni
conſ 12. col. 1. Natta conſ. 139. num. 14.
Io: Cefalus conſ. 171. nu. 35. in 2. Andr.
Gaill. lib. 2. obſer. 36. num. 6. 7. & 9. Me-
noch. d. conſ. 1060. num 80. Soccin. conſil.
129. in primo, conſ. 202. in 2. & in rubr.
ff. ſol. matr. num. 33.* ubi *DD. alii in
rubr. communiter notant.*

OBSERVATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Reconventio coram Arbitro ex partiũ voluntate electo fieri non poteſt.*

2 *Reconventio coram Arbitro electe ex neceſſitate ſtatuti fieri poteſt. Et ratio differentiæ defertur num. 3.*

1 REconventio coram Arbitro com-
muniter fieri non poteſt, quia
eligitur de conſenſu utriuſque partis,
ceſſat ratio, *l. cum Papinianus, Cod. de
ſent. text. eſt in cap. cum dilectus de arb.*
per quem ità tenet *Bart. in auth. & con-
ſequenter col. penult. verſ. quæro, & Spe-
cul. in tit. de reconvent. §. 1. in princ. &
Abb. in d. cap. 1. & penult. de mutuis pe-
tit. & in d. cap. cum dilectus;* quod ta-
men intellige de Arbitro voluntario e-
2 lecto de communi voluntate partium,

ſecus in Arbitro electo ex neceſſitate ſtatuti ad totam cauſam, quia coram eo habet locum reconventio, ſecũdum *Abb. in d.c. cum dilectus n.7.* undè Arbitri ſi ſint elect, vigore Regiæ Pragmaticæ poteſt coram eis fieri recõventio, ut
3 ibi per *Abb.* & ratio eſt, quia iſti Arbitri eliguntur ex neceſſitate juris, & habent iuriſdictionem à lege, nàm ità neceſſitatur Actor litigare coram eo, ſicut coram Iudice ordinario, ut notat *Abb. in cap. ſuſcepti de officio Deleg. & Iaſon. in l. eſt receptum col. fin. ff. de juriſd. omnium Iudicum*, Marant, *in ſpec. p.4. in verb. an ſit Iudicium conventionale, vel reconventionale n.20.*

OBSERVATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio, & mors aquiparantur ad effectus vacaturæ.*

2 *Renuncians pro mortuo habetur.*

3 *Renunciatio ſucceſſionis facta per filiã uxoratam ætatis perfectæ patri, & liberis ſuis, an valeat?*

1 RENunciatio, & mors æquiparantur ad effectus vacaturæ; *gloſ. in cap. ſi propter de reſcript. in 6. in verbo vacabat, Gama deciſ. 128. num. 3. Flamin. de reſignat. lib. 2. q. 16. num. 11.* & patet ex *Concilio Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18.* ubi Epiſcopo præcipitur, ut fiat examen per concurſum in beneficiis curatis, ſivè vacent per mortem, ſivè
2 per renunciationem, & renuncians pro mortuo habetur, *Flam. lib. 7. q. 18. num. 11. & 16. Rainoſa obſerv. 5. nu. 2. & 3.*

3 Renunciatio ſucceſſionis facta per filiam uxoratam ætatis perfectæ, ſcilicet annorum duodecim, cum ſit Patri, & liberis ſuis, & potiſſimè maſculis valet, ut in *cap. quamvis pactum de pactis lib. 6. & cap. cùm contingat de jurejurando*, quod plures Doctores intelligunt de filia uxorata, & portionata, ſeù dotata, aliàs ſecùs; ideò dicit *text. in prædicto cap. quamvis, & dote contenta*; videdus eſt *Bald. in l. pactum, C. de pactis, Manſerius Gallus in practica; tit. de obligation. & renunc. n. 16.*

OBSERVATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Relevium an ſit onus perſonale, vel reale? & deciſiones Regiæ Cameræ adducuntur.*

2 *Obligatio, quam Vaſſallus contrahit recipiendo feudum habet tacitam hypothecam ad beneficium fiſci.*

3 *Pœna amiſſionis feudi ob non petitam inveſtituram infra annum, & diem, hodiè converſa eſt in duplicationem Relevii.*

4 *Relevii duplicatio in Regno ſit ex conſuetudine, quod videtur cautum in inveſtitura.*

1 RElevium eſt onus perſonale, & poſſeſſorem non ſequitur, licet aliter ſervetur, & paſſim per R. C. judicatũ, prout in cauſa Relevii Marchionis Burgentiæ, 22. menſis Ianuarii 1567 fuit per R. C. deciſum, quod pœna duplicati relevii ſequatur poſſeſſorem; forte per *l. unicam, C. de pœnis fiſcalibus* *Deciſ. R.C.*
2 *lib. 10.* conferr, quia obligatio, quam contrahit vaſſallus recipiendo feudum, habet tacitam hypothecam in favorẽ Fiſci, tùm etiam quod non petendo inveſtituram infra annum, & diem, de
3 jure perditur feudum, quæ pœna hodiè remittitur converſa in duplicationẽ relevii, undè ſicut Fiſcus haberet tunc iniectionem in feudum devolutum de jure, fortius habebit pro relevio, ne ſit in damno totali, dùm permutavit pœnam, fortè dicitur non eſſe aliquid extra Relevium, quando debetur per nomina multiplicativa ad notata per *Bart. in l. Prator edixit, §. 1. ff. de injuriis*, vel etiam ſi eſſet pœna, cùm ſit certa ab initio datur pro ea fiſco hypotheca, ad
4 *Alex. poſt alios in l. reſcriptum, ff. de pactis*, vel ſaltim, quia cum duplicatio relevii ſit ex conſuetudine in Regno, quod videatur cautum in inveſtitura, quod *Marin. Freccia ſentit in tract. de ſubfeud. lib. 2. 3. auth. num. 16.* maximè quia, ut plurimum dantur inveſtituræ, juxtà conſuetudinem Regni, accedat Af-

Digitized by Google

Aſſlict.deciſ.95.num.4. ibi : quod emptor teneatur ad ſervitia prærerita, & in *Conſtit. Conſtitutionem per gloſ. ibi col. fin.num.24.lib.3.*vide etiam alias rationes per eundem *Frecc.relatas in 5.auth, num.13. cart.199.*

OBSERVATIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Ratione rei ſita quis ſortitur forum.*
2 *Teſtator habens originem in uno loco,et domicilium in alio, quis Epiſcopus exequitur, & adducitur deciſio Reverēda Fabrica in caſu propoſito.*

1 RAtione rei ſitæ quis ſortitur forum,
*cap. ſanè de foro compet. eum concordant.& Bald.in l.nulli licere 28.Cod.
de Epiſcop.& Cler num.*14. ponit quæ-
2 ſtionem ſi teſtator habet originem in
uno loco,& domicilium in altero, quis
Epiſcopus exequitur? Dicit *gloſ.*quod
uterque exequi poteſt, ſed Doctores
dicunt, quod aut eius patrimonium eſt
in utroque loco,& tunc unuſquiſque
Epiſcopus poterit diſtribuere res ſuæ
Diæceſis, & ſic non concurrunt in exe-
quutione, ſed erit exequutio diviſa per
loca, *arg.tex.in l.1.C.ubi petant tutores;*
Aut bona ſunt in altero loco tantùm,&
tunc ille Epiſcopus,in cuius juriſdictio-
ne ſunt bona tantũ exequitur, *argum.
ff.de judiciis,l.ſi fideicõmiſſũ,*aut in neu-
tro loco sũt bona,ſed in quodam tertio
loco, tunc præfertur Epiſcopus origi-
nis, ut hic, & in *l.Cives, C.de incolis lib.*
10. ſed ſi origo eſt dubia, tunc Epiſco-
pus domicilii,& ſi de domicilio eſt du-
bium, tunc Eiſcopus Civitatis, in qua
defunctus eſt, ut in *§.ſi in Vico d l.nulli
licere; ſecundum Iacobum de Belviſo*,
dicit Petrus, quod eſt verum in rebus
ſolo cohærentibus, quæ ſunt propria
de territorio,vel Diœceſi, ſed pecunia
non intelligitur eſſe huiuſmodi ſecun-
dum Petrum,ſed contra eum facit, *l.ex
facto,§.rerũ,ff.de hared.inſtit.*ſed *Bald.*
dicit,quod tunc ille Epiſcopus exequa-
tur, qui poteſt celerius exequi, *argum.
d.l.nulli licere, in verbo ſine ulla cunctatione*, & ibi ſequitur *Roman. in conſ.*
250. per totum, & in Tribunali Reve-
rendæ Fabricæ Neap.reſidente in cau-
ſa hæreditatis quondam Io: Thomæ
Invrea in anno 1659. fuit proviſum,
quod procedatur in Tribunali Reve- *Deciſ.*
rendæ Fabricæ ratione rei ſitæ,non ob- *Tribunal. R.*
ſtante, quod opera pia eſſent facienda *Fabr.*
in Civitate Ianuæ, *Neap.*

OBSERVATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Res juſto illarum pretio ſunt vendenda*
2 *Pretium ſi non eſt condignum rei à denominatione emptionis receditur.*
3 *Pretium juſtum in venditione venaliũ rerum ſubhaſta non reperiri, idem eſt ſi emptor non reperiatur.*
4 *Adjudicatio eſt facienda creditori pro juſto pretio in defectum emptoris.*

1 REs juſto illarum pretio ſunt ven-
dendæ, ad *gloſ & DD.in l.ſi fide-
iuſſor,§.meminiſſe, ff.de leg. primo,l.non
dubium,§.1. ff.de legatis 3. l.& ſi æquo
de legat.1.l.ſi poſſeſſor,§ fin. ff. de petit.
hared.l.cum quaſi,§.ſi plures,l.alieno ſer-
vo,§.ſi is cuius, ff.de fideicommiſſ.libert.*
notant *Bart.& DD.in l.1.C.de metal.et
metall.ad l.uxorem,§.agri plagam, ff.de
legat.3.arg.l.ſi cui fundus de legat.2.l.ſi
fundus.ff.ad l.falcidiam,Iaſ.in l. ſi fun-
dum,§.ſi libertus num.13.de legatis pri-
mo, Tiraquell.in primo retract.§.1.gloſ.
18.num.2.Roland. conſ.7. num. 4. in 3.
Mantica de coniectur.ult. volunt. lib. 3.
tit.18.num.14. & de tacitis convention.*
2 *lib.4.tit.20, num.* 20. Quandoquidem
cum pretium non eſt condignũ rei à de-
nominatione emptionis recedimus ad
*gloſ.in l.1.§.1.verſ.agendo, ff.de ſuper-
ficiebus.Bald.in l.ex conventione,C.de
pactis,Iaſ.in l.1.num.23. ad finem, C.de
iure emphit.& conſ.45.nu.3. in 1. Hipp.
ſingul.105. ubicumque, Menoch. in re-*
3 *tinend.remed.4.nu.24.* Vndè ſequitur,
quod non reperto emptore, nempè qui
iuſtum

Digitized by Google

juſtum pretium offerat in venditione venalium rerum ſubhaſta expoſitarum, idem ſit emptorem non reperiri, vel nõ iuſtum emptorem, qui iuſtum offerat pretium, punctualis eſt *gloſ.* quam cõmuniter *DD.* ſequuntur in *l. à Divo Pio, §. ſi pignora, verbo non inveniant, ff. de re iudic. argum. l. non dubium, §. ſi pignora ad l. 1. & 2.* ubi *Bald. & Salycet. C. ſi ex cauſa iudicati pign. capta ſint*, *Belluc. in ſpeculo Principum rubr. 41. §. leges*
4 *Regni num. 43. in 4. caſu*, ità ut creditori neceſſaria pro iuſto pretio ſint abdicenda, ſivè adjudicanda, ad *Affl. deciſ. 358. num. 5. & 6. Paſcal. de Patria poteſt. cap. 10. num. 95.*

OBSERVATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum non facta mentione dependentia litis eſt invalidum.*
2 *Lis dicitur pendere per ſolam citationẽ emanatam ad inſtantiam actoris.*
3 *Lis ſi non eſt conteſtata, non redditur reſcriptum ſubreptitium, non facta mentione de lite.*
4 *Reſcriptum ſecundum eſt nullum non facta mentione de primo.*
5 *Privilegium nunquid corruit reſpectu litis pendentia?*

1 REſcriptum non facta mentione de pendentia litis eſt invalidum per notata in *cap. cæterum, & in cap. ſuper literis de reſcript. Abb. in c. cum cauſam 1. de teſtibus in cap. prudentia, §. ſeſta de officio deleg.* & dicitur lis pendere per
2 ſolam citationem emanatam ad inſtantiam actoris, *gloſ. in cap. ut debitus de appellation. Clem. 2.* ut lite pendentẽ, de cuius intellectu *Roman. conſ. 330. & Felin. in d. cap. ſuper literis*, ſed quando poſſit dici litis pendentia, quando eſt
1 REfutato feudo ſecundogenito cum conſenſu primogeniti, ſeù alterius immediati ſucceſſoris, quod nullus requiratur aſſenſus Regius, nec pro validitate refutationis ex parte ſecundogeniti, ſeù alterius ulterioris in gradu, neque pro validitate cõſenſus præſtiti per primogenitum, ſeù alium in gradu proximiorem, & ſucceſſorem immediatum, ſecundum *Loffredum conſ. 1. & 2. num.46. Io: de lignag. cum aliis DD. Bononienſibus in conſ. 77. Alber. Brun. in Clem.1. de iure patronatus*, & eſt de mente *Camer. in cap. Imperialem car.33.col.3.in fine*, & conſtat ex *Deciſ. Reverterii 134. ver. imo fortius*, & iterum per Regiam Cameram in cauſa illorum de Briſegna penes Actuarium Abenante, *Reg. Rovit. in pragm.* 20. de feudis, de refutationibus regiſtrandis *Dec. R.C.*
2 infra 15. dies, limitatur, ſi ſuper contractu refutationis fuit impetratus aſſenſus, & hic aſſenſus fuerit regiſtratus in quinternionibus, etiã poſt quindecim dies, & per *Præſid. de Franchis in deciſ. 663.* etiamſi ad inſtantiam alterius, quàm refutantis, aut refutatarii fuerit regiſtratio facta, ut ex *Bart. in l.ſi res in fine, ff. quibus modis pignus, vel*

hypotheca ſolvatur, *Rebuff. de inſinuatione donationis in conſtitutione Galliæ artic.2.gloſ.4. verb. & ſi id omittatur*, *Monter.deciſ.Aragon.42.num.96.* tenet *D.Reg.Rovitus in pragm.prædicta*; quia
3 cum regiſtrari mandatum ſit propter notitiam illarum per ſolutiones relevìorum, & devolutiones propter mortem, aut delictum refutatariorum, cũ per præſentationem, & regiſtrationem aſſenſus idem conſequatur effectus, & per æquipollens veniat refutatio præſentata, ac annotata, & in feudis procedit regula nihil referre quid ex æquipollentibus fiat per *Andr. in cap. 1. qui ſucc.teneantur ante num. 9.* ubi *Liparul.Camer.in cap.Imperialem cart.59 verb. Decimatertia concluſio*, & proceditur de ſimilibus ad ſimilia, *Andr.in cap.1.§. & qui delator ante nu. 47. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.* quod militat eadem ratio, *Andr.in cap.Imperialem Federici in addit. poſt num.7.col.4.* & impetrato aſſenſu non ſumus in caſu pragmaticæ, cum in aſſenſu fiat relatio refutationis, & relatum eſt in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus, ad *l.aſſe toto,ff.de hæred.inſtituend.l.inſtitutis, ff.de cond. inſtit. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 8. de refut.feud. in princ.à num.8.uſque ad 13.*

4 Suppoſita item valida refutatione, & omni actu, qui fit cum proximo, & immediato ſucceſſore, quia ſi deeſt aſſenſus Regis, non deeſt aſſenſus legis, ad *cap. 1. de eo qui fin.fec.agnat. cap. 1. de alienat.feud. cap. 1. de alien.paterni feudi*, ſed refutatio anticipata
5 ſucceſſio dicitur, *cap. 1. §.ſed etiam res*, per quos fiat inveſtitura, *cap. 1.§.& ſi libellum de alien.paterni feudi, cap.1. de alien.feud.cap.1.§.fin. de vaſſallo, qui contra conſt. Lotar. Capyc.in inveſtit.feudorum alienationes in 2. limit.* facit tunc contractum à lege permiſſum; aut enim conſentit alium loco ſui inveſtiri, & tunc intelligitur conſentientem tollere ſe de medio, & cedere loco, & à ſucceſſione futura ſe abſtinere, & non requiritur aſſenſus, *Andr.in cap.1.* poſt *num.3. de natura ſucceſſ.feud. verſ. ſed ſi feudum eſſet*,
6 ubi tenet valere donationem feudi factam per avum nepoti cum conſenſu filii in gradu in immediatè ſucceſſorem *Andr.in d.§.et ſi libellum, Camer.in cap. Imperialem cart.25. lit. O. Afflict. in d. §.præterea.*

Nulla etenim differentia conſtitui poteſt inter feudatarium refutantem in immediatè ſucceſſurum, & inter cedẽtem in immediatum ſucceſſorem, jus in ſpe, vel aſſentientem, ut ſupra, nàm aut eſt feudatarius, & habet jus in re feudali, & poteſt de jure transferre in immediatum ſucceſſorem, aut non eſt feudatarius, & non habet feudum firmatum, & non jus feudale, ſed tantum jus in ſpe, ut per *Andr.in d.§.præterea,* & non comprehenditur in diſpoſitione feudorum, ut ſic tanto magis diſpoſitio debet judicari valida; nec hic commutatur perſona, ut in ſecundogenito, quia vocata, & cognita, & comprehẽſa in inveſtitura, & dilatatur ſua vocatio ex præcedenti præoccupante in gra-
7 du, qui declarando nolle ſuccedere fit locus ſecundo per abſtentionem, & ceſſionem loci, quo caſu habetur, ac ſi nõ fuiſſet in mundo, *text. ſingularis in l.2. §.ſed ſi ſint, & §. ità demum, ff. ad S. C.Tertullian.* probat hoc in ſpecie *text. in cap.1.§.ſi quis deceſſerit, verſ.Titius ſi de feudo defuncti militis*, ubi pariſicat conſenſum agnati, & annale ſilen-
8 tium, ergo ſine aſſenſu tollit ſe de medio, faciens locum ſequentibus in gradu per ſucceſſorium ædictum, *l. 1.§. quibus.ff.de ſucceſſ.ædicto,l.2. §.fin. ff. ad Tertull.l.ſi qua pœna.ff.de his qui sũt ſui,vel alieni iuris*, & habetur pro mortuo, *Napodan.in Conſuetud.ſi moriatur in gloſ.ſucceſſores num.36. in conſuetud. de jure congrut,verſ.emit num.12. verſ. ſic etiam dicimus*, *Caſtrenſ. conſ. 299. in primo*, & alii apud *Georg. allegat. 23. num.2.*

10 Portò Dominus licet in feudis hæreditariis conceſſit ea pro herede ſanguinis ad certos gradus pro ſua providentia, fecit tamen lex prærogativas ſexus, ætatis, & capilli, ut in *Conſtit. ut de ſucceſſionibus*, propterea non poteſt extraneum inveſtire, niſi vocatum à lege in-

ge inveſtituræ, *Andr. in cap. omnes filii*
12 *ſi de feudo defuncti milit.* & ideò ſta-
tim mortuo vaſſallo, præſumitur devo-
lutum Domino, & per eum reconceſ-
ſum immediato ſucceſſori, *Andr. in c. 1.*
§. hoc quoque de ſucceſſ. feudi col. 3. in c.
1. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis col. 2.
& in cap. quid ergo de inveſtit. de re a-
13 *lien. facta*, taliter quod tot ſunt inve-
ſtituræ, quot ſunt gradus, & perſonæ,
quæ ſuccedent in feudo, & qui ſucce-
det in feudo, ſuccedit tunc jure pro-
prio ex gratia ſibi facta per conceden-
tem; propterea cum ſucceſſor adiit hæ-
14 reditatem defũcti in feudo, nihil aliud
facit, quám acceptare inveſtituram;
Cum ſi pateretur alium inveſtiri, & de-
ferri ſequenti in gradu, non eſſet repu-
diare ſucceſſionem, ſed tollere ſe de
medio, & permittere, quod ad ſequen-
tem deferatur, ut in *§. permiſit, ex qui-*
bus cauſis feud. amittatur; Cum inve-
15 ſtitura ſit facta pro omnibus deſcen-
dentibus, ut uno ſublato deferatur ad
alium, *not. in cap. 1. de vaſſallo*, qui arma
bellica depoſuit, & in *cap. de eo qui fi-*
16 *nem fecit agnat.* & propterea in reco-
gnitionem novi vaſſalli uſu receptum
eſt, ut de novo inveſtiatur, & ſolvit re-
levium in fructibus illius anni pro me-
dietate *Giorg. alleg. 18. à num. 19. uſq;*
ad 23. Andr. in cap. 1. §. in oſtenditsis
de Capit. Corradi, Capiç. dec. 156. Frecc.
de ſubſ. lib. 2. auth. 3. Iacobin. in inveſt. in
verbo qui quidem inveſtiti num. 78.

OBSERVATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio facta per patrem filio primo-*
genito cum reſervatione uſusfructus,
an ſit valida abſque aſſenſu Regio?
2 *Refutatio libera tantùm de jure feudo-*
rum permittitur in proximè, & imme-
diatè ſucceſſurum, abſque Regio aſ-
ſenſu.
3 *Reſervatio uſusfructus in quacumque*
prohibitione comprehenditur.
4 *Diviſio feudi inducitur ex reſervatio-*
ne uſusfructus, ideoque aſſenſus re-
quiritur.
5 *Refutatio importat, quod nihil rema-*
neat in refutante, & omnia traſeant
in refutatarium.
6 *Refutationem cum reſervatione uſuſ-*
fructus in proximè ſucceſſurum vale-
re, ſubſtinent DD. feudiſtæ Siculi.
7 *Reſervatio uſusfructus non facit quo*
minus dicatur integrum feudum, &
indiviſum penes Refutatarium.
8 *Vſusfructus non dicitur prædicamen-*
talis, & ſubiectiva dominii pars, ſed
potius ſpecies, ſivè mavis Dominii
effectus, & conſequutio, qui etiam in
perceptione fructuum conſiſtit.
9 *Vſufructuarius non eſt Dominus, & ſi*
ſimilis, ſimile non eſt idem.
10 *Similitudo eſt figmentum rei, non res*
ipſa.
11 *Author opinionem Doctorum Regnicu-*
lorum, non autem Siculorum ſequitur.

1 REfutatio feudi per patrem facta fi-
lio primogenito, & immediato ſuc-
ceſſori cum reſervatione uſusfructus,
quamvis regiſtrata infra legitima tem-
pora in Quinternionibus Regię Came-
ræ, juxtà *Reg. Pragmat. 20. de feudis*, an
ſit valida, abſque Regio aſſenſu?
2 Et pro invaliditate dictæ refutatio-
nis ob defectum dicti Regii aſſenſus
ſubſtinent *DD.* noſtri, quaſi quod refu-
tatio libera tantùm de jure feudorum
permittatur in proximè, & immediatè
ſucceſſurum, cætera autem pacta non,
ad *cap. 1. §. ſed ſi libellus de alienatione*
paterni feudi in cap. 1. §. ſed & res, per
quos fiat inveſtitura, & utrobiq; *Andr.*
& in Conſtit. Conſtitutionem Divæ me-
moriæ Bald. conſ. 20. in 2. ex aſſenſu le-
gis illam validante, ad *Camer. in cap.*
3 *Imperialem Fiderici à carta 125.* cum
reſervatio uſusfructus in prohibitione
quacumque comprehendatur ad *l. fin.*
C. de rebus alien. non alien. cap. 1. §. quis
ergo de inveſtit. de re alien. fact. ſivè ut
pars dominii integralis, ad *l. 4. ff. de uſu-*
fructu, ſivè ut ſervitus ad l. 1. & 2. ff. de
uſufruct. l. qui uſumfructum, ubi *Bart. &*
Iaſon, ff. de verborum obligat. dum u-
trumque videtur prohibitum feudata-
4 rio per dictum *cap. Imperialem Federi-*
ci, & dictam Conſtitutionem Divæ me-
moriæ,

1 REnunciatio facta à filio de bonis maternis intelligitur facta in beneficium fratris ſui, non illius ſecundi matrimonii, & ſic à filia ſecundi matrimonii in beneficium fratrum, ſic *Pater Melfeſ. de renunc. q. 6. num. 25. Gallerat. de renunciat. lib. 1. c. 1. p. 10. apud Boer. q. 184. Guttier. in cap. quamvis nu. 6. de pactis in 6.* & punctualiter *Papon. lib. 16. tit. 4. de filiabus quæ futuras ſucceſſ. renunt. arreſto 17.*

OBSERVATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ſemper continere intelligitur quatenus preces veritati nitantur*

2 *Reſcriptum ſecundum obtentum non facta mentione de primo, valet primum, aliàs valet ſecundum.*

3 *Reſcripto primo impetrato ſi dolo, vel negligentia impetrans non fuerit uſus valet ſecundum, etiam non facta mentione de primo.*

4 *Tēpus utēdi primo reſcripto eſt unius anni & impetratum à Sede Apoſtolica non poteſt quis trahi ultra duas dietas, niſi in Reſcripto ſit facta mentio, vel de conſenſu partium fuerit expeditum.*

1 REſcriptum ſemper in ſe clauſulam continere intelligitur, quatenus 2 præces veritati nitantur, ad *cap. 2. de reſcriptis*. Si in ſecundo reſcripto non fit mentio de primo, valet primum, & non ſecundum, aliàs valet ſecundum 3 ad *cap. cæterum de reſcript.* Verum ſi primo reſcripto dolo, vel negligentia impetrans non fuerit uſus, valet ſecūdum, etiam non facta mentione de pri- 4 mo ad *cap. ſi autem de reſcript.* & tempus utendi primo Reſcripto eſt unius anni ad *cap. plerumque de reſcriptis*, Reſcriptum impetratum à Sede Apoſtolica non poteſt quis trahi ultra duas dietas, niſi in reſcripto ſit facta mentio, vel fuerit expeditum de conſenſu partium ad *cap. nonnulli de reſcriptis.*

OBSERVATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Reus poſt crimen contractum ante ſententiam condemnationis donare poteſt, poſtea verò nonniſi ſit læſæ Majeſtatis.*

2 *Reus habens exceptionem, ſi actor differt agere, fortè ut moriantur teſtes, qui poſſunt exceptionem probare poteſt petere illos examinari ad æternū memoriam.*

3 *Reus poteſt judicium prædictum coram ejus Iudice competenti proponere.*

1 REus poteſt donare poſt crimen contractum, ante ſententiam cōdemnationis, poſt non *l. poſt contractum, ff. de donat.* ubi *gloſ. limitat, niſi ſit læſæ Maieſtatis*, ut infra *eod. l. donationes, §. perfectè, et C. ad l. Iul. Maieſt. l. pen. & fin. & de bonis proſcript. l. ſi quis poſt hac.*

2 Reus habet exceptionem, ſi actor differt agere, fortè ut moriantur teſtes, qui poſſunt exceptionem probare, correus poteſt ipſum ad judicium provocare implorando Iudicis officiumm, petendo declarari ſibi exceptionem competere, & illi imponi ſilentium ſuper actione, & ſic non ſolum petere examinari ad æternam memoriam ad *l. ſi contendat, ff. de fideiuſſ. Salg. in labe-* 3 *rynt. cred. cap. 2. num. 7.* ubi etiam copioſè fundat judicium prædictum coram Iudice competenti illius, qui exceptionem fundare intendit, eſſe movendum, nàm licèt prima facie videatur actor, attamen inſpicienda erit petitio originaria, ex qua videtur vices rei ſubſtinere, ut ait idem *Salgad. dicto loco num. 13* plura jura allegando.

OBSERVATIO XXVII.

SVMMARIVM

1 *Salarium procuratori, geſtori, vel famulo non debetur, niſi ſit promiſſum, vel ſit conſuetum.*

2 *Fa-*

Digitized by Google

2 *Famulus ſi ſteterit aliquo tempore ad ſervitium Domini nulla conventione facta, non poteſt petere ſalarium, niſi eſſet conſuetus locare operas ſuas, & Dominus conducere operas miniſtrorum.*

3 *Salarium per procuratorem ad negotia non poteſt peti, niſi fuerit conventum.*

4 *Salarium procuratori ad lites debetur, etiam quod non ſit conventum, & deciſiones adducuntur.*

5 *Salarium elapſo biennio à die mortis Prælatorum, & Cardinalium familiaribus non debetur.*

1 SAlarium Procuratori, Geſtori, vel Famulo non debetur, niſi ſit promiſſum, vel ſit conſuetum, ad *Alex. conſ. 109. per totum lib. 6.* ubi habetur,
2 quod ſi famulus ſtetit ad ſervitium Domini aliquo tempore nulla facta conventione de ſalario, non poſſit petere ſalarium, niſi eſſet conſuetus locare operas ſuas, & Dominus eſſet conſuetus conducere operas Miniſtrorum, ad primum allegat, quod eſt ſpeciale in Advocato, & in aliis ſpecialiter enumeratis in *l. 1. C. de ſuffragio*, *D. Paul. Granut. theorem. 12. nu. 10. cum ſequentibus*, ubi adducit *Puteum deciſ. 45. lib. 2.* & de famulo ſimplici videndus eſt *Bald. in conſ. 155. vol. 5.*

3 Salarium per procuratorem ad negotia non poteſt peti, niſi fuerit conventum; procuratori autem ad lites debetur. etiam quod non ſit conventũ, *Cyn. in l. 1. q. 3. C. mandati*, *Natta conſ. 376. num. 1. & 6. & gloſ. in verbo ſi extra ordinem in fine, l. ſalarium, ff. mandati, Rota in una Toletana mercedis die 14. Maii* 1568. ità judicavit, & ſub Domino Sarmiento die 30. Aprilis 1568. fuit in alia cauſa taxatum in ſcutis ſeptem pro quolibet menſe.

5 Notandum demum eſt in præjudicium Creditorum, ſalarium, licet conventum haud deberi familiaribus Cardinalium, Patriarcarum, Arcniepiſcopornm, Clericorum Cameræ, Auditorũ Rotæ, Referendariorum Abreviaturorum majoris Præſidentiæ, & aliorum quorũcumq; Prælatorum elapſo biennio à die mortis Prælatorum, & hoc nè hæredes ignorantes, ſervitia, defraudarentur, ità diſponente motu proprio Pauli Tertii felicis recordationis publicato anno 1541. die 21. menſis Aprilis, Pontificatus ſui anno XI. cũm clauſula irritante, & non obſtante, necnon Bulla Pii V. ſanctæ memoriæ innovationis Conſtitutionis, prout in Bullario dicti Pii, fol. 261. de qua re videndus eſt *Io: Baptiſta Bovius in tract. de ſtatutaria Vrbis præſcriptione, fol. 79. relatus à dicto Granutio in d. Theorema 12. in fine num. 1.*

OBSERVATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Salarium famulo infirmo an debeatur?*

2 *Salarium ab hæredibus Advocati mortui repeti non poteſt.*

1 SAlarium famulo infirmo an debeatur? pro negativa reſpondet *Bart. in l. ſi uno, §. cum quidam, ff. locati, & Alexand. ibi in addit.* & hoc verius eſſe dixit *Gomez. in regulis Cancellariæ q. 9. verſ. 54.* & alii quos citat *Anton. Gomez in tit. de locato num. 3. verſ. 4. impero*, *Covarr. var. reſol. lib. 3. cap. 13. num. 8. Carocc. de locato part. 1. q. 10. n. 13. Reg. Conſtant. in 3. lib. C. in tit. de re milit. l. 1. num. 13.*

2 Salarium non poteſt repeti ab hæredibus Advocati mortui, quia per eum non ſteterit quò minus cauſam ageret, ad *l. 1. §. Divus, ff. de var. & extraord. cognit. ad gloſ. in cap. magna pietas pr. diſtintione in verbo repetatur in fine, & ad l. qui operas, ff. locati in fine.*

OBSERVATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in rem judicatam tranſacta dicitur cum non fuerit legitima provocatione ſuſpenſa.*

2 *Sententia Præfecti Prætorii S. C. & Regiæ Cameræ Summariæ illicò, quod ſunt prolatæ reſpectu exequutionis*

tran-

tranſeunt in rem judicatam cum cautione ſi fuerit infra decem dies reclamatum.

3 *Sententia ſine appellatione in iudicatũ tranſacta dicitur lite finita, & quæ nullo remedio attentari poteſt.*

1 SEntentia in rem judicatam tranſiſſe dicitur, cum non fuerit legitima provocatione ſuſpenſa, *cap. cum dilectus in fine de elect. c. quod ad conſultationẽ de ſententia, & re judicata*, & ex nunc cum non fuerit infra decem dies appellatum, ad *l. eos, §. ſin autem, & auth. hodiè, C. de appellat. Conſt. appellationem tempora*, non ex tunc quod fuit prolata impoſuiſſe finem controverſiæ, *l. 1. ff. de re judicata*, & indubitata quoque, cum nullo remedio attentari poteſt, *l. elegãter, §. ſi quis poſt, ff. de cond. indeb.* & ſi largè res judicata dicatur, *l. litigatori-*
2 *bus, ff. de appellat.* Præſertim ſententiæ Præfecti Prætorii S.R.C. & Regiæ Cameræ Summariæ, quæ illico, quod sũt prolatæ reſpectu effectus exequutionis tranſeunt in authoritatem rei judicatæ, cùm cautione, ſi fuerit reclamatum infra decem dies, ad *auth. qua ſupplicatio, C. de præcibus Imper. offerend. l. 1. C. de ſentent. Præfecti* Prætorii, *Speculat. de ſupplication. §. 1. verſ. ſed nunc exequutio*, licet infra biennium reclamari poſ-
3 ſit; Porrò finita lite dicitur ſententia ſine appellatione in judicatũ, ut ſupra tranſacta, & quæ nullo remedio attentari poteſt, *d. l. elegãter, §. ſi quis poſt rem*, item tranſactione, *l. tranſactio 229. cum ſeq. l. ut ſunt 230. ff. de verborum, & rerum ſignificat.* & iuramento, *l. 1. & 2. ff. de jure iur. l. 1. §. fin. ff. ad Sen. Conſult. Tertull. cap. 1. cum gloſ. magna, verb. finitè de litis conteſtat. in 6. Bald. conſ. 301 num. 6. in 5.*

OBSERVATIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper feudo hæreditario afficit omnes hæredes in feudo, ſecus eſt in feudo ex pacto, & providentia, ſed an quæ dicũtur in feudo ex pacto procedant in nobilitate? num. 2.*

3 *Filius eſt æquè nobilis, ut pater, etiam in vita patris uno, eodemque tempore, & omnes à maioribus deducunt.*

4 *Filius in nobilitate non dicitur futurus ſucceſſor poſt patris mortem, ſicuti in feudo ex pacto.*

5 *Filius non ſuccedit in feudo, etiam ex pacto, niſi ſit hæres patris.*

6 *Filius eſt nobilis, etiam quod non ſit hæres patris.*

7 *Delictum patris nobilitati non derogat, niſi læſæ Majeſtatis.*

8 *Confeſſio patris circa nobilitatem filiis non nocet, & deciſio S.C. adducitur.*

9 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam evidenter, & manifeſtè.*

10 *Sententia in cauſa nobilitatis utrum ſit favorabilis, an odioſa, ut proſit, vel noceat omnibus.*

11 *Sententia abſolutoria in adulterio mulieri quoque prodeſt, condemnatoria autem non nocet.*

12 *Sententia lata in fratre in materia nobilitatis non obſtat alteri, & deciſio Regii Collateralis refertur.*

13 *Sententia interpretari debet potius ad favorem condemnati, quam victoris.*

14 *Sententia eſt interpretanda ſecundum naturam contractus, cujus occaſione eſt pronunciata, etiam verba impropriando.*

15 *Sententia non debet operari contrà mẽtem, & intentionem judicantium.*

16 *Iudex præſumitur pronunciaſſe, prout jus diſponit, & prout de jure tenebatur.*

17 *Sententia eſt interpretanda, ut quàm ſit poſſibile juri partiũ non præjudicet, & quod minus damnoſa ſit utrique parti.*

18 *Sententia præſumitur lata ex cauſa, qua proferri debebat.*

19 *Sententia, cui verba concordant convenit, & ejus diſpoſitio.*

20 *Sentẽtia caſus ubi eſt, nõ eſt dubitandũ.*

21 *Inſtrumenti caſus, ubi eſt non eſt dubitandum.*

22 *Sententia tranſacta in rem judicatam pro veritate habetur.*

23 *Sententia in rem judicatam tranſacta*

eſt tanta potentia, quod naturalia
vincula ſanguinis mutat, & falſum
mutat in verum non eſſentialiter, ſed
quoad effectum.
24 *Sententia titulus, dicitur legitimus ad*
acquiſitionem dominii, ſeù quaſi, &
ad præſcribendum.
25 *Præſcriptio per ſententiam, dicitur ti-*
tulata, nàm præſcribitur etiam contra
Eccleſiam ſpatio 40. anorum cum ti-
tulo.

1 SEntentia lata ſuper feudo hæredi-
tario afficit omnes hæredes in feu-
do, quod ſecus eſt in feudo ex pacto,
& providentia, ad tradita per *Marin.*
Frecc. in tractatu de ſubfeud. lib. 3. diff. 9
2 ſed an quæ dicuntur dicto loco in feu-
do ex pacto, procedant in nobilitate,
& quod non, primo facit ratio *Andr.*
in §. ſi vaſſallus il 2. ſi de feud. fuerit
controverſia, quod ſententia illa no-
cet Domino primo concedenti, con-
ſequenter, & illis, qui ab eo cauſam
habent, quod ceſſat in nobilitate, quia
ſentētia nō poteſt nocere primo digni-
tatis, & nobilitatis acquiſitori. Secū-
do, ibi ſententia lata contra poſſiden-
tem totum feudum ſolum, & qui ſuc-
ceſſuri nihil tempore ſententiæ habe-
bant, licet futuri domini poſt illius
mortem, nil mirum ſi nocet ſucceſſo-
ribus ſcientibus; In nobilitate verò ſe-
3 cus, cum filius ſit æquè nobilis, ac pa-
ter, etiam in vita patris uno, eodemque
tempore, & omnes à majoribus dedu-
cunt, ad *l. 3. ff. de interdictis, & relegat.*
undè *Salycet. in l. non plures, C. de Sacro*
ſanct. Eccleſ. num. 3. in fine, dixit filium
non habere immediatè à patre, licet
propter patrem, ſed ab alio, & ſic in
4 nobilitate non dicitur futurus ſucceſſor
poſt patris mortem, ſicut in feudo ex
pacto, licet multi dicant, quod habeat
jus formatum in feudo ex pacto, & alii
quod eſt ſpes certa, & alii quod dici-
tur Comes, etiam in vita patris, & alii
quod acquiſitum capit, ſed reverà vivo
patre non poſſidet feudum, ſicuti quaſi
poſſidet nobilitatem, quandoquidem
in feudo unus poſt alium vocatur, quod
non ſic in nobilitate, & in feudo ex
pacto, quamvis filius ſuccedat primo
Acquiſitori, re tamèn vera habet ab
ultimo, at in nobilitate ſuccedit, & ha-
bet à primo; Colligitur ex *Andr. in c. 1.*
§. filius fratris col. penult. poſt nu. 5. verſ.
5 *item licet*, Item filius non ſuccedit in
feudo, etiam ex pacto, niſi ſit hæres pa-
tris, *cap. 1. an Agnatus*, ubi *Andr. nu. 4.*
6 in nobilitate autem ſecus, quoniam,
nobilis etiam ſi non ſit hæres, inſuper
delictum patris Domini offenſam reſpi-
ciens, filium repellit à ſucceſſione
feudi, etiam Aviti, & ex pacto ſecun-
dum veriorem opinionem *Andr. in c. 1.*
§. præterea ſi vaſſall. ſi de feudo defuncti
militis, ubi *Afflict. in gloſ. 3. col. 2.* repro-
bata opinione aliorum relatorum per
Duen. regul. 346. in 5. & 7. limitat. Ro-
land. conſ. 29. num. 33. in 3. Attamen
7 nullum delictum patris nobilitati de-
rogat, niſi læſę Majeſtatis, *l. 2. §. fin. ff.*
de decurion. nec poſſunt adaptari nota-
ta per *DD. in l. filius familias, §. Divi de*
legat. 1. & in *l. ſæpè de re judicata*, in bo-
nis ſubjectis reſtitutioni, & in ſenten-
tia in bonis majoratus ex diverſa ra-
tione ex quibus, & aliis in *S. R. C.* in
anno 1579. ſeù 80. fuit deciſum non *Dec.*
8 nocere filiis confeſſionem patris, *S.R.*
etiam per publicum inſtrumentum, qua *C.*
declarabat ſuam familiam nunquam
in aliquo ex quinque Sedilibus Neap.
gaviſam fuiſſe, fuit enim Aloyſius de
Acciapaccia, & ejus filii fuerunt rein-
9 tegrati ad Sedile Capuani, quamvis
publicum inſtrumentum faciat proba-
tionem probatam evidenter, & manife-
ſtè, ut ex ſententia penes Secretarium
S.C. *Decius in cap. licet cauſam notab.*
13. num. 10. & conſ. 36. num. 2. 488. nu.
1. 682. col. 1. Cephal. conſ. 261. num. 6. in
2. Pedemont. dec. 72. nu. 4. Rimin. junior
conſ. 69. & conſ. 52. à num. 108. in 5. &
10 ad materiam non eſſet incongruum di-
ſtinguere, utrum favorabilis ſit ſentē-
tia in cauſa nobilitatis, an odioſa, ad
finem, ut proſit, vel noceat omnibus ad
diſtinctionem *Bart. & Angel. in l. inge-*
nuum, ff. de ſtatu hominum, ex *l. denun-*
ciaſſe, §. cum quæritur, ff. de adult. l. 1. l.
manifeſtiſſimi, C. quibus res judic. non
noc. ubi in adulterio abſolutoria, mu-
lie-

11 lieri quoque prodeſt; condemnatoria
autem non nocet, fortaſſe enim, quod
ait *text.* obtineret, vel gratia, vel juſti-
12 tia, vel eius auxilio; in fratre, quod
ſententia lata in materia nobilitatis nõ
Dec. obſtet alteri, fuit deciſum in Collate-
Coll. rali Coſilio in cauſa Reverendiſs. Epi-
Conſ. ſcopi Bovinen. Antonii de Anna Io:
Vincentii fratris, cum Ill. Sedili Portæ
Novæ de anno 1577. Act. Roppulus,
nũc Spera, referente Regio Conſiliario
Vincentio Maſtillo junctis aulis; fi-
liis verò agentibus fuit oppoſita ex-
ceptio rei iudicatæ cum Io: Vincentio
patre.
13 Sententia interpretari debet potius
ad favorem condemnati, quàm Victo-
ris, *Alex. conſ. 46. col. 1. lib. 5. conſ. 37. col.
4. lib. 4. & conſ. 134. lib. 1. Decius conſ. 28
col. 4. ad finem, & conſ. 143. col. 1. ad fi-*
14 *nem.* Rurſus interpetranda ſecundum
naturam contractus, cuius occaſione
pronunciata eſt, etiam verba impro-
priando, *Bald. in l fin. C. comm. divid. ar-
gum. gloſ. in l. ut putà, ff. famil. ercifcun-
dæ*, Soccin. *d. conſ. 134. col. 2. circa me-
dium lib. 1. & conſ. 242. col. fin. lib. 2. Cor-
neus conſ. 133. col. pen. circa medium, &*
15 *conſ. 256. col. pen. ad fin. lib.* 4. nec ope-
rari debet contra mentem, & intentio-
nem judicantium, *l. qualem in primo, l.
quia arbiter*, & ibi *not. ff. de Arbitr. l. ſi
ex teſtamento in fine, l. ſi cum argentum
in fine principii*, ibi *neque Iudex, ff. de
except. rei judicatæ*, Iudex præſumitur
16 pronunciaſſe, prout jus diſponit, &
prout de iure tenebatur pronunciare,
l. miles §. *Decem, ff. de re iudic. Bart. in l.
ſi fundus, in vendicatione, ff. de pignor.
Alex. conſ. 36. in primo dub. lib. 5. Cæpol-*
17 *la conſ. 53. col. 5.* Rurſus intepetranda
ſententia eſt, quod voluit Iudex dero-
gare juri partium, minus autẽ eis pręju-
iudicare, quàm ſit poſſibile, argum. *l. 3.
ff. de ſuſp. tutor.* per quem ità *Abb. conſ.
3. in fin. lib. 1. gloſ. in cap. ſi confirmatio-
nem*, ubi notat *Gemin. & alii de elect.
in 6. Curt. jun. conſ. 17. in fine, & conſ. 74*
17 *col. 6. ad fin. & conſ. 153. ad fin.* & quod
minus ſit damnoſum utriq; parti *Bald.
conſ. 192. proponitur, quod in quadam
Civitate col. fin. lib. 2. Caſtrenſ. & alii in
l. 1. ff. ſi quis caution. Decius conſ. 162.*
18 *col. 2. Aymo conſ. 23. ad fin.* & præſumi-
tur lata ex cauſa, qua proferri debebat,
*l. ſi quis ad exhibendum, ff. de re iud. cum
aliis apud Aym. d. conſ. 23. num. 2.* & cui
19 verba ſententiæ concordant convenit,
& eius diſpoſitio, *l. 4. §. ſi toties, ff. de
damno infecto, l. ità autem in princ. ff. de
admin. tutor.* arguendo ab oppoſitis, &
20 ubi eſt caſus ſententię, dubitandum
non eſt, *l. Ancilla, C. de furtis*, ſicut ubi
21 eſt caſus inſtrumẽti, ibi dubitari nõ o-
portet, *Bald. conſ. 265.* proponitur *col.
2. circa finem lib.* 1. eoque fortius pro
22 veritate habetur ſententia, cum tran-
ſitum fecerit in rem judicatam, *l. res ju-
dicata, ff. de regul. jur. l. ingenuum, ff. de*
23 *ſtatu homin.* item ſententia in judicatũ
tranſacta eſt tantę potentiæ, quod na-
turalia vincula ſanguinis mutat, & fal-
ſum mutat in verũ, non eſſentialiter, ſed
quo ad effectum, *Bald. in cap. in præſen-
tia de renunc. apud Aym. conſ. 79. num. 1.*
24 & titulus ſententiæ dicitur legitimus
ad acquiſitionem dominii, ſeù quaſi, &
ad præſcribendum juxtà notata in §.
fin. inſt. de offic. Iudic. Alex. conſ. 90. col. 3.
25 *lib. 2.* etiam contra Eccleſiam, & tunc
per ſententiam dicitur præſcriptio titu-
lata, nàm pręſcribitur contra Eccleſiã
longiſſimo tempore quatraginta anno-
rum cum titulo, ut in *cap. ſi diligẽti cap.
illud de præſcript. cap. 1. eodem tit. in 6.*
latè *DD. in cap. de quarta de præſcript.
Abb. conſ. 109. col. 3. in 2. dubio lib. 1. Ay-
mon conſ. 10. nu. 10. lib. 1.*

OBSERVATIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à peritis in arte ſua nũ-
quam tranſit in rem judicatam.*
2 *Sententia abſolutoria lata ex præſump-
tionibus poteſt ſine appellatione ex va-
lidiori præſumptione retractari.*
3 *Sententia lata cum conſilio Doctoris
poteſt ſemper retractari, ſi conſilium
alterius peritioris inveniatur.*

1 SEntentia lata à Peritis in arte ſua,
ut potè ab obſtetricibus, vel à me-

OBSERVATIO XXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Creditor prorogando terminum debitori, fideiuſſor liberatur.*

1 SI creditor proroget terminum debitori, fidejuſſor liberatur *Guid. Pap. ſingul.477. Io: Fer.in tit. forma libelli cōtra plures reos debendi gloſ.*ſuper verbis ſolutionem facere recuſaverit ad *l. ſi eum Hermes,C.de locato l. labeo 30.§. fin.ff.de recep. arbitris,Emanuel de Claris aquis in ſingul.*74.

OBSERVATIO XL.

SUMMARIUM.

1 *Scriptura privata ſi fuerit dictū, quod habeat vim publici inſtrumenti, etiam hypotheca cenſetur appoſita, & deciſio S. C.adducitur.*

1 SCriptura privata ſi eſt conventum; quod faciat fidem, an habeat vim publici inſtrumenti? dic quod ſi eſt dictum, quod fidem faciat, & ei plenè ſtetur, tunc valet, ut privata ſcriptura, & plenè probat, non autem ut publicū inſtrumentum, ſi autem eſt dictum, quod habeat vim publici inſtrumenti, etiam hypotheca cenſeatur appoſita, ità fuit determinatum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano per ea quæ voluit *Bald.in l.1.col.7.ff.ſol.matrimonio, Amat.var.reſol.lib.*1.*cap.8.num.*21.ubi affirmat partes poſſe facere, quod privata ſcriptura plenam fidem faciat inter ipſos contrahentes, & quidem circa id obtineat vim,& locum publici inſtrumenti allegans multos *DD.*Siculos, & *Bald.in l.de quibus num.*15.*ff.de legib.Iaſ.in l.admonendi,& alios.*

OBSERVATIO XLI.

SUMMARIUM.

1 *Pretii ſolutio ob ſolam evictionis cogitationem retardari non poteſt, & datis fideiuſſoribus, non poteſt ſolutio differri.*

2 *Hypotheca bonorum facta à Divite loco fideiuſſionis habetur.*

3 *Fideiuſſor idoneus reputatur, ſi eum principali divite accedat.*

1 SOlutio pretii ob ſolam evictionis cogitationem retardari non poteſt, *Natta conſ.267.num.2. in 2.* & datis fideiuſſoribus non poteſt ſolutio differri *gloſ.in l.fi.§.ex quatrante,ff.de except. l.ſi poſt perfectam, C.de evict. l. habitationem,§.fin. ff.de perie. & commod.rei vend. Nevizan.conſ.37.num.15.Honded.conſ.30.num.32.in primo, Caballin.*
2 *de evict.§.3.* item ſola hypotheca bonorum facta à divite loco fideiuſſionis habetur *Alex.conſ.65.in fine in 5.Natta d.conſ.267.num.4.* Quin etiam cum
3 principali divite quilibet accedit idoneus fidciuſſor,& habilis videatur *gloſ. in verb.præſtitiſſe in l.mulier,C.de jure dotium.*

OBSERVATIO XLII.

SUMMARIUM.

1 *Solvens alienum debitum pro abſente, actione negotiorum geſtorum illud cōſequitur.*

2 *Solvens mandante debitore, mandati actione illud conſequitur contraria, non directa.*

3 *Faciens in meo aliquid ad mandantis utilitatem, mandati iudicio conſequar.*

1 SOlvens alienum debitum pro abſente, actione negotiorum geſtorum illud conſequitur, *l.ſolvendo, ff.de ne-*
2 *gotiis geſtis*, quod ſi ſolvat mandante debitore, mandati actione illud conſequitur contraria, non directa, *l.ſi quis alicui,§.impēdia eū gloſ.ff.mādati,Corn. conſ.76 ſub num.6.10.& 11.in 4. Alex. Raudenſ.reſol.49.num.100.* imò etiam
3 ſi in meo aliquid fecerim ad mandantis utilitatem, mandati iudicio conſequar extimationem,*l.ſi quis mihi mandaverit in principio jūcto fine,ff.mandati ex*

ti ex generalitate text. quam nō reſtrinxit exemplum ibi inſertum ad *l. damni infecti, §. fin. ff. de damno infecto, l. regula, §. fin. de iur. & fact. ignor.*

OBSERVATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones debent cedere prius in extinctionem intereſſe, & deindè ſortis.*
2 *Solutio quæ reſultat ex diuturnitate temporis, ex coniecturis præſumitur.*
3 *Temporis diuturnitas debet eſſe annorum triginta.*
4 *Præſumptiones leves pro allegandaſatiſfactione non admittuntur, ſed debent eſſe luce meridiana clariores.*

1 Solutiones debent cedere prius in extinctionem intereſſe, & deindè ſortis per *text. in l. in bis, §. apud Marcellum, ff. de ſolut. Anna alleg.* 112. *Anna filius in conſ.* 20. *Ant. Fab. in Cod. tit. de ſolut. diff.* 31. *Gratian. diſcept. for. c.* 224.
2 *num.* 44. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 21. *nu.* 5. & ex coniecturis præſumitur ſolutio, quæ reſultat ex diuturnitate temporis per *text. in l. ſi quis fortè, §. 1. ff. de pœnis,* quæ diuturnitas temporis debet eſſe annorum triginta, ad *Afflict. in deciſ.* 13 *Alex. conſ.* 112. *col.* 6. ſed debet eſſe taciturnitas in præſumpta ſolutione, *Soccin. in conſ.* 89. *vol.* 3. *Menochius conſ.* 121. & *Reg. Galeota contr.* 14. verum in
4 materia præſumptionis pro ſatisfactione alleganda, non admittuntur leves præſumptiones, ſed luce meridiana clariores, *Maſcard. de probat. concluſ.* 1254. *num.* 26. per *text. in l. ſi Chirographo, ff. de probation. Riminald. in conſ.* 315.

OBSERVATIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicio quid ſit, & quatuplex?*

1 Svſpicio quid ſit, & quotuplex? Reſpondetur quod eſt actus, per quē in dubitationem trahimur, timentes de aliquo, ne læſionem afferat privatim, vel publicè, & triplex eſt. Prima in debitore obnoxio æris alieni, ne fugam arripiat. Secunda ſuſpicio adverſus Iudicem non ſolum delegatum, verum etiam ordinarium, nām cum Magiſtratus ſepè Religionis ſuæ obliti judicando noceant, receptiſſimè conceſſum eſt omnes ex ſuſpicionis cauſa recuſari; De Iudice delegato tractatur in *l. apertiſſimi, & l. ultima, C. de judiciis*, de ordinario autem extat novella, *ut Præſides qui interpellantur, §. quod ſi uſu veniat.* Tertia eſt quædam denique ſuſpicionis ſpecies ex conata, quod tendit ad lædendum publicè, aut privatim, quæ pertinet ad actionem de poſtulatione ſuſpecti.

OBSERVATIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicio officialis ex cauſa affinitatis, illa ceſſante ex diſſolutione matrimonii, utrum ceſſare debeat?*
2 *Opiniones in contrarium adducuntur, & conciliantur.*
3 *Opinio* Dom. Reg. Roviti in Pragm. 1. de ſuſpict. Official. *æquior videtur, et ex rationibus ibidem adductis ſequenda.*

1 Svſpicio officialis ex cauſa affinitatis, illa ceſſante per diſſolutionem matrimonii, utrum ceſſare debeat? Reſpōdetur, quod prima facie videbatur
2 dicendū ceſſare per *dec. Milanēſ. Sicul. dec.* 15. *lib.* 1. tamē cōtrariū afferet deciſum de *Franch. deciſ.* 719. & *Reg. Capyc. Latro in deciſ.* 81. ſed Fontanella conciliando has opiniones contrarias diſtinguit, quod opinio Dominorum de Franchis, & Capycii Latro procedunt, quando remanent reliquiæ, & ſic filii, vel deſcendentes, ſecunda verò opinio *Milanenſ.* procedat quando non ſuperſunt filii, vel deſcendentes.
3 Verum *Reg. Rovitus in Pragm.* 1. *de ſuſp. Official.* de hac diſtinctione valdè dubitat, & tenet, quod etiam ſi non re-

ma-

manerent filii, vel deſcendentes per ſolam affinitatem contractam in officiali ſuſpicionem non ceſſare ob amicitiam contractam ex cauſa dictæ affinitatis, nàm ſi ſola amicitia eſt ſufficiens cauſa ſuſpictionis in Iudice, quãto magis ex cauſa dictæ affinitatis, & ait *dictã deciſionẽ de Frãchis* 719. apud ſe eſſe valdè dubiam, ut in *d. Pragmat. n.* 20 *&* 21.

OBSERVATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Suſpictio, ſeù recuſatio in actuario ſolo juramento admittitur.*

2 *Actorum Magiſtri S. R. C. non removentur, niſi diſcuſſis capitibus in Aula, in qua agitur cauſa, & decretum Dom. Præſidentis S.C. Severini adducitur.*

1 SVſpicio, ſeù recuſatio in actuario non requirit requiſita per *Regiam Pragmaticam*, ſed ſolo juramento recuſatur, *Afflict. in Conſtit. Iuſtitiarii per Provincias num.* 5. *Francus in cap. eum ſpeciali num.* 43. *de appellat. in* 6. *Rebuff. in tit. de recuſat. artic.* 9. *gloſ. unica nu.* 4. *Io: Vincent. de Anna in ſingul.* 489. ubi ait, quod ità ſervatur, & ità ſervari vidiſſe in Regno Siciliæ teſtatur *Maſtrill. deciſ.* 151. *num.* 90. *&* 91. *Gizzarellus deciſ.* 66. *num.* 4. *&* 5. *Boer. deciſ.* 258. *num* 7. idem affirmat *Reg. Sanſelic. in deciſ.* 287. *num.* 7. *& in praxi judiciali ſect.* 49. *num.* 6. ubi affirmat, quod in Actuario in capite proponitur cauſa ſuſpictionis abſque depoſito, & *Caravita in ritu* 265. *num.* 7. *&* 8. affirmat, quod omnis cauſa licet non ſit valdè urgens remo-
2 vet Actuarium; Verùm quo ad Actorũ Magiſtros S.R.C. per Collaterale Cõſilium fuit ordinatum ſub die 6. Menſis Martii 1645. quod non amoveantur, niſi diſcuſſis capitibus in aula, in qua agitabatur cauſa, & per Dominum Præſidentem Severinum fuit interpoſitum decretum, quod ſervetur ordinatio Excellentiſſimi Domini, quod regiſtratum reliquit *Dom. Regens Rovitus in Pragm.* 1. *de ſuſpict. Official. nu.* 19. quod tantum procedit in Magiſtris Actorum S.C. In Actuariis verò ſervantur Ritus, & Conſtitutiones Regni, & removentur cum ſolo juramento.

Dec. Coll. Conſ.

OBSERVATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in officio regulariter fieri non poteſt.*

2 *Subſtituere in officio an, & quando fieri poſſit?*

3 *Facultas ſubſtituendi conceſſa, obligat ſubſtituentem, & id quod ſubſtitutus facit, ſuò periculo facit.*

4 *Nominatus ſi deliquerit in officio, perindè eſt, ac ſi nominans deliquerit.*

5 *Subſtitutus, eiuſque fideiuſſores ſi dederit pro mala adminiſtratione in officio, primò conveniantur, & demum ſubſtituens, & nominans.*

6 *Nominans tenetur ratione fidei, quaſi doloſè verſatus ſit in eligendo.*

7 *Nominatus ſi tempore nominationis idoneus, & habilis approbatus fuerit per R.C. Summariæ, ſi poſtea male ſe geſſerit, nominans ad nihilum tenetur.*

8 *Stylus Regiæ Cameræ Summariæ, qui obſervatur in ſubſtitutionibus faciendis refertur.*

9 *Officium duplici jure poteſt amitti, & perdi, vel per mortem ſubſtituentis, vel per delictum commiſſum in officio.*

10 *Rex ſcire dèbet quis Regalia exerceat per Conſtit. Regni ſcire volumus, ideoque de mandato Proregis ſubſtituitur.*

11 *Induſtria perſonæ ſemper præſumitur electa inter Artifices, maximè in magnis.*

12 *Officialis non poteſt ſubſtituere ſine mãdato ſuperioris, & ſubſtituens quaſi legalis fideiuſſor tenetur.*

13 *Subſtituens de facto ſubſtituti tenetur in operibus, et fabricis ſi ceciderit murus à ſubſtituto fabricatus.*

14 *Officiorum materia fraternizat cum feudis.*

15 *Beneficium licet ſit individuum, quoad titulum, ſecus tamẽ quo ad fructuum, & red-*

& redditus, quia illi ex cauſa poſſunt inter duos dividi.

1 SVbſtituere regulatiter quis non po-
teſt in ſuo officio l. 1. C. de præpoſ. a-
gent. in rebus lib. 10. l. nullus 60. C. de
decurionib. lib. 10. l. inter Artifices 31. ff.
2 de ſolution. ſed an, & quando quis ſub-
ſtituere poſſit DD. in d. l. nullus, ubi Re-
buff. & in l. ſi quis ex corpore, C. de muri
legulis lib. 12. Bart. & DD. in l. continuò,
§. ſi ab eo, ff. de verb. obligat. Abb. in c. fin.
de offic. deleg. & in c. firmiter de ſumma
3 Trinitate, & Fide Cathol. Benè tamen
data facultate ſubſtituendi, sẽper ſub-
ſtituens tenetur, nàm id quod aliquis
per ſubſtitutum facit ſuo periculo facit
d. l. 1. de præpoſ. agent. in rebus, iuxtà gloſ.
in verbo per ſubſtitutum DD. in l. quiſ-
quis, & in l. ad ſimilitudinem, C. de Epi-
ſcop. et Cleric. l. decreto, ff. de adminiſtrat.
tutor. l. quid ergò, ff. ad municip. l. de
pollicitationib. ff. de pollic. l. fin. de
peric. nominatorum lib. 11. & l. fin. Cod.
quoquiſque ordin. lib. 11. d. l. nullus de
decurion. lib. 10. l. qui autem, §. ſi quis, ff.
de conſtit. pecun. l. exactores, C. de ſuſcept.
4 propoſitis, et arcariis lib. 11. d. & ſi nomi-
natus deliquerit in officio, caſu quo of-
ficiũ perditur, perindè eſt, ac ſi nominãs
deliquerit l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. l. Iu-
dices, C. de dignit. lib. 11. Camill. de me-
dic. conſ. 62. num. 8. l. nàm, & ſervius §.
mandatu tuo, & ibi Bald. de neg. geſtis;
5 Benè tamèn ex mala adminiſtratione
ſubſtituti, primo convenitur ſubſtitu-
tus, ejuſque fideiuſsores, ſi dederit ſub-
ſtitutus, & demum ſubſtituens, & nomi-
nans, l. fin. C. de prædiis, & aliis rebus na-
vic. lib. 10. l. 2. in princ. C. quoquiſque or-
din. lib. 11. l. quoniam augerio, ubi gloſ.
Io: de Platea, & alii, C. de conven. Fiſci
debitor. lib. 11. l. Imperator iunta gloſ. ff.
ad municipalem, Iacob. Rebuff. in d. l. ſi
quis ex corpore, C. de murileg. lib. 11. in fi-
ne, Camill. de Medic. d. conſ. 62. nu. 12. l.
quid ergò, ff. ad municipalẽ cũ bona fi-
dejuſſoris in bonis rei agregãtur, ad l. ſi
plures, §. præterea lo 2. ff. de fideiuſſori-
bus, Alex. conſ. 67. in fine num. 6. & conſ.
60. in fine num. 5. Alberic. in l. ex facta,
6 ff. de negotiis geſtis, gloſ. in l. mulier, C. de
iure dotium, & ea ratione nominans te-
netur ratione fidei quaſi doloſè verſa-
tus ſit in eligẽdo, d. l. Imperator in fine,
Platea in l. 1. & 2. C. de pericul. nomin.
7 lib. 11. quod ſi quis tempore nomina-
tionis idoneus, & habilis approbatus
fuerit per Regiam Cameram Summa-
riæ, ſi poſtea damnum dederit Reipu-
blicæ, nihil nominans præſtare debet,
l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtrat. re-
rum ad Civitatum pertinentium; & ideò
contra ſubſtitutum Fiſcus agit; ut neq;
rei ſuæ poſſeſſorem tertium prætereat
ex privilegio Fiſci, quod pecunia eis, vel
ei debita non conſumatur, ex regu-
la l. ſi cum pecuniam, Cod. de privilegio
Fiſci; ſtilus tamen Regiæ Cameræ Sũ-
8 mariæ eſt, cum ſubſtitutos admittit de
ordine Excell. Domini Proregis ex-
preſsè paciſci, quod de culpis, & defe-
ctibus ſubſtitutis ſubſtituẽs teneatur, ad
l. fin. in princ. ibi cum ipſe eis ſuo periculo
adhibuerit, ff. naut. Caupones ex his, &
de omni culpa, argum. l. ſi quis pro eo, §. ſi
nummos, ff. de fideiuſſ. verſ. in omnem
9 enim cauſam; Primo, quia cum officiũ
poſſit amitti duplici jure, & perdi, vel
per mortẽ ſubſtituentis, vel per delictũ
commiſſum in officio, ex regula d. l. ſi a-
liquid, C. de ſuſcept. lib. 10. & d. l. ſi quis,
C. de officio Præfecti Prætor, l. nullus the-
ſaurenſis, C. de Palat. ſacræ largit. lib. 12.
In utroque caſu Regiæ Curiæ eſt con-
ſulendum; tùm quia officium finitur
morte ſubſtituentis, in cuius dominio
eſt illius exercitium, & tùm quia ex de-
licto, quod committeretur per ſubſtitu-
tum, fidejuſſores ſubſtituentis tempore
ſuſceptionis officii præſtiti de benè ad-
miniſtrando non tenerentur pro ſubſti-
tuto ex regula l. 1. C. de periculo eorum
qui pro magiſtris inſer. lib. 12. Camill.
de Medic. conſ. 31.
10 At in Regno adeſt Conſtitutio Re-
gni ſcire volumus, per quam, cũ à Re-
ge Regalia ſint habenda, & ſcire de-
beat Rex quis exerceat; Ideò de man-
dato Proregis ſubſtituitur, sẽper enim
præſumitur electa induſtria perſonæ in-
11 ter Artifices, maximè in magnis, ad

Innocent.per illum text.in cap.fin.§.1.*de officio deleg.*ubi *Felin.Capyc. deciſ.* 551. *Andr.in cap.1.de feudo Marchia*, dixit cenſeri ſemper electam induſtriam perſonæ, *Abb. in repet. in verb. Induſtria perſona*, ſic in officio Magiſtri Actorum M.C. *de Ponte deciſ.*28*, num.*46. & in officio Curſoris maioris, ad *l.cauſam in fine*,ubi *Io:de Platea, C. de Cur.publico lib.*12.*Campagna in cap.Regni*, *quia de*
12 *Vicariis à num.* 3. quod officialis non poſſit ſubſtituere ſine mandato ſuperioris, & ſubſtituens quaſi legalis fideiuſſor tenetur, *Platea in d.l.fin. in final. verbis,C.quoquſque ordin. conveniatur lib.*11. ſemper enim ſubſtituens de fa-
13 cto ſubſtituti tenetur in operibus, & fabricis, *Roman.conſ.* 295. in caſu ſi ceciderit murus à ſubſtituto fabricatus;
14 Ceterum in officiorum materia, in quibus fraterni ſunt cum feudis, eſt *Conſil.Camil.de Medic.*169. *videndum, qui n.*1.dicit in iure ſancitū,ut uni conferatur diſpoſitio unius officii; Alteri verò actio, & dominium quæratur, ex *notab.tex.in l.fideicommiſſa*, §. *item ſi quis,verbo interdum,ff.de legatis* 3.conſuluit *Cuman.conſ.*73.*in* 2.*col.*faciunt *l. cognitio.ff.de lib.cauſa,& l ſed ſi de fructu,ff.de uſu, & habitat.* ut unus poſſit habere uſum rei; Alter uſumfructum; Alter proprietatem, etiam remediorū loco,ad *l. ſi uſusfructus,ff. de iure dotium*, de officiis agunt *Caſtrocan. de ſocietat.offic.et Gallican.Giorg.in repetit. qui feudum dare poſſunt, de Ponte de poteſt.Proreg. Franc.de Amicis in tit. de his qui feud. dare poſſ.* Quinimò licet
15 beneficium ſit individuum quo ad *titul.cap.tua, cap.maioribus,cap.dilecto de prabend.* ſecus tamen quoad fructus,& redditus, quia illi ex cauſa poſſunt inter duos dividi, *c. propoſuit*, & ibi *Abb. num.* 2. *de filiis Prasbit. Ludovic. deciſ. Rota* 479. *num.*2.

OBSERVATIO XLVIII.

SUMMARIUM.

1 *Subtilitates iuris civilis in formādis iudiciis ſunt ſublata, & proceditur in hoc Regno ſola facti veritate inſpecta.*

2 *Veritas quandocumque venerit, & de ea conſtare poterit, etiam poſt concluſum in cauſa, & uſque ad prolationē ſententia admittitur.*

3 *Obſervantia noſtrorum Tribunalium refertur.*

1 SVbtilitates iuris civilis ſunt ſublatæ in formandis iudiciis, & ſtatutum, quod procedatur in hoc Regno ſola facti veritate inſpecta, ſummariè ſimpliciter, & de plano, & ideò quandocū-
2 que venit veritas,& de ea conſtare poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa, & uſque ad ſentētiæ prolationem admittitur, hoc enim operatur virtus clauſulæ prædictæ (ſola facti veritate inſpe-
3 cta,& hanc eſſe obſervantiam tribunalium huius Regni, ut etiam poſt concluſionem uſque ad ſententiam admittantur, & recipiantur ſcripturæ, etiam privatæ, adeò ut petenti eorum recognitionē nō ſit denegāda,ut notat *Reg. Rovit.in Pragmat.* 13. *de ord. judicior. Gizzarell.in deciſ.*41.*Muſcatell.in praxi in gloſ.ſcriptura in addit. Reg. Conſ. Prati.*

OBSERVATIO XLIX.

SUMMARIUM.

1 *Supernumerarii non gaudent privilegiis, quibus gaudent ordinarii.*

*Niſi aliter Principi creanti placuerit, num.*2.

1 SVpernumerarii non gaudent privilegiis, quibus gaudent ordinarii, ex apertiſſimo *text.in l.fin. Cod.de apparit. Magiſtrorum militum lib.*12.*l.Decurionibus,C.de ſilentiariis lib.*12.ibique *Rebuffus Corſetus in ſingulari verbo ſuper numerarii*. *Alciat.in l.non plures,verſ. prator,Cod.de Sacroſanct.Eccleſiis, de Franch.deciſ.*234.*num.*6*. Regens de Pōte de poteſtate Proreg.tit.*4.§.8.*num.*53. *&* 54.*Reg.Tappia in Conſtit. Statuimus num.*29.*& in Rit.* 234. *Aloyſius de Leo in l.*4.*num.*10. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. Ma-*

M iſtrill.dæciſ. 156.*num*.31.& 32. &
*Thor.in p.*1.*deciſ.in verbo Doctores ſu-
pernumerarii*,niſi aliterPrincipi creanti
2 placuerir , ut per *Doctores prædictos*,
& *text.in l.nemo agentium , Cod. de
offic.magiſtri officiorum ibi*:& gradu cæ-
teros antecedat,quem ſtipendia melio-
ra, vel labor prolixior fecerat anterire.

OBSERVATIO L.

SVMMARIVM.

1 *Scripta in libro mercatoris contra eum
probant, & præſumuntur eſſe ſcripta
de ejus iuſſu, & conſenſu.*
2 *Retinens regiſtrum, vel aliam ſcriptu-
ram apud ſe præſumitur, quod con-
tenta ſcripſerit, & approbaverit.*

1 SCripta, quæ in libro mercatorum re-
periuntur contra eos probant , &
præſumūtur omnia eſſe ſcripta de eius
juſſu , & conſenſu , & permiſſione , &
contrarium aſſerenti non crederetur, *l.
ſi quis ex argentariis*,§.*rationem ff.de
edendo,Bart.in l.quædam ſunt,ff.eodem
titulo, Alexand. de Imola* in *conſ*. 290.
2 *incip. ponderatis his in* 2. *vol*. nám qui
librum regiſtrum,vel aliam ſcripturam
apud ſe habet , & retinet,præſumitur ,
quod contenta ſcripſerit,approbaverit,
& confeſſus fuerit,*l.ſi filius familias pa-
tre abſente ff.ad macedoniannm*, & *in
Clement*.1.*de procuratoribus*, & *Alex.in
l.ita ſtipulatus*,§.*Chriſoganus,ff.ad ma-
cedonianum* , & *Clem*.1. *de procurato-
ribus*.

OBSERVATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura privata cōvalidari ſolet per
comparationem aliarum litterarum
ab eodem debitore factarum.*
2 *Periculoſum eſt accedere ad compara-
tionem litterarum, nàm ſolet ſcriptu-
ra mutari ex cauſa temporis.*

1 SCriptura privata convalidari ſolet
per comparationem aliarum litte-
rarum factarum ab eodem debitore
ut per *Jo:de Imola in l. nuda, ff. de do-
nat. Roman.* & *alii in l.rationes,Cod.de
probat.Hypol.de Marſil.in rubr. Cod. de
probat.num*.297. *qui in ſeq. num*.298.
2 putat periculoſum eſſe ad comparatio-
nem litterarum accedere , cùm ſoleat
ſcriptura mutari ex cauſa temporis, nā
(dicit) aliter ſcribit homo in juventu-
te , quàm in ſenectute,per *gloſ. in auth.
de triente*, & *ſemiſſe*, §.*ſi autem*, & ibi
per *Angel*.

OBSERVATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor pro ea parte, qua ſucceſſit ex-
tinguitur obligatio, & pro reliquis cō-
tra cohæredes agere poteſt.*
2 *Actiones paſſivæ in realibus ſemper cō-
tra poſſidentem in ſolidum inſtituūtur,
perſonales verò pro hæreditariis por-
tionibus activè, & paſſivè.*
3 *Conditio obligationis ex perſona hære-
dum non eſt mutanda, ſed exiſtit in
ſua eſſentia primordiali, quam habe-
bat aptitudine.*

1 SVcceſſor pro ea parte , qua ſucceſſit
extinguitur obligatio , & pro reli-
quis contra cohæredes agere poteſt,*l*.1
*C.de hæred.action.l.ſi ab eo , C. de negot.
geſt.l.ſi uxor,C.de bonis auth. jud. poſſid.*
2 *l.debitori,C.de pactis,l.licet,C.ad falcid.*
Paſſivè autem in realibus ſemper con-
tra poſſidentem in ſolidum inſtituūtur,
l.de eo,§.1.*ff.de exhib.* perſonales verò
pro hæreditariis potioribus activè , &
paſſivè,*l*.2.*C.ad hæred.action.l.ſi poſſeſſor
feudi,ff.de rei vendicat.l*.2.*C.ſi unus ex
pluribus,l.ſi reor,Cod.de iure delib.l.ea
quæ,C.famil.herciſcund.l*.1. *C.ſi certum
pet.l.pacto ſucceſſorum,C.de pactis* , niſi
in ſex caſibus, in quibus quis hæres in-
ſolidum convenitur per *gloſ. in d. l*. 2.
verſ.placuit,C.de hæred. action. Et licet
3 ex perſona hæredum conditio obliga-
tionis non ſit mutanda, *l*.2.§.*ex his,ff.
de verbor.obligat.l*.2.§.*incertam,ff.de
prætoriis ſtip.* Cum dividitur per manū
debitoris in hæredes non dicitur muta-

ri, quia debitor cum promiſit pro ſe,& ſuis hæredibus ab ipſo initio dividit actionem inter hæredes, pro hæreditaria portione, undè non alteratur hæc conditio obligationis, ſed exiſtit in ſua eſſentia primordiali,quam habebat aptitudine;ſicut è contra cum venditor ſtipulatur, ut *ff. de probation. l. ſi pactum*, ſecus in pœna, cum non conſiſtat in jure hæreditario,ut conditio ad *l. hæredes,§. idem tutor, ff. familiæ erciſcundæ*, ſic *Petr. de Bellapertica per l. ſcire,C.de negotiis geſtis,l.ſi plures, C. de condit. inſert.* ubi *Bald.num. 22. verb. ſed iuxtà prædicta quæritur contra Iacobum de Arena.*

OBSERVATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum in principio litis fieri non debet.*

2 *Nec pro re non liquida fieri poteſt*

3 *Factum pro debito non liquido non valet.*

4 *Factum pro credito nõ liquido revocari debet, & obtinens in expenſis condemnari.*

5 *Fideiuſſio quid operatur circa ſequeſtrum factum, vel faciendum?*

6 *Fidejuſſio,quæ continere debet?*

7 *Sequeſtrum impeditur, & factum revocatur oblata ſatiſdatione de reſtituendis fructibus, vel eorum extimatione, ſecus autem,quando periculum eſt in mora num.8.*

9 *Exceptio non admittenda admittitur,ſi periculum eſt irreparabile ſi non admittatur.*

10 *Ubi majus periculum vertitur. ibi magis eſt conſulendum.*

11 *Iudicis declaratio expectanda non eſt quando periculum eſt in mora.*

13 *Periculum quando timetur ex dilatione, actus explicari poteſt ſine aliquo conſilio, qui alias eſſet neceſſarius.*

13 *Dilatio permittenda non eſt, ſi periculum eſt allatura.*

14 *Sequeſtrum fieri poteſt in quacumque inſtantia, etiam in cauſa appellationis ſi timor alienationis imminet.*

15 *Fieri poteſt, etiam pro debito non maturato, quando ſubeſt cauſa pro partium cautela.*

16 *Ius ſuperveniens actori pendente iudicio ex cauſa de præterito convalidat judicium.*

17 *Sequeſtrum fieri poteſt, quando conſtat de debito cum obligatione omnium bonorum debitoris.*

18 *Sequeſtratio rei immobilis, & fructuũ fieri poteſt, ubi de dilapidatione dubitatur.*

19 *Sequeſtrum, in quibus caſibus eſt permiſſum?*

20 *Sequeſtratio de jure civili prohibita regulrarier fit in caſu neceſſitatis.*

1 Sequeſtrum regulariter eſt prohibitum in principio litis, Nám prius debitor debet convinci, & tũc demum ad ſolutionem adſtringi *l. 1. C. de probibit. ſequeſtr. pecuniæ l. fin. ff. de jure fiſci*; & debet prius conſtare de credito,aliàs ſequeſtrum eſt nullum, *Rebuff. de ſequeſtro artic. 1. gloſ. 2. num. 3. DD. in l. cum proponas, C. de bonis authot. judic. poſſid.*

2 Amplia, quia ſequeſtrum non apponitur pro re non liquida; ideò requiritur liquidatio antequam apponatur, quia poteſt obiici de regula in *l. 1. C. de exequut. rei judicatæ.*

3 Extende in tantum,ut ſi fiat pro debito non liquido non obſit, neque valeat *Bald. conſ. 384. lib. 5.* Imò poteſt re-

4 vocari ſequeſtrum factum pro credito non liquido, & obtinens debet condẽnari in expenſis, *Bart. in l. eum quem temerè ff. de judiciis*; calumniari aùtem dicitur is,qui non probat id,quod allegat,ut *not. in l. 1. ff. ad turpill. Soccin. cõſ. 118. col. 4. lib. 1.* quia ubi conſtat de calumnia fit condemnatio in expenſis.

Sequeſtrum revocatur per fideiuſſionem, *l. ſi fideiuſſor 7. ff. qui ſatiſdar. cog. Oltrad. conſ. 224. in princ.*

5 Et fidejuſſio nedum operatur, ut tollatur ſequeſtrum factum, ſed etiam, ut impediatur faciendum *Roman. conſ. 312 circa propoſitam col. 2. verſ. quo ad tertium.*

6 Et fideiuſſio debet continere tria. Primum, quod ſit de judicio ſiſti. Secun-

eundum, de re non barattanda, ut per
gloſ. fin. in l. fideiuſſor, §. fin. ff. qui ſatiſ-
dar. cogantu. Tertium, ut promittat
rem reſtituere ſine ulla procraſtinatio-
ne, Tuſcus lit. S. concluſ. 212. n. 3.
7 Et ſequeſtrum impeditur, imò jàm
factum revocatur, ſi aliter ſatiſdatio
offeratur de reſtituendis fructibus, vel
eorum extimatione, ut in l. litibus, Cod.
de agricul. & cenſitis lib. 11. et l. Senàtus
ad fin. ff. de officio Præſidis, & cap. exami-
nata de iudiciis, & cap. ex literis de do-
lo, & contumacia.
8 Limitatur dicta regula, quando pe-
riculum eſt in mora ſecundum Bald. in
l. ſed ſi quis, ff. quemadmodum teſtam. a-
per. num. 3. & Iudices frequenter á præ-
ceptis incipiunt Hyppol. de Marſil. in
9 ſing. 648. num. 3. & exceptio, quæ aliàs
non admitteretur, admittitur, quando
periculum eſt irreparabile, ſi non ad-
mittatur Alex. cõſ. 17. requiſitus in cau-
ſa num. 6. lib. 1. & Beatus Ioannes à Ca-
peſtrano in ſpeculo conſciẽtia inter tract.
10 tom. 1. fol. 354. num. 69. ait, ubi majus
periculum vertitur, ibi magis eſt con-
conſulendum l. 1. §. 2. ff. de carbon. edi-
cto, §. & quoniam auth. de teſtibns, quem
ſequitur Petrus Pecchius Ziriz. in tract.
de teſtam. mariti, & uxoris lib. 3. cap. 1.
11 num. 7. cum aliis DD. imò, quando pe-
riculum eſt in mora, non eſt expectan-
da Iudicis declaratio, Panormit. in cap.
in veteri col. penultima extra de elect.
12 nam quando periculum timetur ex di-
latione actus, poteſt explicari ſine ali-
quo conſilio, qui alias eſſet neceſſarius
13 cap. ex parte de conſtit. & ubicumque
dilatio eſt periculum allatura non per-
mittitur ad text. in l. 1. §. ſi quis rivos, ff.
de oper. nov. nunciat. ibi: Præterea gene-
raliter præter cætera quoque opera
excipit, quorum mora periculum alla-
tura eſt.
14 Imò ſequeſtrum fieri poteſt in qua-
cumque inſtantia, etiam in cauſa ap-
pellationis, ſi ſubeſt cauſa timoris alie-
nationis bonorum ad text. in l. Impera-
tores, §. fin. ff. de appellation. Guid. Papa
deciſ. 246. & benè poteſt fieri ſeque-
15 ſtrum pro debito non dum maturato,
quando ſubeſt cauſa, non ad effectum
conſignandi creditori ſequeſtranti, ſed
ad effectum recommendandi pro cau-
tione, d. l. Imperatores, §. idem reſcrip-
ſerunt, ff. de appellat. Afflict. deciſ. 279.
ex quo ius ſuperveniens actori penden-
16 te iudicio ex cauſa de præterito con-
validat judicium, & acta, & ideò po-
teſt confirmari, l. ſi rem, §. fin. ff. de pi-
gnor. actione, l. ſi mandavero tibi, aut ti-
tio, ff. mandati, latè Bart. & alii in l non
poteſt videri, ff. de iudiciis, cum aliis ad-
ductis per Cardinal. Tuſc. in cõcluſ. 209.
lit. S. et regula l. 1. C. de probib. ſequeſtrat.
17 pecuniæ, limitatur quando conſtat de
debito, & quod debitor obligavit om-
nia bona ſua, quia tunc poteſt fieri ſe-
queſtrum de bonis immobilibus, &
reus tenetur dare fideiuſſorem de re
exhibenda, & non barattanda, per alle-
gata per dictum Tuſc. in concluſ. 202.
18 lit. S. num. 13. limitatur 2. quotieſcun-
que peteretur res immobilis, & dubi-
taretur de dilapidatione, poteſt ſeque-
ſtratio fieri, Panormit. in cap. 2. de ſe-
queſtr. poſſ. & fruct. in 2. col. & Clar. in
cap. fin. eod. tit. ſubiciens, quod ubi in-
ſurgit æquitas, vel præſumptio move-
re debet Iudicem ad ſequeſtrandum, ſi
timeretur de conſumptione rei, & fru-
ctuum, Franc. Curtius ſenior in tract. de
ſequeſtr. in 2. fallent. n. 7.
19 Eoque magis, quia ſequeſtrum eſt
permiſſum in multis caſibus, de quibus
per gloſ. in l. 1. Cod. de probibita ſeq. pecu-
niæ, ubi in ſecundo caſu habetur, quod
ſequeſtrum fit de re mobili, vel immo-
bili, ſi poſſidens ſit ſuſpectus, quod ſit
diſſipaturus, ut in l. ſi cum dotem, §. fin.
autem, ff. ſoluto matrimonio, & d. l. Im-
peratores, ff. de appellat. & in l. ab exe-
quutione, ff. quorum appellat. & Ro-
man. in cap. 241. num. 9. ponit caſum
in terminis de debitore, vel fideiuſſore
ſuſpecto, quod quemadmodum poſ-
ſunt mobilia ſequeſtrari, ità poſſunt, &
immobilia creditori alienatio interdi-
ci, ut eſt caſus ſingularis in l. de pollici-
tationibus in fine, ff. de pollicitationibus,
20 & ſequeſtratio, quæ de jure civili pro-
hibita eſt, regulariter fit in caſu neceſ-
ſitatis, veluti ſi poſſeſſor ſuſpectus ſit,
nè diſſipet rem, vel fructus, ut latè
fun-

Digitized by Google

fundat *Proſdocim de Comitibus in tract. de differentiis legum, & canonum num. 41. & 42. fol. 193. inter tract. tom. 1.* & habetur in *cap. dilectus filius extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

OBSERVATIO LIV.

SUMMARIUM.

1 *Sequeſtrum fructuum bonorum feudalium fieri poteſt ad inſtantiam creditorum abſque aſſenſu, facta prius diſcuſſione aliorum bonorum burgenſaticorum, etiam in fructibus recollectis, & à ſolo ſeparatis.*

2 *Fructus uti à feudo ſeparati, vel ſeparandi veniunt in generali obligatione bonorum facta per feudatarium in beneficium creditorum, etiam ſine Domini aſſenſu idemque habere locũ, etiam in creditore in actione perſonali, num. 3.*

4 *Sequeſtrum fieri poteſt, etiam contra hæredes feudatarii, & in fructibus naſcituris, quando ſumus in feudo hæreditario, & non ex pacto.*

5 *Sequeſtrum juriſdictionis ad inſtantiã creditoris, abſque aſſenſu fieri poteſt, & deciſiones S.C. adducuntur.*

1 Sequeſtrum fructuum bonorum feudalium fieri poſſe ad inſtantiam creditorum abſque aſſenſu fundat *D. Reg. Rovit. in Pragm. 3. de ordin. Iudic. num. 18. & in conſ. 77. & D. Staibanus lib. 1. reſol. 12. num. 12.* facta prius diſcuſſione aliorum burgenſaticorum, etiam in fructibus recollectis, & á ſolo ſeparatis, *Hartman. Piſtor. qq. juris cap. 15. Scrader. de feudis 2. p. 9. partis princip. 3. num. 4.* & cum non fiat exequutio in corpore feudi, ſed in ipſius fructibus,
2 & commoditatibus, uti á feudo ſeparatis, vel ſeparandis, uti tales veniunt in generali obligatione bonorum facta per feudatarium ad beneficium creditoris, etiam ſine Domini conſenſu, ut ex *Iſern. Alvar.* & aliis probat *Roſental. de feudis cap. 9. membr. 1. concluſ. 10. num. 5. & concluſ. 16. num. 7.* ubi am-
3 pliat habere locum, etiam in creditore in actione perſonali, ut fundat *Scrader. de feud. p. 8. cap. 1. num. 12. & 14. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 26. num. 7.* etiam con-
4 tra hæredes feudatarii, & in fructibus naſcituris poſt mortem feudatarii, quãdo ſumus in feudo hæreditario, & non ex pacto, ut præter dictos *DD.* probat *Ruin conſ. 296. Berlich. practic. concluſ.*
5 *concluſ. 82. tom. 1.* Quid autem dicendũ reſpectu ſequeſtri juriſdictionis ad inſtantiam creditoris abſque aſſenſu, & ex dictis per *D. Reg. Rovit. in locis ſupra citatis*, videtur non poſſe fieri, tamen *Faber. & alii* aſſerunt poſſe fieri, & ſic per S.R.C. fuit pluries judicatum, & prædictam opinionem eſſe veriſſimam, & deciſiones per S.R.C. emanatas concedentes ſequeſtrum juriſdictionis eſſe rationi conſentaneas, nec militar ratio relata per dictum *D. Reg. Rovitum* non poſſe ſequeſtrari juriſdictionem, ſivè ea conſideratur, uti feudalis, ſeù de regalibus ejus obligatio indiget Regio aſſenſu, tanto magis, quia eſt annexa, & inſeparabilis á feudo, nám ſi corpus feudi, cui annexa eſt juriſdictio reſpectu fructuum, poteſt fieri exequutio, itâ etiam emolumenta, & commoditates juriſdictionis, non enim fructus juriſdictionis ſunt diverſi á fructibus feudi, & proindè quando *DD.* communiter tenent, poſſe fructus exequi, & deindè tamquam ab ipſo ſeparatos, vel ſeparandos, uti allodiales creditori aſſignari neceſſario includunt omnes fructus, & commoditates feudi, cum quo eſt annexa juriſdictio, & ſic ejuſdem juriſdictionis, verum quia fructus, & emolumenta juriſdictionis non poſſunt abſque exercitio illius percipi, & feudatarius, qui eſt debitor, ſi illós exigit, utique illos non ſolveret creditori ob ejus culpam, fit etiã ſequeſtrum exercitii juriſdictionis; & deputatur alia perſona per Regem, á quo juriſdictio emanavit, quæ illum nomine ſuo exerceat, nec requiritur in caſu prædicto aſſenſus, quia ille ſemper requiritur ob intereſſe Domini feudi, ut habeat feudatarium ſibi cognitum, & non fiat mutatio de perſona ad perſonam, & ſi ſequeſtrum juriſdictionis cõceditur ad in-

inſtantiam creditoris cum aſſenſu, eo
magis poteſt ab ipſomet, qui conſen-
ſum dat ſequeſtrari,& ſibi ipſi avocari
in odium feudatarii ſolvere recuſantis,
nec reſpectu vaſſalli ullum intereſſe
conſiderari poteſt, nam ipſe quo ad ſe
obligavit in beneficium creditoris fru-
ctus,& emolumenta feudi, imò poteſt
cogi ad vendendum feudum, juxtà tra.
dita per *D.Præſ.de Franchis d.dec.*704.
prædictamq; opinionem ſequitur *Kop-
pen.deciſ.39.num.1.cum ſeq. Hartman.
Piſtor.q.15.num.* 35.*&* 91.*& Gizzins
in obſevvatione ad deciſ. Reg.Capyc.La-
tro in deciſ.ſexta*, qui aſſerit ſic fuiſſe
deciſum,& binas deciſiones refert.

OBSERVATIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Snbſtitutio conditionalis ex non exiſtẽ-
tia, vel non purificata conditione, nõ
ſolùm deficit, ſed etiam habetnr pro
non facta, nec ſcripta, & ſubſtituti
habentur, ac ſi nomiuati non fuiſ-
ſent.*

2 *Fideicommiſſum cum ſit onus nunquam
ſubintelligitnr, & vèrba non ſolùm
debent eſſe expreſſa, ſed clariſſima,
quod illnd inferant.*

3 *Fideicommiſſum indnctum non cenſe-
tur, quando diſpoſitio aliquem poteſt
parere effectum citra introductionem
novi fideicommiſſi.*

4 *Fideicommiſſnm in dubio ſemper ex-
cludendum eſt.*

5 *Fideicommiſſum ab allegante eſt con-
cludenter probandum.*

6 *Teſtatoris voluntas non ſnfficit, niſi ex-
preſſè diſponat.*

1 SVbſtitutio, vel diſpoſitio conditio-
nalis ex non exiſtentia, & non pu-
rificatione conditionis non ſolum defi-
cit, ſed etiam habetur pro non facta,
nec ſcripta,& ſubſtituti habentur, ac ſi
nominati non fuiſſent, ad *l.pecuniam*,
36.ubi *Dec.à nnm.4.ff.ſi certum pet. l.ſi
neceſſario,§.quod ſi pendente, ff. de peri-
culo,& commodo rei vend. l.filius fami-
lias,§.cum qnis de legatis 1.l.ſi quis ita,
ff.de condit.inſtit.l.qni hæredi,§.plautius
ff.de condit. & demonſtrat. Bertrandus
conſ.18.nnm.2.in primo,Soccin.jun.conſ.
4.num.16.in 3.& conſ.180.num.2. in 2.
Cephal.conſ.17.num.6. & conſ.649.nu.
28. Plotus conſ.19.nu.26. Roland. conſ.
54.n.14.& cõſ.59.n.7.in 3.Cagnol.in l.
in omnibus n.28.ff.de reg.jnris,Pedrocca
conſ.1. num.157. Simon de Petris lib.3.
interpetr.3.dub.ſolut.4,*Peregrin.*art.16
nnm.145.Connan. lib.9.jur.civil. cap.7.*
etiam per *l.1.§.1.C.de caducis toll.Rau-
denſ.Dec.conſ.526.Menoch. conſ.200.n.*
94.

2 Quia cum fideicommiſſum ſit onus,
*vulg.l.cohæredi,§. cum filiæ, ff. de vul-
gar.* nunquam ſubintelligitur, nec ſolũ
verba debent eſſe expreſſa *Oldrad. cõſ.
21.ad finem, Dec. conſ.63. col. fin.* ſed
etiam clariſſima, quod illud inferant,
*Alba conſ.29.num.3.per l.1. C.de condit.
inſert.l.2.in principio,ff.de condit.& de-*
3 *monſtrat.l.licet,ff.de legatis* 2.Quando-
quidem cum diſpoſitio aliquem poteſt
parere effectum citrà introductionem
novi fideicommiſſi, nunquam per illam
cenſetur inductum, *l.pater, §.fundum
de legatis 3.l.titins §.Caius, l. Lutius,
§.pennlt.de leg.2.Dec conſ.377.num.* 7.
4 & in dubio ſemper eſt excludendum fi-
deicommiſſum, *Paris conſ.41.num.* 31.
*in 3.Aymon,conſ.180.in 6.nnm.1.Ce-
fal.conſ.*610. latè *Riminald. jun. conſil.*
140.*à num.*118.*& conſ.173.num.18.in*
2. & ab allegante eſt concludẽter pro-
bandum, *Dec.conſ.513.num.10.Aym.
conſ.191.nnm.16.Roland.conſ.30.nu.2.
& 34.num.1.in* 4. Quia aliás ſufficit di-
cere juxtá illud (ſubſtitutio de te non
loquitur) *Menoch.conſ.85.num.37.&
lib.4.præſump.67.nnm.*20. cum aliis a-
pud *Fuſar.q.29.480.& conſ.72.à nu.5.
ad* 8.

Nec veriſimilitudo diſponendi in
alio caſu idem importans ad *l.Titius,§.
Lutius,ff.de lib.& poſth. Alexand. conſ.
130.in 2.l.fin.C.de lib. & poſth. gloſ. &
Bald.in l.tale pactum,§.fin.ff.de pactis,
Alexand.conſ.*130.*in* 2,ad inducendum
fideicommiſſum attenditur,*Bald.in l.*1
ad finem,ff.de his,qui antè apertas tabnl.

Dec.

Dec.conſ.89.num.3.verſ.non obſtat, nec
6 ſufficit teſtatorem ità voluiſſe, niſi ex-
preſsè diſponat ad *l.quidam cum filium*
ibique *Bald.& Imola,ff.de hæred.inſtit.*
Soccin.jun.conſ.4. num.3. Imò veriſimi-
litudinem falſum cenſuerunt argumen-
tum, *Berous conſ.63.nu.36. in 2. Hon-
ded.conſ.60.num.87. in primo, Surd.
conſ.448.num.28. Rota in recent. Fari-
nacc.485.num.2.& 28.p.1. tom.2.*

OBSERVATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Simplicitas legibus eſt amica, ideſt de ſimplicitate quæ eſt contraria fraudi*
2 *Homines ſimplices circumventi reſtituuntur tamquam errantes, & propter ſimplicitatem ſepè receditur à regulis juris communis.*
3 *Advocatus, vel Procurator poteſt reſpondere poſitionibus pro cliētulo ſimplici, qui propter ſimplicitatem reſpōdere non valet.*
4 *Simplicitas in minoribus, & mulieribus præſumitur.*

1 SImplicitas legibus eſt amica *l.1. in
princ.ff.de dolo*, ideſt de ſimplicita-
te, quæ eſt contraria fraudi, non autem
de fatuitate, quia illa eſt damnabilis, *l.
3.§.fin.ff.de ſuſp.tut.gloſ. & addit. in §.
ſed quia inſt. de fideicomm. hæred.* &
2 proindè ſimplices homines circumven-
ti reſtituuntur tamquam errantes, &
propter ſimplicitatem ſæpè recedimus
à regulis juris communis *not.Hyppol.de
Marſil.in ſingul.ſuo 450.incip ſimplici-
tati*, & ibi adduxit pro exemplo, quod
3 Advocatus, vel Procurator poſſit re-
ſpondere poſitionibus pro cliētulo ſim-
plici, qui propter ſimplicitatem reſpō-
dere non poteſt, allegat *Abb.in cap. pa-
ſtoralis ante finem,& in cap.dilecti in 6.
col.de jud.ſpec.in tit.depoſit.§.7.verſ.17.*
& ibi in *addit. in 4. col. verſ. quando
Clientulus*, & iſtud notandum eſt pro
mulieribus, minoribus, & ruſticis, in
quibus præſumitur ſimplicitas, *Bald.in
rubr.C.de rerum permut. ante finem*, &
idem *Hyppol.in ſingul.ſuo 287.incip.te-
tigi, & in fine dicti ſingularis 450. ait*:
Tene menti prædicta, quia non dum
ſemel veniunt facto, ſed imò quotidiè
accidunt.

OBSERVATIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Proreges in venditionibus, quas faciūt uti procuratores* S. C. *Majeſtatis, repreſentant perſonam Domini.*
2 *Procurator dum contrahit, Dominus contrahit.*
3 *Solemnitates requiſitæ in venditionibus, quæ fiunt per Proreges, non requiruntur in Rege, & in Regia Curia, quia omnium cauſarum Princeps dicitur.*
4 *Prorex, non obſtante Pragmatica novē capitum aſſentit venditionibus feudorum cum pacto de retrovendendo.*
5 *Prorex aſſentit etiam venditionibus feudorum factis cum reſervatione dominii ad tempus, nempè pendente ſolutione pretii, etiam ſi reſolvatur in ſpecialem hypothecam.*
6 *Actus à principio nullus an, & quando cauſativè conſenſu, vel ratihabitione convalidetur?*
7 *Retrotractio an, & quando detur in damnum tertii, & num procedat ratihabitio?*
8 *Aſſenſus Domini impetratus, mutato rerum ſtatu nihil operatur, cum actus medius repugnet coniunctioni extremorum.*
9 *Actus nullus confirmari non poteſt, niſi ut ex nunc*
10 *Ratihabitio tacita per quos actus poteſt dari? et quæ poſſunt rata haberi, quomodo quādo, et quæ requirantur n.11.*
12 *Dominus rei conſentiens venditioni, quæ fit per alium, ipſe facere cenſetur.*
13 *Aſſenſus ſemper poteſt ſubſequi, quia, ubicumque requiritur conſenſus ratione præiudicii conſentientis, poteſt haberi quandocumque tàm in actu, quàm poſt actum.*
14 *Conſenſus qui poteſt actum annullare ſufficit, quandocumque ſuperveniat.*

15 *De-*

15 *Declaratio voluntatis, quandocumque ſieri poteſt, maximè nulla data repugnantia in perſona illius, cui committi, et mandari hæc res poterat n.16.*
17 *Actus cenſetur celebratus nomine illius, ad quem negotium pertinet.*
18 *Ratificatio tunc propriè competit, cum actus ſit nomine illius, qui ratificare debet.*
19 *Ratificatio illa ſolum operatur, quod Dominus non poſſit actum infirmare, non ut aliqua actio contra Dominum acquiratur.*
20 *Ratificatio propriè, et verè conſideratur in actu, qui ſit nomine ratificantis.*
21 *Ratificationis effectus mandato æquiparatur.*
22 *Ratificatio ad tempus actus celebrati retrotrahitur, et facit quod negotium dicatur proprium ipſius ratificantis.*
23 *Ratificans author facti dicitur, et etiã ſi præſentia opus fuerit ſingitur ex ratificatione.*

1 De SVbſtantialibus, & aliis ſolemnitatibus requiſitis in venditionibus, quæ fiunt per Excellentiſſimos Dominos Proreges, uti Procuratores Suæ Catholicæ Majeſtatis per *Minad in conſtit.in aliquibus in 5.notab.num.7 Reg.de Ponte conſ.53. et 54. num.9.1. vol.* ut Procurator propriè repreſentat perſonam Domini ad *l certè* §.1.*ff. de*
2 *procurat.* & dum Procurator contrahit, Dominus contrahit, *l.libertum*, §.*Senatuſconſulti.ff.de ritu nupt.l.ita autem*, §.*geſſiſſe ff.de adminiſtrat.tutor.cum ſimil.* per *Frecc.in limitationibus conſtit. Diva memoria in 22.limit. num. 67.*
3 Quæ in Rege, & in Regia Curia nõ requiruntur, cum cauſa omnium cauſarum Princeps dicatur, *Bald.in cap.Eccleſia Sancta Maria il primo*, poſt nu.7. ut lite pendente, *Freccia in 31.q. et 23. limit.* ut requiruntur, quando venditiones fiunt per Regiam Cameram, ut per *DD.*prædictos, & ſignanter per *D.de Ponte*, quod requiratur enormisſima læſio, ut Dominus poſſit contravenire actui geſto per procuratorem.
4 Quod non obſtante Pragmati a novem capitum Prorex aſſentiat vẽditionibus feudorum cũ pacto de retrovendendo, *de Ponte conſ.41.in primo.* quod
5 etiam aſſentiat vendirionibus feudorũ factis cum reſervatione dominii ad tẽpus, nempè pendente ſolutione pretii, etiam ſi reſolvatur in ſpecialem hypothecam ad *l. cum manuſata*, §.*fin. ff.de contrahend.empt.contra deciſ.de Franch. 506.& 540.in 4. per eũdem de Ponte de poteſtate Proreg.tit. de refut. feud.* §.3.
6 Et an, & quando actus à principio nullus, vel cauſativè conſenſu, vel ratihabitione ſuperveniente convalidetur, magiſtraliter per eundem de *Ponte in lectura feudorum poſt deciſ.de ſucceſſione feudi lect.* 17.*à num.*8.*uſque ad* 11.
7 & an, & quando in damnum tertii detur retrotractio, & nùm procedat ratihabitio, ad *not.in l.ſi is qui pro emptore, ff. de uſucap.ad l.bonorum, ff. rem ratã ha-*
8 *beri*, & quod aſſenſus Domini nihil operetur impetratus in tempore, quo reperitur ſtatus rerum mutatus, ad *Bald. per illũ text.in l.fin.C.ad S.C.Maced.*& cum actus medius repugnat cõiunctioni extremorum, ad *l.pater 25.ff.rem ratam haberi, l eum decem, ff.de ſolut.* cõ-
9 firmari non poteſt, quod eſt nullum, niſi ut ex nunc per *l.Aurelius*, §.*teſtamẽto, ff.de liber.legat. Bald.in l.falſus n.* 1. *C.de furtis, Frecc.in 28. limitatione in 30.q.* [illegible]
10 Et per quos actus poſſit dari tacita ratihabitio, ſignanter per pretii receptionẽ, ſivè in redditione computorum in introitu annotationem, *Deciſ. Avenion.deciſ.13.num.4. D.Reg. Rovit.de adminiſtrat.Vniverſit.Pragm.5.num.42.* per *Menoch.*latè *de præſumpt.lib.2.præſumpt.* 39. & quæ poſſint rata haberi
11 quomodo, & quando ex nunc, & quæ requirantur quotquot viderim perbellè, & magiſtraliter per *Lucam de Penna in l.2.C.de jure Fiſci lib.*10.

Cæterum, quia aliud eſt vendere, aliud venditioni conſentire, ad *l.aliud, ff.de regul.juris*, & ex *Bald.in l.ſi ut proponis, C.de ſerv.pignor.dato*; Cùm ille,
12 qui eſt rei Dominus conſentit alienationi, quæ ſit per alium, id ipſe propriè facere cenſetur, cùm ſit rei Dominus, per *l.ſi fundus*, §.*ſi neſciente de pi-*

gnor. & alius ſit conſenſus alienantis, & alius conſenſus, ſivè aſſenſus Regis, ut latè per *Freeciam in* 20. *limitatione.*

Cum venditur res Domini Regis per non habentem legitimum mandatum, ceſſant omnia impedimenta, quæ conſiderantur in ratihabitione in aſſenſu Regis ſuper venditione feudi, quæ fit
13 per feudatarium, ut in damnum tertii non retrotrahatur; quia ſemper poteſt ſubſequi, cum de ejus principali intereſſe tractatur, quia ubicumque conſenſus requiritur ratione præjudicii cõſentientis, poteſt haberi quandocumq; tàm in actu, quam poſt actum ad *DD. in l.ſi quis mihi bona,* §. *juſſum, ff. de acquir. hared. in cap. cum conſuetudinis de conſuetud. Gabriel. conſ.* 181. *num.* 2. *in* 2. *Abb. in cap. ſugeſtum in ultim. notab. de iure patr. Angel. in l. per fundum, ff. de ſervit. ruſtic. prædiorum, Iacob. Berretta conſ.* 124. *num.* 22. *Natta conſ.* 126. *nu.* 6. *& 7. in primo, Franc. Vivius deciſ.* 530. *lib.* 4. *num.* 1. 2. *&* 3.
14 Sivè etiam conſenſus, qui poteſt actũ annullare, ſufficit, quod quandocumq; ſuperveniat, *Imola in d.* §. *iuſſum,* & ibi *Alex. num.* 9. *& Iaſon num.* 43. *Caſtrenſ. in l. bonorum, ff. rem ratam haberi nu.* 6.
15 *Bero. conſ.* 73. *n.* 12. *in primo*, ſicut declaratio voluntatis poteſt quandocũque fieri, ut poſt *Angel. Decium, & alios in l. ſemper qui, ff. de regul. iuris nu.* 14. *Natta conſ.* 474. *nu.* 20. *Surd. deciſ.* 206. *num.* 9. *&* 10. maximè nulla data repu-
16 gnantia in perſona illius, cui committi, & mãdari hęc res poterat, quod à *Luca de Penna in d. l.* 2. ex *l. licet, ff. de iudi-*
17 *ciis*. Advertitur porrò, & ſi regulariter quoties in actis fit mentio alicuius, ad quem negotium pertinet, cenſetur actus celebratus nomine illius, ad *l. ab uno,* ubi *Alex. C. de negotiis geſt. DD. in l. ſi fundum per fideicommiſſum de legatis primo, Cravetta conſ.* 304. *n.* 1.
18 Et ratificatio tunc competit propriè, cum actus fit nomine illius, qui debet ratificare, ad *l. ſi pupilli,* §. *ſed ſi ergo, ff. de negotiis geſtis, l. ſi ſervus, ff. de procurator. cap. cum quis de ſent. excomm. cap. ratum de regul. jur. in* 6. & ſic quoque ratificari poſſit actus, non aliter ratificantis nomine geſtus in ſui præiudiciũ, ad *l. ſi fundus,* §. 1. ubi *Bart. & DD. de pignor. l. mater tua, C. de rei vẽdic. l. alie-*
19 *na, ff. de contrahend. empt.* ratificatio illa ſolum operatur, quod Dominus nõ poſſit actum infirmare, non ut acquiratur aliqua actio contra Dominum, ut declarat *Caſtrenſ. in l. unica, C. ſi in com-*
20 *muni eademque cauſa reſt. poſtul.* & ratificatio propriè, & verè conſideratur in actu, qui fit nomine ratificantis, ut per *Cravett. loc. citato*; & exindè cum in venditione propriæ rei dicto Regi poſſit ſubſequi ratificatio, ratificatio-
21 nis effectus erit, quod mandato æquiparetur, *Butr. in cap. Ratihabitioni de regulis iuris in* 6. & retrotrahitur ad
22 tempus actus celebrati, *d. l. ſicut, l. ſi pecuniam, C. de negotiis geſtis, cap. penult. de ſent. excomm. in* 6. *cap. fin. de iure iur.*
23 *in* 6. facietque, quod negotium dicatur proprium ipſius ratificantis, *d. l. pupilli,* §. *item quæritur, & l. pecuniam,* diceturque ratum habens Aurhor facti, *l. ſupra iter,* §. *Caſſius in fine, ff. de aqua pluvia arcenda,* ubi *Bald.* hoc ſingulariter notat, & *Iaſ. in l. ſtipulatio iſta,* §. *alteri col.* 4. *in fin. ff. de verbor. obligat.* & etiam ſi præſentia opus fuerit, fingitur ex ratificatione, *l. cum decem,* §. 1. *verſ. ſi præſenti,* ubi *Bald. ff. de ſolut. Iaſon. loco cit. Cravett. loco cit.*

OBSERVATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum præferens creditorem ſuper re propria ab ipſo vendita, an procedat in Farina redacta ex frumento?*

2 *Gabella ſi ſolvenda ſit de frumento, ſolvi debet, etiam de farina.*

3. *Gabella, quæ ſolvitur de oleo, procedit etiam ſi ex oleo, fiat alia ſpecies, & deciſio S.C. adducitur.*

4 *Probibitio extrahendi Bladas à patria licitè fieri poteſt, quæ extenditur etiã ad Cives aliarum Terrarum habentes terras in dicta patria, in quibus blada ſeminata fuerunt.*

5 *Probibitio extrahendi bladas, extenditur etiam ad farinam.*

6 *Proclama ne quis extrahat frumentum à patria, an liget forenſes, ſeù extraneos?*

7 *Pro-*

Digitized by Google

7 *Prohibitio aſportandi farinam, comprehendit etiam frumentum, & è contra.*

1 STatutum præferens creditorem in
re propria, an procedat in farina
redacta ex frumento, *Surd. in deciſ.* 139.
num. 4. *ait*, quod ſtatutum in ipſa quoq;
farina verificatur, quia idem eſt corpus
farinæ, & frumenti, & eadem eſt res,
licet ſubſtantia ſit mutata, & cum eadẽ
retineatur uſia, & idem eſt quod fuerat
venditum, ut probatur in *l. venditionibus, §. fin. & ſeq. ff. de contrah. empt.* &
cum ea farina ineſſet frumento à principio
dicitur detectum, quod latebat
potius, quàm novum quid ineſſe productum,
l. ideò, §. cum quis, ff. de acquir. rerum dominio, Gratian. in deciſ. 184.
num. 7. *Bertachin. de gabell, in* 8. *p. in verb.* 2. *loco q.* 10. *num.* 14. ubi ait, quod
2 ſi de frumento ſolvatur gabella ſolvi
debet de farina, *Guid. Pap. deciſ.* 373.
ità deciſum refert, etiam ſi panis fuerit
confectus. *Camill. de Medicis in conſ.* 97.
3 prout etiam in gabella, quæ ſolvitur pro
oleo, procedit, licet ex oleo fiat alia
ſpecies, ut in ſapone judicatũ refert per
Dec. R.C. R.C. pro tata olei in ſapone implicata,
ſic de gabella ſerici procedit in converſo,
& implicato *in trenette, e paſſamani, & veriſimili*, & reſpondet ad *text. in l. ſi cui lana, ff. de legatis* 3.

Conſil. Hodierna in addit. ad Surdum in d. deciſ. 139. *num.* 1. & ſignanter *n.* 5.
Guid. Papa in d. deciſ. 373. *num.* 5. quærit
utrum vetitum de Bladis, non extrahendis
á patria fieri poſſit, *Cynus* ait,
quod ſic per *l.* 2. *C. quæ ſit longa conſue-*
4 *tudo*, & ſubdit, quod tale vetitum extẽdatur,
etiam ad alios cives aliarum terrarum
habentes terras in dicta patria;
in quibus Bladæ ſeminatę fuerunt, adeò
quod ibi extra dictam patriam extrahere
non poſſint; quod extenditur, etiã
5 ad farinã ſecundum *Bart. in l. ſi cui lana, ff. de legatis* 3. quia ſicut lana, ſivè filata,
ſivè non, continetur appellatione
lanæ, ut ibi dicitur, ſic etiam de farina,
prout idem *Bart.* exponit *in l. quæſitum, §. illud. ff. de legatis* 3.

Et quando militat eadem ratio prohibitionis,
idem jus eſt ſtatuendum, *l. iſtud, ff. ad l. aquil. & l. fin. ff. ad l. ſ a cid.*

Raucinus in annot. d. deciſ. 373. *Guid. Papa ait*, quod proclama ne quis extrahet
frumentum à patria, an liget fo-
6 renſes, ſeù extraneos, ità diſtinguendũ
eſt ex ſententia *Franciſci Marci deciſ.* 238. *in* 2. *p.* quod aut proclama dirigitur
ad rem, hoc modo ſit prohibitio,
nè extrahatur, adeò ut tunc compre-
7 hendantur etiam forenſes, ſi verò prohibitio
dirigatur in perſonam, ut puta
ſi dicatur, quod nullus audeat extrahere
frumenta, & tunc ſolum habitantes
comprehendit, & non forenſes, &
reſpectu prohibitionis aſportandi farinam
comprehendat frumentum, & è
contra cõcludit idem *Franciſcus Marcus deciſ.* 240. quod ſic, ità ut repertus
portare farinam, aut panes eadem pœna
ſit puniendus.

Et in *d. l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo habetur*, quod conſuetudo non eſt
vilis authoritatis, & pro lege ſervatur.

OBSERVATIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio quando defertur primogenitis, intelligitur de illis, qui reperiuntur primogeniti tempore mortis patris*

2 *Primogenito deficiente, ſuccedit ſecundogenitus, ſivè per mortem, ſivè per felloniam.*

3 *Qualitas adjuncta verbo ſecundum tempus verbi intelligitur.*

3 *Filius primogenitus ſi mortuo patre repudiat hereditatem, ſtatim devolvitur ad ſecundogenitum.*

5 *Primogenitus dicitur is, qui tempore mortis patris alios antecedit.*

6 *Primogenitus ſuccedit, ſi ſit habilis, aliàs ſucceſſio defertur ſecundogenito.*

7 *Primogenitus de iure non eſt, qui ante feudum apertum deceſſit.*

8 *Primogenitus dicitur, qui tempore quo feudum aperitur in rerum natura eſt primus.*

9 *Primogenitus ex primo matrimonio, ſi repudiat Baroniam, vel efficiatur fra-*

ter minor , Is qui illum ſequitur obtinebit Baroniam tamquam primogenitus .

10 *Dignitas , quæ aufertur ab indigno, ſive maculata , & culpoſa primogenitura , ſivè aliàs inhabilis applicatur proximiori in gradu.*

11 *Primogenito repudiante , ſecundogenitus obtinebit.*

12 *Primogenito decedente, ſecundogenitus dicitur primogenitus .*

13 *Senioribus domus vocatis cedentibus , admittuntur ſequentes antiquiores.*

14 *Ius primogenituræ ſecundogenito cedi poteſt , maximè de conſenſu patris , à quo cenſetur habere num. 15.*

16 *Ius conditionale competens ex ſola voluntate, per pactum remittitur.*

17 *Ius primogenituræ competit ex privilegio, propterea facilius tollitur, quàm aliud jus competens per jus commune.*

1 SVcceſſio, quando defertur primoge-
nitis intelligitur de illis, qui repe-
riuntur primogeniti tempore mortis
patris, *Decius in conſ.443.num.14. uſq; ad num.16. Bald. in l. 2. C. de jure em-
phit. num.7. Andr. in cap. 1. §. præterea , col. penultima , verſ. ſed quia ponitur à n.12. uſq; ad 15. quæ ſit prima cauſa be-
nef. amitt.* quod deficiēte primogenito,
2 ſuccedit ſecundogenitus, ſivè per mor-
tem, ſivè per felloniam, quia in ſpe , &
non in re, & ideò facilius perditur, *ar-
gum. l. minus 205. ff. de regulis iuris*, ſe-
quuntur *Bald. in cap. 1. §. præterea nu. 2. quibus modis feud. amitt. Afflict. in cap. 1. in 4. notab. num. 7.* hic finitur lex , *in
3 cap. 1. col. 1. verſ. 6. not. n. 7. de filiis na-
tis ex matrim. ad morg.* quia qualitas
adjuncta verbo ſecundum tempus ver-
bi intelligitur , *l. in delictis, §. ſi extra-
neus, ff. de noxalib. act. Bart. in l. ex fa-
cto, ff. de vulgar. & pupill.* & in *l. præcipi-
mus, §. ſanè, Cod. de acquir. poſſ. Angelus conſ. 10. & conſ. 260. & Alberic. in pro-
bem. ff. in §. diſcipuli col. 4. verſ. item certum eſt quarto etiam donationes col. 4
4 C. de donat. inter virum;* quod ſi mortuo
patre filius primogenitus repudiat ejus
hæreditatē, ſtatim devolvitur ad ſecun-
dogenitū per jura per eū citata, & Bal.

5 *in d. l. 2. col. 1. §. fin. Cod. de jure emphit.*
quod is dicitur primogenitus, qui tem-
pore mortis patris alios antecedit, quia
ſucceſſio habet naturam relationis ad
tempus mortis, *l. cum ità, §. in fideicom-
6 miſſo de leg. 2. l. fin. C. de verbor. ſignif.* &
primogenito datur ſi ſit habilis , alias
ſecundogenito, & ideò inſpicitur prio-
ritas , quæ tunc in rerum natura verſa-
tur per *l. ex facto, §. pen . ff. ad Trebell.*
ſequitur *Alciat. l. proximus , ff. de ver-
bor. ſignif.* nàm antè præmaturè agere-
tur *l. 2. §. prius autem , ff. de vulgar. & pupillar.* & ideò *Bald. conſ. 275. quod
7 pro regula col. pen. in 2.* cum non eſſe
primogenitum in jure, qui deceſſit an-
te feudum apertum per *d. l. ex facto, §. penult. verſ. ſi quis autem ſuſcepit, ff. ad Trebel.* & deindè *col. ſeq.* dicit illum di-
8 ci primogenitum, qui tempore quo feu-
dum aperitur in rerum natura eſt pri-
mus, *inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. pro-
ximus* , & primogenitus dicetur ſecū-
dogenitus ex quovis matrimonio na-
tus , *Iacob. de Arena , Cyn. Alberic. & Bald. in l. ſi quis prioris, §. talem, C. de ſe-
cundis nup.* non enim obſtat aliis, qui
ſit inhabilis, *l. ſi poſt mortem, §. liberi, ff. de bonor. poſſ. contra tabul.* & ideò ſubdit
Bald. ubi ſupra, ut in *l. Deo nobis, §. hoc etiam num. 4. Cod. de Epiſcop. & Cleric.*
9 Quod ſi primogenitus ex primo matri-
monio repudiat Baroniam , vel efficia-
tur frater minor, is qui illum ſequitur
obtinebit Baroniam tamquam primo-
genitus , ſequitur *Alex. ad Bart. in l. 1 §. qui habebat, ff. de bonor. poſſ. contra ta-
bul. & in ſua diſput. in 3. dubio col. 1. Anton. Corſet. de poteſt. et Excell. Regis q. 10. Tiraquell. de primogen. q. 3. num. 8.*
10 Namque ſivè dignitas , quæ accedit
ab indigno , ſivè maculata, & culpoſa
primogenitura, ſivè alias inhabilis ap-
plicatur proximiori gradui, *l. 3. §. ſi e-
mancipatus , ff. de bonor. poſſ. contra ta-
bul. cap. ſivè de voto , Andr. loco præcit. Martin. Laudenſ. de Principibus nu. 351.
11 incip. ſi primogenitus* , quod repudiante
primogenito , ſecundogenitus obtine-
bit per *d. cap. 1. §. 1, quibus modis feud. amitt.* & ante eum *Oldrad. conſ. 94. ele-
ganter col. penul. verſ. item certum eſt*, ſe-
qui-

Digitized by Google

quitur *Corſett.ibidem q.74. in fine.*

12 Primogenitus porrò dicitur ſecundogenitas primogenito decedente, *cap. nàm, & ego de verbor.ſignific.* ſic, & ce-

13 dentibus ſenioribus domus vocatis, admittuntur ſequentes antiquiores, *Ancaran.conſ.27.Roman.conſ.438.in cauſa in 4.dubio, Soccin.conſ.113.col.3.in pri-*

14 *mo*; poteſt enim cedi jus primogenituræ ſecundogenito, *cap. quam periculoſum 7.q.1.Dec.in l.pactum num.17, C. de collat Abb.in cap.ſicut de voto, Laudenſ.de primogenitur.uerb,amplectemur, Soccin.conſ.43.94.lib.3. num.15. & 16. Iaſon.in l. is poteſt col. 4. de acquirend. hæred. Ioan. Lucier lib.3.q.1.& 8. Tiraq.de primogen.q.3. 24. 25. 26. & 29.* maximè de conſenſu patris, *gloſ. Parſ. d.m.§.8.gloſ.8.per tot.Iaſ. Bart. Bald. Surd.Alvar.Car.ex Alex.in d.l.1.& in §.præterea, ſi ille quibus modis feud. amitt. Bald. conſ. 275. quod pro regula col.4.cum ſuppoſito autem in 2.* per *d. §. præterea, Hoſtienſ.in d.cap.ſicut de voto, Iaſon in d.l.quæ dotis col.2.verſ.3. quæritur.ff.ſol.matrim.in l.ſi fundum per fideicommiſſum col.6.verſ.tum adde, ff.de legat.1.Iacob.in l: eum antiquioribus col. penultim.in 5.q.C.de jure deliber. Tira-*

15 *quell.in 26.q.* & feuda tunc non à primogenito, ſed à patre, cui ſuccedit cēſetur habere, *Andr.in d.§.præterea*, ſivè per viam remiſſionis.& extinctionis per mortem civilem extingueretur ad *l.*

16 *gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de liber. et poſthum.* ut per pactum remittitur jus conditionale competens ex ſola voluntate ad *l.1.*ubi *not.C.de pactis, Aretin. conſ.162.ad finem num.16.* ſivè contractu, qui ſit capax per ceſſionem talis juris, ad *l.ſi mulier,§.ex aſſe,ff.de iure dotium arg.not.per Albertum Brun.dec.40 num.22.Ancaran.conſ.82.Abb.in c. licet n.7. de voto & conſ 3.col.3.verſ.conſtat, Laudenſ de primog.col.6.verſ. an autem jus primogenituræ, Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta in 6.fallent,ff de verbor.obligat. Aretin.in l.is poteſt col.2.de acquir.hæred. Barbaſ. conſ.10. col. antepenult.lib.2.Soccin.Tiraquell.q.29. in*

17 *princ.& Dec.in d.l.pactum*, quod cum jus primogenituræ competat ex privilegio, propterea facilius tollitur, quàm aliud jus competens per jus commune ad *l.eius militis,§.militia miſſus, ff.de militari teſtamento, Natta in cap. quamvis col.3. verſ. quinto fallit de pactis in 6.Benedict.in verb. duas habens filias à num.244.Tiraquell.in d. q.29. num. 2. Caſtrenſ.conſ.448.col.1.in princ.Ferron. in Conſuetud. Burdegal.tit.de retractu, §.1.col.4.verſ.ex his ſimul,Dec.conſ.448 col.4.lib.2.*

OBSERVATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Subventiones Domino debita bis in anno non debentur,nec adoham ſolvit, qui eodèm anno ſolvit.*

2 *Subſidium charitativum tempore neceſſitatis poteſt ſubditis imponi.*

3 *Dominus an tempore neceſſitatis poſſit vendere rem vaſſalli,vel collectas imponere.*

1 SVbventiones Domino debitæ non bis eodem anno debentur, nec adoham ſolvit, qui eodem anno ſolvit, & ad materiam videndi ſunt *Frecc.in tractat.de ſubfeud.in 23. auth. Boer. deciſ. 126.& 127.Anna ſingul. 11. & 12.* &

2 quod tempore neceſſitatis pro ſervitiis perſonalibus poſſit ſubditis imponere charitativum ſubſidium, uſque ad valorem operarum, & mandare quod alteri ſerviat *Bald.* & ibi addentes in *loc. cit.in l.1.ff.de oper.libert.num.5.* & an

3 tempore neceſſitatis poſſit vendere rem vaſſalli, vel imponere collectas *Bald.in l.penult.C.de bonis quæ liberis*, ubi querit utrùm Domini poſſint pro ſua neceſſitate vendere rem vaſſalli, & videtur quod ſic, quia cuius ipſi ſunt, & omnia bona eorum eſſe cognoſcant, ut in *l.fin.Cod.in quibus cauſ.colon,eiuſ. lib.11.*ſed idem *Bald. d.loco* ait contrarium eſſe verum, nam nec vaſſallus cōpelli poteſt per Dominum præſtare collectas, vel angarias, ut in *l. extat, ff.quod metus cauſa*, & eſt caſus in *l. 1. ff.qui & à quibus,& l.Domini prædiorum de.Agrig.& cenſ.lib.11. & Specul. lib.*

lib.4.partic.3.tit.de feudis verſ. & nota quod vaſſalli num. 67. affirmat quod vaſalli Comitum, vel Baronum Imperii tenentur Dominis ſuis in ſex obedire, & ſervire propter feuda, quæ ab eis recipiunt. Primo pro exercitu Imperatoris tenetur conferre vaſallus ſecundum qualitatem ſui feudi. Secundo pro Corredo Imperiali, ut hi quando Imperator tranſierit per illum locũ contribuat in ſumptibus ejus, & in his duobus caſibus ſervit vaſallus pro curia; in quatuor verò ſequentibus ſervit pro utilitate Domini; Tertio pro filia maritanda; Quarto pro ſe, & filio milite faciendo, pro filio autem uxorando, non confert vaſallus, quia tunc Dominus recipit, & fit ditior, ſed quando maritat filiam tunc dat de ſuo, & ſic fit pauperior; ideoque vaſallus tu ne de jure conferre tenetur; Quinto ſi Dominus captus eſt, tenetur conferre pro eius redemptione; Sexto pro emenda aliqua terra, In primis autem duobus caſibus Regem, ſeù Imperatorem tangentibus, non poteſt Dominus liberare, in quatuor vero ſequentibus ſic, quia cum principaliter tanguntur, ſed & ſi Dominus in aliis, quam in prædictis ſex, vel etiam illis ſex ultra qualitatem, & quãtitatem feudi velit gravare vaſallum, ſicut cenſitus, directo intentato officio Iudicis, ut relevetur ab illo onere, ità, & vaſallus utiliter Iudicis officium intentabit, ideò dico utiliter, quia vaſallus non eſt cenſitus, & proindè datur officium Iudicis utiliter, *arg.l.pen. ff.ſi quatrupes pauper fecisſ.dicatur, l.ſi quis id, ff. de iuriſd. omnium Iud.*

OBSERVATIO LXI.

SUMMARIUM

1 *Praxis diſcuſſionis capitum ſuſpectionis, qua ſit?*

2 *Iudex, ſi fuerit proviſum, quod deponat, in eius depoſitione nullum requiritur juramentum iuxtà ſtylum Collateralis Conſilii, & S.R.C.*

3 *Suſpitiones notoriæ, quandocumque proponi poſſunt ex obſervantia in Regno, non obſtante lapſu termini à Regiis Pragmaticis ſtatuti.*

1 SVſpicionis capitibus diſcuſſis, ſi non ſunt admiſſibilia reiiciuntur, & interponitur decretum, quod non admittantur, & ſolvat pænam, quod ſi admiſſibilia, & neceſſe ſit, ut Iudex in-

2 terrogetur, tunc dicitur deponat in qua depoſitione nullum requiritur iuramentum juxtà ſtylum Regii Collateralis Conſilii, & S.R.C. de quo teſtatur *D.Reg.Rovitus in Pragm.1.de ſuſpect. offic. num.*41. Dummodò non recuſetur ob crimen, quo caſu non debet deponere, quia non tenetur propalare ſe ipſum *Rebuff. in Conſtit. Gallia tit. de recuſat.art.1.gloſ.5.num.5. Marta in ſumma deciſ.tom.1.tit.de recuſat. Iudicum cap.*17. Sin autem interrogatio non eſt neceſſaria, quia capita innoteſcunt ex ſcripturis, & libris, vel alio modo tunc admittitur recuſatio, abſq; alia interrogatione, prout advertit *Dominus Conſiliarius Petra in Commentariis ſuper ritu* 255. *num.* 43. *uſque ad* 46.

3 Er licet per Regiam Pragmaticam ſtatutus ſit terminus dierum quadraginta, ut in *Pragm.* 11. *de ſuſp. official.* Attamen ineoncuſſa inolevit obſervãtia in Regno, quod ſuſpectiones notoriæ quandocumque proponi poſſunt, *Farin. in frag. crim. p.2.num.*903. *pag.* 174. *Covarr. variar. reſol.cap.*26.*nu.*2. *&* 3. *& Thor.in ſupplemento compendii deciſ.verſ.ſuſpicio*, quando eſſet notoria, plures deciſiones Collaterales Cõſilii; & S. R. C. refert, & *Conſ. Pratus lib.2.diſcept.forenſ.cap.16.in fine, Fontanell.in deciſ.19.num.1. & 2. Reg. de Marinis variar.reſol. lib.2, cap.* 114. *num.*14.

OBSERVATIO LXII.

SUMMARIUM.

1 *Tempus, conditionem, & pænam poſitum, ac poſitas in teſtamento non cur-*

currere, niſi ſcienti.

2 *Monitiones binæ ſaltim requiruntur, ubi quis in continenti relictis privatur.*

3 *Aequiſſimum eſt monitiones binas requiri, ut quis ad agendum excitetur, niſi fortè annus, vel minus temporis ſpatium præfigatur, tunc enim unica monitio ſufficit num.4.*

5 *Temporis longitudo ſupplet defectum monitionis.*

6 *Notitia, & ſcientia voluntatis teſtatoris, non poteſt ullo modo ſacere cadere filiam in pœnam, niſi inſtrumẽto confecto, eoque lecto, & filiæ oſtenſo.*

7 *Interpellatio verbalis non ſufficit in bis, quæ nobiſcum geſta non ſunt, ſed notificatio ſcripturarum eſt neceſſaria.*

8 *Debitor non tenetur parere proteſtationi, quæ ſibi fit, nè ſolvat creditori, niſi veritas cauſæ ſibi innoteſcat, nec in pœnam incidit controveniendo.*

1 TEmpus, conditionem, & pœnam poſitum, ac poſitas in teſtamento non currere, niſi ſcienti, *Bart. in l. fin. in princ.* poſt *gloſ. in verbo delatam. C. de jure deliber. & l. ſtatu liberos, §. ſi quis baredi, ff de ſtat. lib. Bart. & Bald. in l. 1. C. de bis qua pœna nomine, Petr. de Ancaran. in cap. nos quidem de teſtam. & conſ. 29. Barbat. conſ. 50. incip. præclarè col. 3. verſ. & ſi quiſpiam in 2. Tyraquell. in primo retract. §. tertius gloſ. 4. n. 2. verſ. nec interim, Plot. ad conſ. Martin. Laudenſ. 57. num. 6. Iacobus Cancer. variar. reſol. lib. 3. cap. 7. de pactis num. 99. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. 316. nu. 10.* ex *Bald. in l. hoc amplius, C. de fideicommiſſ. & in corpore, undè ſumitur in §. ſi quis antem non implens in auth. de bared. & falcid. col. 1. cum gloſ. in verbo admonitus*, unica, ſaltim Iudicis præcedente monitione ob terminum anni, qui illi impartitur, & ideò ſufficit ſemel eſſe admonitum, namque alias, ubi quis in continenti relictis privatur, tunc dicit dicta *gloſ.* unam monitionem non ſufficere, ſed ſaltim binę requirũ-
2 tur monitiones, *arg. §. ſi quis in ſua, auth. ut liceat matri, & aviæ col. 8. & de Eccleſ. titul. §. ſi autem col. 4. & de Sanctis Epiſcop. §. Præsbiteris autem, et Diacon. coll. 9. Petrus Frider. Menand. de mand. proceſſ. & monit. Camer. Imper. lib. 2. cap. 2. num. 9.* ex *Boer. deciſ. 255. Gayl. lib. 1. obſerv. 57.* notans etiam *n. 2.* quod ubicumque agitur de privando aliquem jure ſuo, tunc ad minus duæ monitiones requiruntur, per *cap. fin. de Cler. non reſid. l. Emilius, verſ. venditor de renunciat. tutor ſæpè factis, ff. de minor. l. 4. ff. de pignor. actione, ibi: niſi ei ter fuerit denunciatum, cap. ſi peccaveris 2. q. 1. Abb. in c. novit de Iud.* & quod quis bis ad agendum excitetur æquiſ-
3 ſimum eſt, *l. eum qui. ff. de jureiur. Contard. in l. diffamari cap. 4. num. 30. &*
4 *34. C. de ingen. & man.* niſi fortè annus, vel maius temporis ſpatium præfigatur; tunc enim unica monitio ſufficit,
5 *Iaſon. in d. auth. hoc amplius*, tunc enim longitudo temporis ſupplet defectum monitionis, *Contard. d. cap. 4. num. 73. in limit.* & in *gloſ. num. 19. & 38.* poſt *Ripam in l. rem qua nobis num. 42. ff. de acquir. poſſ. Anton. de Amato reſol. 11. num. 8.* videndi ad materiam *Fontanell. 1. tom. clauſ. 4. gloſ. 17. num. 90. & clauſ. 6. gloſ. 3. p. 5. in 2. tom. à num. 68. ad 77.*
6 notitia, & ſcientia voluntatis teſtatoris nullo modo poteſt facere cadere filiam in pœnam, niſi inſtrumento confecto, eoque lecto, & filiæ oſtenſo, vel ſaltim cum teſtibus explicata per patrem eius voluntas, alias non tenetur credere aliis id dicentibus, per *l. ſi quis inficiatus ff. depoſiti, Clem. cauſa de elect. ibi* porrecto, v3. ſibi ſub ſcriptura authentica, vel perlecto illius tenore, & copia modo conſimili, ſi petita fuerit indè facta, *Bart. in l. quod te num. 15. ff. ſi certum pet.* ubi in his, quæ nobiſcũ geſta non ſunt, non ſufficit verbalis in-
7 terpellatio, ſed notificatio ſcripturarum eſt neceſſaria, ſequitur *Surd. conſ. 22. num. 12. & 13.* dicens non teneri credere, niſi teſtibus idoneis præſentibus publico inſtrumento, & *deciſ. 341. num. 12. 2. p. Bart. in l. non ſolum, §. mortem num. 34. & ſeq. ff. de novi oper. nunc. et*
8 *num. 35.* debitorem non teneri parere proteſtationi, que ſibi fit, nè ſolvat creditori, niſi veritas cauſę, propter quam eſt

eſt proteſtatus illi oſtendatur, hinc practica quod illi legat inſtrumentum, vel copiam dimittat, in qua apparet illum creditorē ſibi debere, & alia per *Surd. deciſ.240.ex num. 10. cum ſeq. & conſ. 425.nu.43.in 3.* addc *Sforza Odd.conſ. 79. num. 26.* in terminis loquentem, quod alicui ſub pœna amiſſionis relicti reſtituit, quod licet interpellatur, ſed non oſtendatur ei id, quod continet dictum præceptum non tenetur credere, nec contrafaciendo incidit in pœnam, ubi *n.75.* refert deciſionem Mantuani Senatus.

OBSERVATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum.*

2 *Nullitates, quæ per viam actionis de jure communi ſunt proponendæ infra 30.annos per viam exceptionis in perpetuum proponi poſſunt.*

3 *Terminus ad impugnandum, etiam poſt concluſum in cauſa peti poteſt.*

4 *Leges probationibus multum favent, ne coerceãtur, ſed potius ſit ipſarum abũdantia.*

5 *Tertius veniẽs ad opponendum de poſſeſſione, an exequutio ſententiæ impediri poſſit.*

6 *Tertius prætendens intereſſe, non ſolum poteſt impedire executionem rei, ſi eſt actum petitorio, ſed etiam ſi poſſeſſorio juxtà veriorem ſententiam.*

1 TEmporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum *l. purè in fine, ff.de doli except.l.ſi pactum, C. de except.l.1.§.fin. C. de annali except. l.ſi*
2 *quando, C.de dilationibus*; Hinc nullitates, quæ per viam actionis de iure communi ſunt proponendæ infra annos triginta, *gloſ.in cap.1.in fine 33.q.9 Angel.in l.ſicut num.10. C. de præſcript. 30.vel 40.annorum Alexand.conſ.59.n. 15.in 4. Aym. conſ. 266. num.6. Tyraquell.in primo retract.§.36.gloſ.2. num. 38.*

Per viam exceptionis in perpetuum proponi poſſunt *Alex.conſ.82. num.13. in 3.Angel.conſ.260.num.3. verſ.ſi igitur, Dec.conſ.8.num.6. verſ.& retenta, Corn.conſ.302.in primo, verſ.præterea licet ſtatutum in primo, Aym. loco præcitato num.7.Vantius de nullit.quot.*& intra quod tempus *nu.8.Nicol. Noalis de tranſmiſſ.caſu 74.n.22.*

3 Terminus ad impugnandum, etiam
poſt concluſum in cauſa peti poteſt per
argumenta adducta in conſtitutione
pecuniariis in *verſ.ex cauſa*, ubi habe-
tur, quod ſi Iudex ſibi videbitur liti-
gatores non malitioſè procedere, po-
4 terit eos audire; nàm leges probatio-
nibus multum favent, nè coerceantur,
ſed potius ſit ipſarum abundantia, ut
in *l.generaliter, §.neceſſitate, C. de rebus creditis*, nàm in dicto termino ad impugnandum adeſt cauſa defenſionis per *textum in l.Iudices, C.de fide inſtrumentorum*, quod totum Iudicis arbitrio remittitur, ut per *Muſcatell. in praxi p.7.gloſ.præſentatas n.24.*

5 Tertius veniẽs ad opponendũ de poſſeſſione, an executio ſentẽtiæ impediri poſſit? *Caccaran.in deciſ.38.n.14.ait*: Impediri non poſſe per ea, quæ *Innocent.ſcribit in cap.veniens de teſtibus*, quem *Bart.* refert, & ſequitur in *l. à Divo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudicata*, ſaltim præſtita cautione *l.is, à quo fundus, & l.ſequenti, ff.de rei vendicat.gloſ.in §.ſuper rebus in verbo fiat de re judicata, Guid.Papa in deciſ.81.*

6 Tertius prætendens intereſſe, non ſolum poteſt impedire executionē rei, ſi eſt actum petitorio, ſed etiam ſi poſſeſſorio, juxtá veriorem ſententiam, de qua per *Felin.in cap. veniens 38. nu. 11.de teſtibus Practica* Papienſ.*per Ferrar.*in forma executionis ſententiæ diffinitivæ in principio *num.16.in fine q.7.* ad cuius rei materiam multa adducit *Covarr.pract.quæſt.cap.16.Boer.dec.79. num.2. Bart. Zaſius, & alii in l. à Divo Pio, §.ſi ſuper rebus, ff.de re iudicata, Menocb.de arbitrariis caſu 18.lib.2.cẽt. 1.& præſumpt.47.lib.2.& conſ.488.lib. 5.Afflict.deciſ.235. Aymon conſ.14.n.4. cũ aliis per Gravat. ad Veſtrium in praxi lib.5.cap.ultimo num.24.uſque ad 27,*

Myſin-

Digitized by Google

Myſinger.obſervat.73.cent.3.Vantius de nullit.in tit. quis poſſit dicere de nullitate num.15.uſque ad 29.Gratian.diſcept. forenſ.cap.439.à num.1.uſque ad 6. ubi allegat *Felin.in c.cum ſuper 17de re iudic.*ubi *col.fin.in principio* ſubdit, eſſe notandas triginta ſex declarationes in huiuſmodi materia per eum adductas.

OBSERVATIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator prohibere non poteſt, quod in legatis piis per ipſum factis non poſſit Tribunal Reverendæ Fabricæ circa illorum executionem ſe intromittere.*

2 *Epiſcopus in relictis ad pias cauſas ſupplet defectum hæredis.*

1 Teſtator non poteſt prohibere, quod in legatis piis per ipſum factis non poſſit ſe intromittere Tribunal Reverendæ Fabricæ, circa eorum exequutionem. Nàm ſicut non poteſt prohibere, quod Epiſcopus non ſe intromittat, ità etiam dictum Tribunal Reverendæ Fabricæ, quod loco Epiſcopi ſucceſſit in Regno, per *text.in cap. tua nobis 17. de teſtamentis, & in auth. de Eccleſiaſt.titul. §.ſi quis autem, verſ. in omnibus,et cap.tua extra de teſtamentis*, nàm in relictis, etiam ad non pias cauſas Epiſcopus ſupplet defectum hæredis *not.extra de teſtāment. cap. nos quidem,& can.ſilveſter.11.q.1.Lucas de Penna in tit.de expenſis ludorum l.1.nu. 10.in fine.*

OBSERVATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in uno approbatus, non poteſt in alio reprobari, niſi nova emerſerit cauſa.*

2 *Teſtibus in pari numero diſcordantibus benignior pars prævalere debet.*

3 *Teſtibus non creditur, quorum repelluntur authores.*

4 *Abſurdum enim eſt, ſi non creditur originali, quod credendum ſit copiæ.*

5 *Iniuria facta uni reſpicit omnes de eius cognatione.*

1 Teſtis in uno actu approbatus non poteſt in alio reprobari, niſi nova cauſa emerſerit, ad *l.ſi quis teſtibus, C.*
2 *de teſtibus*, & in teſtibus pari numero diſcordantibus, benignior pars prævalere debet, ut voluit *Bald. in c. duobus in prima col.verſ.quid ſi Iudices nu. 5.de re iud.per text.in l.Iulia petronia, ff.de manumiſſ. & Felin. in cap. tuo adverſario in 3.col.de except.Marſil.in ſingul.218.num.2.*
3 Teſtibus non creditur, quorum repelluntur autores *cap. licèt ex quadam de teſtibus cap.fraternitatis de hæreticis c.nullus 3.q.4.* eſſet enim abſurdum, ſi nō
4 creditur originali, quod credatur eius copiæ *cap.1.extra de fide inſtrum.* imò, nec etiam eis crederetur, ſi eſſent cognati perſonæ leſæ, quia iniuria facta
5 uni reſpicit quodammodo omnes de eius cognatione, *Bart.in l.lex Cornelia, ff.de iniuriis,Alex.conſ.84.lib.2.Roland. à Valle conſ.24.num.41.lib.1. Alciat.de præſump.regul.1.præſūpt.2.& 23.Marquard.Fremer.de fama publica cap. 11. num.4.*

OBSERVATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis examinatus negans ita ſe depoſuiſſe, ut ſcriptum reperitur, cui magis credendum notario, aut ipſi teſti*

2 *Teſtes recepti coram Iudice non poſſunt allegare ſe non depoſuiſſe, ut ſcriptum eſt à Notario.*

1 Teſtis examinatus negans ità ſe depoſuiſſe, ut ſcriptum reperitur, proindè quæritur, cui magis credēdum erit notario, aut ipſi teſti? Reſpondetur, quod diſtinguunt *DD.* quod aut tractatur depuniendo teſte de falſo, & hoc caſu tantum creditur teſti, quantū notario, aut tractatur, cui plus credendum ſit, & tunc plus creditur notario,

Clar. in praxi criminali lib. 5. §. *fin. q.* 53. *num.* 15. *verſ. quintus caſus, & §. falſum verſ. pone teſtis, Thor. in p. 1. deciſ. in verbo teſtes aſſerentes, fol.* 551. diſtinguit, quod in criminalibus magis creditur teſti, quam notario ſcribenti, quoad condemnationem, non quo ad inquiſitionem, vel torturam inferendam, ſed ad evitandum omnes controverſias bonum eſſet, quod Iudices aſsiſterent notariis recipientibus dicta teſtium, nàm eo caſu non auditur teſtis poſtea dicens ſe non depoſuiſſe ut ſcriptum eſt à notario præſente Iudice, imò ſi contrariũ poſtea deponat, poteſt etiam de falſo puniri, ut ait *Clarus loco citato nu.* 17.

OBSERVATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes tam in civilibus, quã in criminalibus ſe vidiſſe Titium, & cognoviſſe non lucente luna, vel aliquo lumine artificiali accenſo non probant.*

2 *Lumen aliud non datur niſi* Solis, *& Lunæ, & lumen artificiale.*

1 TEſtes deponentes, tàm in civilibus, quàm in criminalibus ſe vidiſſe Titium, & cognoviſſe non lucente Luna, vel aliquo lumine artificiali accenſo nihil probant, *gloſ. in l. ſi cum exceptione*, §. *in hoc, verſ. ignorantiæ*, ibi juſte ignorare poſſum quis mihi vim fecerit, cum alia fiant de nocte, *ff. de iis qui metus cauſa Bal. in cap.* 1. §. *porro, quæ ſit prima cauſa beneſ. amittendi, Conſ.*
2 *Pratus diſcept. forenſ. cap.* 20. *num.* 19. *cum ſeq. lib.* 3. ibidemque fundat non dari aliud lumen, niſi Solis, & Lunę, vel lumen artificiale ex diſpoſitione *Sacræ Geneſis c.* 1.

OBSERVATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſingulares an cõjungantur ſimul, ut probent plene, vel ſemiplenè.*

2 *Teſtes ſingulares licet ſint mille, minus probant, quàm unus.*

3 *Probatio redditur dubia ex ſingularitate diverſificativa, ex qua inducitur incertitudo.*

4 *Teſtes in ſingularitate adminiculativa an coniungantur, & plenè, vel ſemiplenè probent.*

5 *Depoſitio teſtis tendens ad eundem finem dicitur cumulativa, & adminiculativa, et ſufficit, quod teſtes in unum conveniant.*

6 *Teſtes de auditu alieno nihil probant.*

7 *Depoſitio teſtis fidem non meretur, niſi ſui dicti rationem ſufficientem indicaverit.*

1 TEſtes ſingulares an coniũgantur ſimul, ut probent plenè, vel ſemiplenè? diſtinguendi ſunt plures caſus; Primus eſt in ſingularitate obſtativa, & in iſta clarum eſt, quod teſtes non conjunguntur, nec aliquid probant, imò nec quidem adminiculantur, cum teſtes dicantur contrarii, ut per *Bald. in rub. de controverſia inveſtitura col.* 1. *in l. de quibus, col. antepenult. ff. de legibus*, Secundus caſus eſt in ſingularitate teſtium diverſificativa, quando teſtes loquuntur de diverſis actibus factis diverſis tempore, & loco, & iſto caſu idẽ dicendum eſt, quod in ſingularitate obſtativa, quia nullo modo coniunguntur teſtes ſingulares, ut probent plenè, vel ſemiplenè, nec adminiculativè, nec aliquis teſtium per ſe manet integer, ut ſemiplenè probet, quia dictum unius eliditur per dictum alterius, et iſto caſu procedit illud dictum, quod minus
2 probant mille teſtes ſingulares, quàm unus, *Bald. in l. de quibus, col. antepenultima poſt medium, verſ. ſed nunquid ſi teſtes, ff. de legibus, in l. jusiurandi col.* 3. *C. de teſtibus*; ſi enim eſſet unus teſtis tamen integer, & legitimè deponens probaret ſemiplenè, ſed ubi ſunt plures diverſa loquentes in actu reiterabili, licet non ſint repugnantes, nihil tamen probant, ratio quia invicem ſe debilitant, cum articuletur de uno tantũ mutuo, & ipſi loquuntur de pluribus factis diverſis loco, & tempore, ut neſciatur quod, & quale ſit illud, quod
3 detur, & an depoſuerint de mutuo peti-

petito, & ſic ex tali ſingularitate diverſificativa inducitur incertitudo, & redditur probatio dubia, quæ dubietas ceſſat, ubi unus tantum eſt teſtis.
4 tota difficultas eſt in ſingularitate adminiculativa, an teſtes coniungantur, ut probent plenè, vel ſemiplenè? In qua difficultate *DD.* vario modo conſuluerunt, prout caſus contingebat, ut lucri ratio ſuadebat, & ponitur exemplum, quando plures teſtes deponunt ſuper diverſis confeſſionibus debitoris, & omnes dicūt audiviſſe ab eo, qui debebat decem Titio ex cauſa mutui; ſunt tamen ſingulares in loco, & tempore, quia unus deponit de confeſſione facta uno tempore, & in uno loco; alius de alio loco, & tempore. Iſta ſingularitas non eſt obſtativa, quia nihil repugnat, quod quis ſepius confiteatur de eodem debito in diverſis locis, & diverſo tempore non eſt, nec ſingularitas diverſificativa, quia licet deponant de pluribus, & diverſis confeſsionibus, non tamen reſultant plura, & diverſa debita, cum emanaverint confeſſiones ſuper
5 eodem debito, & tendunt ad eūdem finem, ideſt ad probationem eiuſdem debiti, & ſic eſt cumulativa probationis, & adminiculativa, non diverſitas effectuum, ſufficit quod teſtes conveniant in unum, & ad eundem rei finem, licet in aliis diſcrepent, *l. qui ſententiam.* ubi *Bald. C. de pœnis*, notatur in *l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arbitr. Cravett. de antiquit. tempor. in 4. p. in §. ſed enim num. 6.*
6 Teſtes de auditu alieno nihil probant, *cap. licet ex quadam in princ. extra de teſtibus*, *Fulvius Pacianus de probat. lib. 1. cap. 9. num. 11. & ſeq. Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. lib. 2. caſu 475. num. 4 Farin. de teſtib. q. 69. num. 2. & ſeq.* & eſt
7 notandum, quod depoſitio teſtis fidem non meretur, niſi is dicti ſui rationem ſufficientem indicaverit, *Hypp. de Marſil. in praxi crimin. §. diligenter num. 31.*

OBSERVATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis non citatus deponens, eius teſtimonium non valet.*
2 *Teſtis examinatus abſque citatione, dicitur teſtis ſe offerens, & ultroneus, & à teſtificando repellitur.*

1 TEſtis ad teſtimonium ferendum eſt citandus, ſi autem nō citatus deponit, non valet ejus teſtimonium dicit *Antonell. de Claris Aquis in ſingul. ſuo 103. per text. in l. ſi quando, C. de teſtibus, & in cap. in nomine Domini ex-*
2 *tra eodem tit.* nàm teſtis examinatus abſque citatione dicitur teſtis ſe offerens, & ultroneus, *Afflict. in conſtit. mores diſſoluti rubr. 53. & in deciſ. 28. num. 1. & deciſ. 39. num. 3. Mareſcott. in praxi civili, gloſ. juramenta num. 5.* repellitur à teſtificando *text. in §. ſi verò ignoti in auth. de teſtibus q. 60. app. 34. num. 1. & 4.* & uti ſuſpectus poteſt torqueri, idem *Farin. q. 69. de teſtibus n. 6. & 7. & q. 39. num. 38.*

OBSERVATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de credulitate, vel de judicio ſuo nullam fidem faciunt.*
2 *Teſtis productus ad probandum mutuum ſi dicat ſe credere mutuum fuiſſe factum non probat.*
3 *Teſtes debent deponere ſic eſſe, vel non eſſe, non autem credere, vel non credere.*
4 *Teſtis ſi dicat ſcio, quia credo non probat, nec etiam præſumptivè, niſi originem credulitatis adducat.*
5 *Teſtes debent deponere per ſenſum corporeum, non autem per ſenſum intellectualem.*
6 *Teſtis ſemper debet reddere cauſam ſui dicti per ſenſum corporis, per quem capit illud, quod deponit.*

1 TEſtes deponentes de credulitate, vel de judicio ſuo nullam fidem

faciunt,*cap.quoties de teſtibus* ; *gloſ.in l.teſtium,C.de teſtibus can.relatum ſupra q.*2.*can.teſtes* 5.*q*.8. *Specul.in tit. de te-*
2 *ſtibus dicens*, quod ſi teſtis productus ad probandum mutuum dicat ſe credere, mutuum fuiſſe factum, non probat,
3 nam teſtes debent deponere ſic eſſe, vel non eſſe, non autem credere, vel non credere dixit *Ang.in auth.de hæredib.& falcid.*§.*hinc nobis col.*3.*verſ.*2.*n.*33.& 35.*Bald.in l.ſi conventiculam col.*5.*verſ.ex prædictis infero,C.de Epiſc.et*
4 *Cler.*ubi dicit,quod ſi teſtis dicat, ſcio, quia credo, ex quo credulitas ſtat cum appoſita veritate, & poſſibile eſt teſtẽ credere falſum, non probat etiam præſũptivè, niſi originẽ credulitatis adducat, dixit idem *Bald.in l.ſivè poſſidetis, verſ.ſed quæro,C.de probation.* & *Gait.*
5 *in tract.de credito tit.*7.*num.*1742. ait, quod teſtes debent deponere per ſenſum corporeum, non autem per ſenſum intellectualem, prout inter omnes docuit *Bart.in tract.de teſtibus nu.* 20.& *ſeq.* Et *Ang.in cit.auth.de hæred.& falcidia,*§.*hinc nobis num.*33.& 35. tradit
6 pro regula, quod ſemper teſtis debet reddere cauſam ſui dicti per ſenſum corporis, per quem capit illud, ſuper quo deponit, & ſic ſi deponit ſuper re, quæ guſtatur, deponit per guſtum, & ſuper re,quæ videtur,deponit per viſũ, ſi ſuper re,quæ tangitur, per tactum,ſi ſuper re, quæ odoratur per odorem, ſi ſuper re,quæ auditur, per auditum, & ſi alio modo deponeretur, dictum teſtis eſſet nullum, & hoc videtur ſentire in *l.teſtium,C.de teſtibus,*& inſuper *n.*35 ait,quod teſtimonium credulitatis non eſt ſufficiens per *gloſ.in d.l. teſtium.*

OBSERVATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Tertius non vocatus veniens ad iuditium inter alios incohatum quid probare debeat,ut audiatur?*

2 *Nec audiendus, ſed excludendus ſi calumniæ præſumptio in ejus perſona emergat.*

3 *Probatio plena requiritur de intereſſe tertii ad tollendam præſumptionem calumniæ.*

4 *Quid faciendum tertio veniente ad cauſam compilato proceſſu? & quomodo per S.C.fuerit practicatum,n.*5

6 *Deciſio noviter per S.C.prolata, adducitur:Regius Conſiliarius D. Stephanus Padilla laudatur.*

1 Tertius non vocatus, ſed ultro veniens ad iuditium inter alios inchoatum, illud unum neceſſarium præmiſſum requirit,ut in omni caſu debeat hic tertius, non ſolum allegare, ſed etiam in continenti probare, & docere ſuum intereſſe, in quo conſiſtat, alias nullo modo auditur, *tex.formalis in cap.veniens il* 2.*de teſtibus,*ibique *DD.* Verum enim vero hæc omnia declarationem unam recipiunt, quæ ſigillat totam hanc materiam,, ut ſcilicet in
2 omnibus caſibus, in quibus tertius admitti deberet de jure, ſivè antè, ſivè poſt ſententiam, ſi quovis modo præſumptio calũniæ in eius perſona emergat, tunc nullo modo eſt audiendus, ſed omninò excludendus *Iaſ.in l.* 4. §. *condemnatum num.*12.*ff. de re jud. Co-*
3 *var.pract.qq.cap.*16. *num.*2. qui tamen declarat hanc præſumptionem tolli, ſi offeratur in promptu probatio intereſſe ipſius tertii, non per ſemiplenam ſed per plenam probationem, quæ demum Iudicis arbitrio remittit, et *Dominus Blaſius Altimari in obſervatione* 1. *deciſionis Dom. Reg. Roviti*
4 *num.* 42. *ait*; quod tertio veniente ad cauſã tempore quo cauſa reperiatur in ſtatu, in quo non eſſent recipiendæ probationes, & nihil aliud remaneret agendam,niſi ſententiam proferre, aut ſit decretum,quod liceat aſſiſtere, aut quod non audiatur, verum liceat aſſiſtere. Primo caſu, poteſt Iudicem recuſare, *l.ſi pariter,ff.de liberali cauſa, Gayl.obſerv.* 71. *lib.*1. *num.*7. *verſ.* & *ſi autem*, *Anna alleg.* 76. *num.* 2. Secundo vero caſu non poteſt nam audientiæ denegatio efficit, ut nec ad recuſandum Iudicem,ut ſuſpectum admittatur, quia id efficiendo audiretur, & ve-

& veniret contra decretum, *Panorm. in cap. cũ ſuper n. 1. de offic. deleg.* & ſæpius deciſũ per S.R.C. refert *Reg. Sanfelic. in deciſ. 90. nu. 21.* & alii apud *Reg. Capyc. Latro in deciſ. 164. num. 3.* ubi deciſum refertur per Collaterale Conſilium, maximè quia ſuſpictionis cauſa erat frigola, & Iudex bonæ famæ, & opinionis, & recuſatio fuit ab una ex partibns litigantibus affectata, & ità intelligendæ ſunt deciſiones adductæ per *Giptium ad Reg. Capycium Latro in deciſ. 85. num. 6.*

6 Et cum in anno 1678. fuiſſet cauſa creditorum ſtatus Galatonę Patrimoni qu. Ill. Ducis Acheruntiæ D. Coſmi Pinelli junioris, commiſſa D. Regio Cõſiliario Don Stephano Padilla juſtitiæ zelantisſimo, ac vigilantisſimo fuit procurarum per dictum Ducem Acheruntiæ ad defaticandum creditores dicti ſtatus Galaronæ, quod Ill. Dux Salſæ recuſaret dictum Dom. Conſiliariũ Padilla uti creditor patrimonii dicti Ducis Acheruntiæ, vigore obligationis generalis, quamvis non reperiretur graduatus in graduarione creditorum dicti ſtatus Galatonæ, ſed in graduatione creditorum patrimonii Terræ Iuliani, & per decretum S. C. ad relationem Illuſtris Ducis Campimellis Regentis D. Troiani Miroballi tunc Regii Conſiliarii in menſe Decembris 1678. fuit proviſum, quod prædictus Dux Salſæ, & eius frater audiatur, penes Mag. Secretarium S.C. vigore cuius decreti dictus Dom. Conſiliarius Padilla remanſit recuſatus, prout erat in aliis cauſis dicti Ducis Salſæ cum maximo cordis dolore noſtro, aliorumque creditorum dicti ſtatus Galatonæ, et cauſa prædicta fuit commiſſa Dom. Regenti Vincentio Raetano tũc Regio Conſiliario.

OBSERVATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens falſum in M.C.V. in civilibus, quamvis offendantur aures Iudicum civilium, punitur per Iudices criminales, non autem per Iudices civiles.*

2 *Teſtes falſi ſi producantur in proceſſu S. R. C. quid faciendum ſit per M. C. ut contra eos procedere valeat, & deciſio S.C. adducitur.*

1 TEſtis deponens falſum in M. C. V.
in civilibus in cauſa civili, quam-
vis offendãtur aures Iudicum civilium,
nihilominus hic teſtis punitur per Iu-
dices criminales, non autem per Iudi-
ces civiles, & hæc praxis fundatur in
authoritate, *Bart. in l. ſi quis obrepſerit,*
& in l. Divus, ff. de falſis, qui in ſpecie
hoc tener, de quo meminit idem *Bart.*
in tract. de Syndic. in verb. notorium 2.
2 *col.* Verum, ſi teſtes falſi producerentur
in proceſſu S.R.C. Magna Curia non
poteſt contra eos procedere, niſi prius
facta relatione per Iudicem M.C. & per
dictum Sacrum Conſilium ei imparti-
tur licentia procedendi, quæ per S.C.
non impartitur, quando videt quære-
lam fieri ad finem involvendi litem ci-
vilem, & falſitatem non conſiſtere in
ſubſtanrialibus negotii, ſed quando de
hoc dubitatur providet eſſe expectan-
dum exitum cauſæ civilis, ut habetur
per *deciſ. 147. Præſidis de Franchis in*
fine, & Dom. Conſil. Marcianum ſeniorẽ
in conſ. 13. prout fuit practicatum
in cauſa propria, vertente in S.R.C. co-
ram Regio Cõſiliario D. Petro Guer-
rero nunc meritiſſimo Regẽte in ſupre-
mo Italiæ Conſilio, cum Quintiliano,
& aliis de Tancredi, ad relationem Ill.
Domini Ducis Paretæ D. Frãciſci Mo-
les tunc Iudicis M. C. V. nunc Magni
Cancellarii Senatus Mediolanenſis de-
ciſum fuit per dictum S. C. in primo Dec. S.C.
menſis Iulii anni 1671. quod impartie-
tur licentia M. C. pro capienda infor-
matione, qua capta iterum referat in
S. C. penes Scribam Fiſcalem Hono-
frium Marrellum in Banca Sportelli.

OBSERVATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Timor violentiæ inferendæ iuſtum metum infert.*

2 *Armorum viſus juſtum timorẽ affert.*

Ti-

1 Timor violentiæ inferendæ juſtum metum infert, *Alexand.conſ.98. in primo vol.3.Gramm.voto 10. num. 2. & ſeq.Bertazzolus conſ.crimin.427.nu.11 lib.2. Idem in conſ.199. num. 5. lib. 1.* nec opus eſt diſcutere in hoc caſu, an fit talis timor, qui cadere poteſt in cõſtantem virum, de qua latè per *Covarr. in 4.decret.2.p.cap.3. §.4. de metu in matrimonii contractu interveniente n.4. cum ſeq.* & ibi facit *Plotus in repet. l.ſi quando num.705. Boſſ. in tit. de inquiſ.*
2 *num.118.*& viſus armorum juſtum metum affert, *Maſcard.de probat.concluſ. 1126.n.11. & 12.*& per *tex.in l.is qui cũ telo, ff.ad l.Cor. de ſicariis,Cavalcan. de brach, Regio p.6.num.309.cum ſeq.*

OBSERVATIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Titulus ſingularis excludit judicium familiæ ercifcundæ, ſicut excludit petitionem hæreditatis.*
2 *Actio familiæ hercifcũdæ, eſt magis univerſalis, quàm petitio hæreditatis.*
3 *Actio familiæ ercifcundæ eſt univerſalis natura, neceſſitate, & effectu.*
4 *Hæreditatis petitio effectu non ſemper eſt univerſalis, quia competit pro re ſingulari.*

1 Titulus ſingularis excludit judicium familiæ ercifcundæ, ſicut excludit petitionem hæreditatis, & ſic contra titulum poſſidentem non datur, *l. hæredes ejus, §.quod pro emptore, ff.famil. ercifc.cum gloſ. in verbo negat, l. regu-*
2 *lariter, ff.de petit.hæredis.* Eſt tamen magis univerſalis actio familiæ ercifcũdæ, quàm petitio hæreditatis, cum illa ſemel intentatur, non plus, niſi cauſa cognita, ſi facta fuerit diviſio ſine Iudice, ad *l.1. C.famil. ercifcundæ cũ gloſ. ibi in verbo non poteſt,* ex eo, quia actio
3 *famil.ercifc.* eſt univerſalis natura, habilitate, neceſſitate, & effectu, nàm pro una re, vel quibuſdam intentari non poteſt, quia cum res aliquæ indiviſæ relictæ ſint non *famil.ercifc.* ſed communi dividundo judicio de eis agi poteſt, in *l.ſi filia, §.fin.l.ſi fundus mihi, ff. eodem*; cùm Vniverſitas ſit diviſa, nec pro certis rebus, nec pro primis non jã
4 diviſis, ſed petitio hæreditatis effecta, non ſemper eſt univerſalis, quia competit pro re ſingulari, *toto tit. ff. de pet. hæredit. & ſi pars hæreditatis petatur;* cumque commune judicium, & promiſcuum ſit actio familiæ ercifcundæ communi, & finium regundorum, & duplicia judicia, & actor, nàm etiam quod poſſideat, *§.æquè, & §.quadam, inſtit.de action.l.in tribus, ff.de judic. l.ſi duo, §.1.ff.uti poſſidetis*, ideò reus tenetur edere actori, quia reus eſt actor, ad *l.qua quiſquam, ff.de edendo, Valaſc. de jure emphyt.q.8.à num. 7. Bald. in l. inſtrumenta, C. de fideicomm. Soccinus conſ.172.in fine in 2. Anna ſingul.188.*

OBSERVATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, & Balius, etiam poſt finitam tutelam, & Baliatum tenetur cauſas non ſolum cœptas, ſed negotia annexa tutelæ proſequi, antequam curator adulto datus ſit.*

1 Tutor, & Balius, etiam poſt finitam tutelam, & Baliatum tenetur cauſas, non ſolum cæptas, ſed negotia annexa tutelæ proſequi, antequam ſit Adulto Curator datus, ad *text.in l.unica, C.ut cauſæ poſt pubertatem adſit tutor,* ubi *DD. in l.itã autem, §.fin. ff.de adminiſtrat.tutor.* ubi communiter *DD. in l.tutor, ff.de appell.* ratione connexitatis adminiſtrationis geſtæ, & facit generalem concluſionem, *Guttierez in tract.de tutel.cap. 19.num.15.cum aliis adductis per Reg. de Ponte in conſ. 146. num.20.cum ſeqq.lib.2.*

OBSERVATIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur ad uſuras, etiam eius, quod à Contutore debetur.*
2 *Tutor, cui culpa imputari non poteſt, ad uſuras pecuniæ otioſæ non tenetur.*
3 *Tutores, & Curatores ad intereſſe lucri*

eri ceſſantis tenentur.

4 *Tutor non tenetur de caſu fortuito, neque ſi pecuniæ data ad cambium perdantur, dummodò non ſit negligens in negotiatione.*

5 *Tutor tenetur convertere pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum, ubi mercatura non exercetur.*

6 *Tutor habet laxamentum duorum mẽſium ad exigendum, & collocandũ pecuniam pupillarem fænori.*

6 *Tutor qui pecuniam ſuam benè collocavit præſumitur, quod etiam pro minoribus potuiſſet invenire, & dicitur in dolo, vel ſaltim in culpa.*

1 TVtor tenetur ad uſuras, etiam ejus, quod á Contutore debetur *l. eius,*
2 *quod, C. de uſuris pupill.* Verùm ſi Tutori non poteſt culpa imputari ad uſuras pecuniæ otioſæ non tenetur, ad *l. ſi pecuniam, C. eodem tit.*
3 Tutores, & Curatores ad intereſſe lucri ceſſantis tenentur *l. quidquid, Cod arbitr. tutel.*
4 Tutor non tenetur de caſu fortuito nec ſi pecuniæ datæ ad cambium perdantur, dummodò non ſit negligens in negotiatione, *Cavalc. de tutore, &*
5 *Curat. num. 114.* in aliis locis, ubi mercatura non exercetur, Tutor tenetur convertere pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum, aliàs tenetur ad fructus, & intereſſe, & hoc dũmodo talia prædia eſſent venalia, & emere potuiſſent, aliàs ſecus idem *Cavalc. ibidem num. 115.*
6 Tutor habet laxamentum duorum menſium ad exigendum, & collocandũ pecuniam pupillarem fœnori, *l. Tutor, §. uſura, ff. de adminiſtrat. tutor. et curat. cap. 32. num. 189.* Verùm non procedit, quando tutor non potuit collocare pecuniam pupillarem fœnori, quia non erat cui crederet, quo caſu pupillo vacabit, *l. cum plures, §. ſi tutor ſecundũ dignitatem, §. nõ eſt audiendus,* ibi: *quod idonea nomina non inveniret, ff. de adminiſtrat. tutor.* niſi probatum fuerit tutorem eo tempore ſuam pecuniam benè
7 collocaſſe, quo caſu non erit audiendus tutor *d. §. non eſt audiendus in verbis* (ſi arguatur eo tempore ſuam pecuniam benè collocaſſe, quia eſt præſumptio, quod etiam pro minoribus potuiſſet invenire, & ideò dicitur in dolo, ſeù ſaltim in culpa, & contra eũ in litem iurari poſſet, ut tradit *Roman. conſ. 425, l. quidquam, C. arbitr. tutel. ibi:* Quidquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut levi, ſeù curatoris minores amiſerint, vel cum poſſent non acquiſierint in tutelæ, ſeù negotiorum geſtorum utile judicium venire non eſt incerti juris *Paul. Mont. de tutor. & curat. dicto cap. 32. num. 187. cum ſeq.*

OBSERVATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Tutor pro ſolvendo creditori, cui erat per defunctum prædium hypothecatũ, poteſt illud alteri hypothecare ſub levioribus, vel ſimilibus uſuris ſine Iudicis decreto.*

2 *Tutor pro redimendo agro paterno (tempore ſpirante) vel pro refectione ædificiorum, ſi pupillus careret pecunia, poteſt erogare de ſua pecunia, & ſibi interuſurium in ſuis rationibus adſcribere.*

3 *Alienatio ſemper ſuſtinetur quoties nõ eſt voluntaria, ſed neceſſitas alienandi ex cauſa teſtatoris pendet.*

4 *Alienatio voluntaria prohibetur, non quæ vetuſtiorem cauſam, & originem juris habet neceſſariam.*

5 *Tutor pro ſolvendo canone, & caducitate evitanda, poteſt eidem creditori paterno novas venditiones facere.*

6 *Reſtitutio in integrum pupillo in his caſibus non competere, quamvis tractaretur de devolutione ob canonẽ non ſolutum tempore minoris ætatis.*

7 *Tutores pro evitanda caducitate, poſſunt pupillos inſolidum obligare.*

1 TVtor pro ſolvendo creditori, cui erat hypothecatum prædium per defunctum, poteſt illud alteri hypothecare ſub levioribus, vel ſimilibus uſuris ſine Iudicicis decreto, per *tex. in l. ſi*

l. ſi pupillorum, verſ. ſed dicendum eſt, ff. de rebus eorum, id determinātem, quem *text.* ad hoc allegat *Rodriq. de annuis reddit. lib. 1. q. 14. num. 18. & ſeq.* ubi etiam ſub *num. 66.* determinat de tutore, qui cum pupillus careret pecunia, & eſſet redimendus ager paternus tempore ſpirante, vel edificia reficienda erogavit de ſua pecunia, & ſibi in ſuis rationibus intereſſurium adſcripſit, & dicit id ritè potuiſſe tutorem, & tandem in ſpecie firmat, quando pecunia eſt verſa in utilitatem pupilli, vel quādo graviores uſuras diſſolvit, vel commiſſum emphytheuſis evitavit, vel fundum avitū tempore redemptionis fortè ſpirante redemit, & ex alia etiam ratione, quia minor in his caſibus non læditur, ſed iure communi utitur, & ſic non eſt opus decreto, ut ex *l. fin. C. de in integrum reſtit.* tenet *Paulus Montan. de tutelis cap. 33. num. 187. & 188,*
3 nám ſemper alienatio ſubſtinetur quoties non eſt voluntaria, ſed neceſſitas alienandl ex cauſa teſtatoris pendet, *l. cum fidei, ff. de fideicomm. liber.* Voluntaria namque alienatio prohibetur, non quæ vetuſtiorem cauſam, & originem juris habet neceſſariam, *l. alienatio, ff. familiæ erciſc. l. 1. ff. de fundo dotali, l. Divus, ff. de petit. hæred. l. filius famil. §. Divi. ff. de legatis primo, l. peto, §. prædium de legat. 2. l. pater filium 2. reſponſo de legat. 3.*
5 Vndè ſi tutor in his caſibus procedit faciendo novas venditiones eidem creditori paterno pro ſolvendo canone, &
6 evitanda caducitate, quo in caſu etiam pupilli reſtitutionem non habebant, quamvis tractaretur de devolutione ob canonem non ſolutum tempore eorum minoris ætatis, ut per *Corbul. de iure emphit. in cap. ob non ſolutionem canonis ampliat. 29. per totum*, & ex *Bart. & DD. in l. cum filius familias, §. in hac num. 4. ff. de verbor. obligat. Natta conſ. 269. n. 4. Sforza Odd. de in integrum reſtit. q. 89 art. 9. ſub num. 78.* & dato quod non ipſi minores; ſed cohæredes á ſolutione ceſſaſſent, quia tamen jus commiſſi eſt individuum, ad *text. in l. hæredes eius, §. idem iuris, ff. famil. herciſcund. ad gloſ. communiter approbatam in l. communi dividundo, verſ. confundetur, ff. comm. divid.* quam allegat ad hoc *Afflict. qui alios recenſet in deciſ. 252. nu. 4. & ſeq. Angel. & Iaſon in l. ſi ſervus, §. ſi plurium num. 7. ff. ſi quis cautionibus, Gratian. diſcept. 150. Guttier. conſ. 12. nu. 10.* poſt cum *Corbul. rubr. ob canones non ſolutos ampliat. 1. et 2. Amat. deciſ. Marchia 31 n. 18. 19. & 20.* propterea tutores poſ-
7 ſunt pro evitanda caducitate pupillos ad ſolidum obligare, cum de jure circa ſolutionem canonis faciendam cenſeantur plures rei debendi in ſolidum obligati, ut per *Afflict. ibidem ſub n. 5.*

OBSERVATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ſuper alimentis futuris non poteſt fieri inconſulto Pretore.*
2 *De alimentis præteritis ſine pratore trāſigitur.*

1 TRanſactio ſuper alimentis futuris fieri non permittitur inconſulto Prætore, ne propter præſentem pecuniam victum futurum amittat, ad *l.*
2 *cum ii, ff. de tranſact.* ſed de alimentis præteritis rectè ſine prætore tranſigitur, quia ex his, quæ olim debita ſunt, vita legatarii non pendet, jam enim certum eſt ipſum vixiſſe, quod in futuro victu dici non poteſt, ideoque deſipit ad præſens pullos, qui deſpicit ova.

OBSERVATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Tutor finita tutela rationem adminiſtrationis reddere tenetur, & reliqua ſolvere.*
2 *Quomodo rationes tutelæ reddere teneatur?*
3 *Tutor clarè, & non in folle, ſeù confuſè rationes exibere debet, etiam ſi vetitum ſit ab ipſo rationes exigi.*
4 *Quietationes nimis generaliter concepta, ut plurimum ſunt captioſa, etiam facta cum curatoris authoritate, & Iudicis decreto.*

5 *Qui-*

5 *Quietatio data non viſa prius libro rationum non præiudicat quacumq; clauſula non obſtante.*
6 *Cautela adhibenda in liberatione facienda tutori, quibus verbis concipi debeat?*

1 TVtor finita tutela rationẽ eius ad-
miniſtrationis reddere tenetur, &
reliqua ſolvere, §. *fin. inſtit. de Attiliano*
tutore l. 1. §. *officio, ff. de tut. & ration.*
diſtrah. Pariſ. conſ. 96. *num.* 12. *&* 34. *lib.*
2 1. & non ſufficit ſola editio id eſt inſpi-
ciendi facultas, ſed quod debeat tutor
rationes legendas offerre, & diſcutiẽ-
das cum univerſi actus ſui inſtrumento,
ut examinari poſſint computationes
probæ, an improbæ referantur, & an
accepta rectè relata, an non rectè ſint,
l. cum ſervus, l. qui ſub conditione, ff. de
condit. & demonſtr. l. ſi ſtatu libero, §. *ult.*
ff. de ſtatu liber. l. ſi ità fuerit, §. *quæſtio*
3 *hæc, ff. de manum. teſtam.* non tamen in
folle, ideſt in explorato, inexplicitè,
atque confusè rationes exhibere tutor
debet; quod procedit etiam ſi vetitum
fuerit ab eo rationes exigi, quod nihi-
lominus teneatur reddere chartas, in
quibus rationes conſcriptæ ſint, *l. fin.*
§. *inter cætera, ff. de liberat. legat.* ut latè
fundat *Paul. Mont. in tract. de iure tute-*
lar. & curation. cap. 38. *num.* 1. *cum ſeq.*
Sed quid dicendum, ſi tutor non red-
ditis computis tutelæ, neque diſcuſſis
generalem quietationem à minore, etiã
cum conſenſu curatoris obtinuerit?
4 Reſpondetur, quod quietationes
nimis generaliter conceptæ, ut pluri-
mum ſunt captioſæ, & deceptoriæ mil-
leque periculis expoſitæ, ut per *Exco-*
bar. de ratiociniis cap. 4. *num.* 10. ubi ait,
quod etiam ſi minor cum authoritate
Curatoris, & decreto Iudicis interve-
niente, vel iureiurando confiteatur ra-
tionem à tutore ſibi redditam, & ob id
ei liberationem generalem faciat, ad-
huc tali iuramento non obſtante, tutor
pro reddendis rationibus poterit con-
veniri, niſi eas vere redditas fuiſſe oſtẽ-
derit; Quinimò, & ſi minor liberaverit
ejus tutorem ab adminiſtratione tute-
læ præteritæ; dicens, quod à ſuo tuto-
re non petatur ratio tutelæ, quia eum
vult omni cura liberare, adhuc tamen
prædicta remiſſione non obſtante pro
reddenda ratione, & reliquorum reſti-
tutione (modo ſupra relato) poterit
conveniri, idque manifeſtè probat *tex.*
in l. Aurelius, §. *mevia, ff. de lib. legata,*
ubi I.C. ait *Mævia teſtamento ſuo, alte-*
rum ex tutoribus ſuis actione tutelæ vo-
luit liberari his verbis rationem tutelæ,
quam egit Iulius Paulus cum Antiſtit.
Cicerone, poſci ab eo nolo, eoque nomine
omni cura liberatum eſſe volo, quæro
an ſi quæ pecunia apud eum remanſit pe-
ti ab eo poſſit? Reſpondi nihil proponi
cum pecunia, quæ pupillæ fuiſſet, & apud
tutorem poſita maneret, legata videre-
tur. Itaquè animadvertendum eſſe pu-
5 to, quod quietatio data non prius viſo
libro rationum (qui ex conſequentia
actus adminiſtrationis venit exhiben-
dus) cum hoc caſu dicatur reddita ra-
tio, liberatio, ſivè refutatio, admini-
ſtratori conceſſa per adultum, & ſi qua-
lemcumque clauſulam liberatoriam, &
renuntiatoriam contineat, minori Do-
mino principali, vel creditori non præ-
iudicabit, imò quod magis eſt ex abũ-
dantia clauſularum renuntiationum, &
remiſſionum quietatio dolosè extorta
præſumitur, & ſic, & ſi ſub pænis, qui-
buſcumque cautionibus ſit compoſita,
neutiquã præiudicabitur creditor, quo
minus ex ſupradictis cauſis, illi contra-
venire valeat; ſecus tamen ubi ratione
doli, vel fraudis nihil adeſſet admini-
ſtratori, quia etiam in tali remiſſione
veniret doloſa adminiſtratio, & rerum
Domini amiſſio, & dilapidatio, & clau-
ſulæ prædictæ omnimodum effectum
haberent, ut idem *Excobar. d. tract.*
c. 40. *nu.* 12. *ait*; ad evitandum tamen
prædictas amaritudines, *Angel. in l. tres*
fratres, ff. de pactis, adminiſtratoribus
ſuadet, ut viſis quietationibus ſequen-
6 tia verba inſeri faciant; quod viſis, &
cognitis rationibus talis adminiſtratio-
nis, tám per ſe, quàm per calculatores,
& quod ex illis conſtat adminiſtratorem
quietandum, & liberandum fore à ne-
xu obligationis, ratione adminiſtratio-
nis contractæ, & quod reliqua conſi-

gnavit, eum liberat, & quietat, & *Damard.in tit.de tutor. & curator. liberatione cap.1.num.13.* addit, quod creditor quietat tali adminiſtratori omne jus quod habet, quodque habere ſperat ei remittit, etiam ſi tale ſit, quod liberans ignorat ſibi competere.

OBSERVATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Vagabundus propriè dicitur ille, qui per mundum vagatur, nec certum domicilium habet.*

2 *Matrimoniũ contrahentes in parochia, ubi domicilium habent, & habitant tempore matrimonii fieri debet, & alter ſufficit, ſivè viri, ſivè uxoris.*

3 *Domus ruralis, ubi recreationis cauſa, & fructuum accedunt, non ſufficit, ſed in Parochia Civitatis, ubi domicilium habent.*

4 *Matrimonium contrahi non poteſt coram Paroco ſecundæ habitationis, quãdò à prima quis ſe transfert ad aliã.*

5 *Requiſitio domicilii ad contrahendum matrimonium arbitrio Iudicis relinquitur.*

6 *Vxor ſortitur forum viri, non autem Amaſia.*

7 *Domicilium bona fide ſuſceptum ad cõtrahendum matrimonium coram Paroco habitationis conjugum, vel alterius ipſorum Archiepiſcopalis Curia ſufficere decrevit.*

8 *Vagabundus dicitur, non ſolùm qui per mundum vagatur, ſed is, qui nõ habet certum domicilium, in quo habitat.*

9 *Domicilium acquiritur origine, habitatione, domicilio, beneficio, adoptione, lectura, & ſimilibus.*

10 *Vagabundus, etiam dicitur, qui non ſtat firmè in loco.*

11 *Vagabundus beneficiatus ſi tàmdiù abſit, ut dubitetur an veniat, vel mortuus ſit privari poteſt.*

12 *Emphyteuta vagabundus cedit à jure ſuo.*

13 *Vaſſallus non tenetur ſervire Domino, qui incipit per mundum vagari.*

14 *Debitor non tenetur invenire Creditorem vagabundum, & ſolvere debitum.*

15 *Vagabundi in locis, in quibus delinquunt, puniri debent.*

16 *Raptores, & aſſaſſini, ubi delinquunt, ibi puniri debent.*

1 VAgabundus propriè dicitur ille, qui per mundum vagatur, nec habet certum domicilium, in quo habitet, *Bart.* poſt *gloſ. in l.4.§.Prætor ait num.24.ff.de damno infecto*, ubi *gloſ.in verb.habeat*, ubi Iuriſconſultus dicit, quod ſi nec habitationem habeat, vivit, & eſt vagabundus, *gloſ. in l. eius qui manumiſit, §.celſus, ff.ad municip. Abb. in cap.fin.num.13.de foro compet. Marſil.conſ.86.num.13.Capolla conſ. 58.nu.23.* dicit etiam quaſi vagabundus, *Vivius reſol.84.num.2.*

2 Ad mentem Concilii Tridentini *c.1. de reformat. ſeſſ. 24.* dicitur proprius Parochus, in cuius Parochia contrahẽtes domicilium habeãt, & alter ſufficit, ſiuè viri, ſivè uxoris, ex declaratione Cardinalium, & in cuius Parochia contrahentes habitant tempore matrimonii, *Vega in Silva caſ. 225. Segura de Aulbor.in director.Iudic.cap.15.nu.50. Cevallos q.45.num.5. Cavalc.deciſ.12. num.21.p.2.Navarr.in man.cap.25.nu.144.& conſ.7.decland. diſponſ. ledeſma q.45.num.5.verſ.tertium dubium, Salſed.ad Diaſ.cap.73.adit.2. Spin. de teſtam.gloſ.15. num. 41.*

3 & non ruralis cũ ad rus recreationis cauſa, & fructuum accedebat, & in Civitate principale domicilium, *Menoch.conſ.398.in 4. Navarr.conſ.2. de clandeſt. diſponſ. Sayr. deciſ.4.de ſponſal. Rota deciſ. Seraſin. 615.Rota diverſ.deciſ.644.& 656.p.1. ad cap. 15.qui de ſepulturis in 6.* Prout

4 à ſimili, quando animo revertendi ad primam Parochiam ſe transfert ad aliã, quia non poteſt contrahere coram Parocho ſecundæ, *Spin.loc.cit.num.45.Cevall.d.q.458.num.36.Cavalcan.nu.22.* ex quibus falſa opinio *Triviſani deciſ. 23.p.1.* volentis non poſſe contrahi matrimonium in præſentia Parochi mulieris, ſi in Parochia viri per annum habita-

bitaverit, uti Amaſia in domo eiuſdem Amaſit, *Viv. in praxi reſol.* 214. ſed idẽ
5 *Ricc. deciſ. Neapolitana* 108. *p.* 2. circa domicilii acquiſitionem ad contrahendum matrimonium poſt relatas diverſ. opiniones, nempè *Maſcardi concl.* 534. *num.* 6. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *c.* 86. & aliorũ, quod relinquitur arbitrio Iudicis, & ibidem, quod cõtrahere debeât corã Paroco illius Parochiæ in qua habitãtes animũ pmanẽdi habẽt, nõ ſi ad tẽpus redituri ad propriũ domicilium, *Henriquez de matr. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 3. *Spin. d. gloſ.* 15. *num.* 41. *Sanchez lib.* 3. *diſp.* 3. *num.* 11. & alii prædicti *Triviſani deciſ.* 23. ubi licet Amaſia per anni ſpatium cum Amaſio habitaſſet, & deindè contractum fuiſſet matrimoniũ cum Paroco Amaſii, & non Paroco domicilii fœminæ, non tenuit matrimonium, quia ratione illius dubitationis non contrahitur Parochia, & quamvis uxor ſortiatur forum viri, non tamen concubina, *gloſ. in c. eos, verbo eos* 32. *diſt.* ſic in rure, & aliis, ut ſupra, *Navarr. conſ.* 14. *de clandeſt. deſponſ.*
7 Curia tamen Archiepiſcopalis inclinavit ad decidendum ſufficere domicilium habitationis bona fide ſuſceptæ ad contrahendum matrimonium coram Paroco habitationis coniugum, vel alterius ipſorum, ex *Rota noviſs. per Farinac. coll.* 2. *p. deciſ.* 390. *num.* 3. at ſecundum *Clarum in q.* 39. *nu.* 7. *&* 8. *lib.*
8 5. *§. fin. pract. crim.* Vagabundus dicitur ille, non ſolum qui per mundum vagatur, ſed etiam qui non habet alicubi certum domicilium, in quo habitet, *Imol. in cap. dilectus nu.* 10. *de reſcript. & in cap. fin. num.* 17. *de eo qui mitt. in poſſ. Farin. q.* 7. *de inquiſ. nu.* 25. namque *Marian. Soccin. in d. cap. fin. de foro cõp. in* 4. *q. princip. deducit* 14. modos acqui-
9 rendi domicilium; putà origine, habitatione, domicilio, beneficio, lectura, adoptione, & ſimilibus; & in 9. *q.* modos perdendi, teſte *Felin. ibid. num.* 24. *verſ. & ſcias, cum Bald. in rubr. Cod. ſi à non comp. Iud. & n.* 8. *ex Bart. in l. nullus, C. de Tyron. lib.* 12. ubi per illũ *text. verbo vagabundus*, dicit, quod ille di-
10 citur vagabundus, qui firmè non ſtat in loco, reprobata diffinitione; quod ſit qui non habet domicilium: quis ſit propriè vagabundus, vide *Gay. pract. obſerv.* 1. *num.* 33. *& obſerv.* 57. *eodem lib. num.* 4.

11 Vagabundus beneficiatus, ſi tamdiù abſit, ut dubitetur, an vivat, vel mortuus ſit, poteſt privari beneficio, & alteri conferri. *Corſet. in ſing. verbo vagabundus.*

Item uxor non cogitur ſequi virum vagabundum, niſi ſciens talem duxit,
12 Item emphytheuta vagabundus cadit à jure ſuo.
13 An vaſſallus teneatur ſervire Domino, qui incipit vagari per mundum? reſpondetur quod non.
14 Item debitor non tenetur invenire creditorem vagabundum, & ſolvere ei debitum, licet aliàs ſecus *Corſet. loco citato.*
15 Vagabundi in illis locis, in quibus delinquunt puniri debent *DD. in l.* 1. *C. ubi de crimine agi oport. DD. in l. abſens, §. proindè, ff. de judiciis.*
16 Ampliandum hoc idem de raptoribus, & aſſaſſinis. *text. in l. unica, C. de raptu virgin. ibi:* ſine fori deſcriptione, ubi *Bald. & Salycet. Gemin. in cap. perhumani de homicid. in* 6. fallit in quatuor caſibus, quos poſuit *Petrus Duenna in regul. fallent. ad regul.* 609.

OBSERVATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli, vel ſubditi, ſi à Domino iniuſtè gravantur, poſſunt Iudicis officiũ implorare, nè inquietentur.*
2 *Nemo poteſt coram ſe ipſo litem conteſtari.*
3 *Privilegium Regis factum in præiudicium eius authoritatis non valet.*
4 *Princeps ſemper cognoſcit, cùm Baro circa ſubditos ſuos malè verſatur, & poteſt de jure eum juriſdictione privare.*
5 *Baro qui abutitur utili Dominio ſibi cõceſſo, dominari non meretur.*
6 *Iudex ob nimiam ſeveritatem repellitur ab officio.*

7 *Iudex poteſt etiam ex officio mandare Baroni, ut vaſſallos benè tractet, alias cogere ad vendendum feudum.*

8 *Deciſio Collateralis Conſilii adducitur facta cum Duce Boiani cum eius Terra Montis Pelutii.*

9 *Abuſus inter cauſas amiſſionis privilegiorum primũ ſibi vindicat locum.*

10 *Privilegium meretur amittere, qui cõceſſa ſibi abutitur poteſtate.*

11 *Auguſtum quaſdam urbes fœderatas, ſed ad exitium licentia præcipites, libertate privaſſe Svetonius in illius vita ſcribit.*

12 *Vaſſallus iniuſtè ab officialibus vexatus, ſi in proceſſu non reperitur delinquens, ſuperior ad illius liberationem procedet, cum non ſit quod remittatur.*

13 *Vaſſalli ob gravamina à iuriſdictione Baronis de iure licitè eximi poſſunt.*

14 *Princeps poteſt, & debet gravatum à iuriſdictione gravaminis eximere.*

15 *Iudex ex officio providere debet, nè ſubditus male tractetur, quamvis ille non queratur.*

16 *Remiſſio non fit, cum conſtat vaſſallum eſſe odioſum Baroni, & iniuſtè vexari.*

17 *Inimicus à iudicatura repellitur ex præſumptione illa, quod irati nocere cupiunt, & læſi ulciſci ſe velint.*

1 VAſſalli, ſeù ſubditi ſi à Domino injuſtè gravantur, poſſunt implorare Iudicis officium, nè inquietentur, *Bald. per illum text. ad fin. in l. 1. C. comm. de manumiſs.* & in *l. 3. C. qui bon. cedere poſſunt.*

Subdit tamẽ *Marcus Antonius Natta conſ. 614. num. 11.* quod ridiculum eſſet ſi quis compareret coram Domino judicialiter, & peteret ab eo, ut ſe ipſum condemnaret ad deſiſtendum ab inquietatione, & in damnis, expenſis, & intereſſe, ex *Salycet. in d. l. 1. Cod. ne quis in ſua cauſa*, quod nemo poteſt co-
2 ram ſe ipſo litem conteſtari, & *nu. 12.* ex *Grammat. voto 28.* non valere privilegium per Regem Ferdinandum Primum conceſſum Principi Salerni, quod non poſſent cauſæ ob retardatam, vel denegatam juſtitiam ab ejus officiali-
3 bus avocari, ut factum in præiudicium eius authoritatis, & ſuperioritatis, ad *Andr. in cap. Imperialem, verb. circa hoc videtur Federic. Abb. in cap. ſicut il 2. de jureiurand. Calder. conſ. 3. eod. tit. Alberic. Bova conſ. 68.* ut delinquendi materia tollatur, & ne invitentur Domini ad maletractandum ſubditos ſuos.

4 Semper enim Princeps cognoſcit, cũ Baro malè verſatur circa ſubditos ſuos quinimò etiam de iure eum privare
5 poteſt juriſdictione, quia abutitur utili Dominio ſibi conceſſo, ideoque dominari non meretur, ut concludit *Curt. junior conſ. 137. Laudenſ. de Principe q. 451. Berous conſ. 76. nu. 11. in 3. Grammat. deciſ. 104. Natta loco pracit. Covar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 89. de Ponte deciſ. 16. num. 34. Peguer. deciſ. 36. nu. 4. Caſtr. conſ. 229. nu. 3. in primo.*

6 Etenim Iudex ob nimiam ſeveritatem repellitur ab officio, *Bart. in l. 1. in fine, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Bald. in l. ſi Dominus, §. 1. ff. eodem*, dicit propter nimiam crudelitatem poteſt alicui auferri iuriſdictio, ubi etiam *Fulgoſ. notat in Marchione, vel Duce ex §. ſed. & maior, inſtit. de his qui ſunt ſui,*
7 *vel alien. jur.* poteſtque etiam Iudex ex officio mandare, ut benè tractet, quia etiam cogere illos bonis conditionibus vendere, *Guid. Papa deciſ. 62. Aym. conſ. 6.* & ex *Fabr. in §. ſed, & hoc tempore in fin. num. 7. inſtit. eod.* poſſet ex ſævitia eximi ab eius iuriſdictione, & interdici adminiſtratio apprimè in feudis acquiſitis tit. oneroſo.

Cæterum in aliis, an requiratur trina monitio ad *text. & gloſ. in cap. 1. de milite vaſſallo qui contumax eſt, Boſſius de Principe à num. 55. Agit. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 239 & in conſ. unico pro matre in cauſa demanii Terræ Tortoreti num. 28. poſt primum vol. deciſ.*

8 Quod obſervatum fuit in Duce Trajetti cum eius Terra Montiſpeluſii, quia enim maletractabat Vaſſallos, fuit coactus per Collaterale Conſilium ad vendendum alteri Terram prædictam.

9 Por-

9 Porrò inter cauſas amiſſionis privilegiorum, primum ſibi vendicat locum abuſus. *l. fin.* & ibi *gloſ. C. de Iudeis, c. recolentes, cap. ſi enim de ſtatu Monacorum, cap. ſicut de privilegiis*, Cum privi-
10 legium mereatur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, *cap. tuam cap. ut privilegia, cap. cum & plantare de privileg. cap. licet de regular. cap. privilegia 11. q. 3. c. ſic decet 25. q. 2. l. qui ſine uſuris, ff. de negotiis geſtis, l. auxiliũ in fine ff. de minor. l. Criſtiani, Cod. de pagan. gloſ. ultima in d. l. Iudeos, l. Iudices, C. de dignit. lib. 12.*

11 Quemadmodum Vrbes quaſdam fœderatas, ſed ad exitium licentia præcipites libertate privaſſe Auguſtum, ſcribit *Sueton.* in illius vita, & refert *Acacius Encbellinx. de privileg. lib. 3. cap. 17. nu. 40.*

12 Sic, & etiam quando vaſſallus iniuſtè vexatus reperitur à Baronis officialibus, & in proceſſu non reperitur delinquens, procedet ſuperior ad illius abſolutionem, cum non ſit quid remittatur, *Caravit. rit. 235. num. 10. & Vivius deciſ. 237. num. 1.* ſubdens ſic pluries M. C. V. & Regiam Audientiam Barenſem feciſſe, non aliter Baronibus remittendo, vel ſaltim ſi fuerit locus abſolutioni, concedendo remiſſionem cum clauſula, ut procedat ſuper abſolutione inquiſitorum, qui remittuntur, ut per *Maſtrill. loco cit. nu. 281.*

13 Non enim eſt novum, quem ob gravamina á juriſdictione eximi, cum præter *Divi Pii ad Cælium Martianum reſcriptum in l. 2. §. ſi minor, ff. de bis qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, Adactum in ſervorum levamen Archadius quoq; & Honorius ob incommoda à Vicarianis Apparitoribus data officialibus Cõſularibus, vel expenſi eoſdem à Vicarianis exemit, & Aſiæ Proconſulis poteſtati ſubdidit, ut in *l. officium, C. de officio Comitis ſacri palatii apud Borrellum de præſt. Regis Catholici cap. 62. num. 108. & 109.*

14 In qua *l. officium Io: Faber.* ſpecificè notat poſſe Principem, & debere gravatum eximere à juriſdictione gravantis, ad *l. 1. C. ſi quacumque præditus poteſt, l. ſi poſtulaverit, §. iubet, ff. ad l. Iul. de adulter. d. l. 2. ff. de bis qui ſunt ſui, vel alieni jur. l. fin. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſ. l. ſi lenones, Cod. de Epiſcop. aud. Roman. conſ. 35.* additque *Borrell. num. 111. loco cit.* quod quamvis ipſe ſubditus non conqueratur, Iu-
15 dex tamen debet ex officio providere, ad *l. illicitas, §. 2. verſ. neque innocentibus, ff. de officio Præſid. Speculat. de denunciat. §. 1. verſ. privata*, allegans *Grãmat. in deciſ. 104. Vaſquez controverſ. illuſtr. lib. 1. cap. 8. num. 17. cum pluribus ſequentibus, Boer. deciſ. 275. nu. 3. Curt. jun. d. conſ. 137. nu. 4. Quintilian. Mandoſ. de ingratitud. cap. 62. conſ. 71. Gayl. lib. 1. obſervat. 17. Bartolom. Bertaz. cõſ. crimin. 261. ſub num. 6. in 2.* cum ad Principem ſpectet oppreſſos à gravaminibus relevare, *cap. ad Romanam 2. q. 6.* & habetur in *conſtitut. cum circa iuſtitiæ.*

16 Sic etiam non remittitur, cum conſtat vaſſallum eſſe odioſum Baroni, & iniuſtè vexari, *Carav. d. rit. 235. nu. 10. Capiblanc. ad Prag. 8. quæſt. 2. num. 104*

17 Conſtat enim inimcum à iudicatura repelli, *l. ex Cornelia*, ubi *Bart. ff. de iniuriis* ex præſumptione illa quod irati nocere cupiunt, & læſi ulciſci ſe velint ad *cap. 1, 2. & 7. 3. q. 5. c. ſuper prudentia 14. q. 2. gloſ. in cap. 2.* & ibi *Gemin. de proc. in 6. Bald. in d. l. unica, C. ſi quacumque præd. poteſt. Io: de Anania in cap. cum oporteat de accuſat.* cum aliis apud *Aufren. de recuſat. cauſ. 35. num. 21.*

OBSERVATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus de feudo hæreditario, ſicuti de quavis re ſua in præiudicium ſucceſſoris diſponere poteſt, & hæres factum illius præſtare tenetur.*

2 *Hæres nè ſit melioris conditionis, quàm defũctus ſuſcipiendo hæreditatem, aſtringitur voluntatem, factumque defuncti ſuo conſenſu firmare.*

3 *Legatarius agnoſcens legatum tenetur parere iudicio defuncti.*

4 *Ha-*

4 *Hæres ſactum deſuncti præſtare tenetur, etiam in iis, quæ geſſit in rebus proprus ipſius hæredis, etiam in ſolutione æris alieni.*

5 *Hæres non poteſt eſſe immunis ab eo, cuius præſtationi fuit obnoxius defunctus.*

6 *Fructus feudi hæreditarii ſeparati, ſivè quatenus conſiderãtur, ut ſeparandi non ſunt feudi pars, nec feudi naturã, conditionemque ſequuntur, ſed uti bona allodialia in alium transferri poſſunt.*

7 *Conſumptum dici non poteſt, quod per pretium in corpus eiuſdem patrimonii vertitur.*

1 VAſſallus cum de feudo hæreditario, ſicuti da quavis re ſua hæreditaria ad præiudiciũ ſucceſſoris, quod attinet diſponere poſſit, & hæres factũ illius omninò præſtare ſit divinctus, *Io: Campeg. conſ. 11. inter conſilia Alberti Bruni feud. Paris conſ. 3. num. 18. & conſ. 16. num. 43. in primo, Aym. conſ. 256. n. 3. Hieron. Sorurpius in conſ. feudali 136. Silvan. conſ. 30. num. 33. & 34. Hieron. Grat. contra Decium conſ. 4. num. 58. & conſ. 55. num. 34. in primo, Alciat. conſil. 160. num. 15. & 129. Burſat. conſ. 49. n. 49. Mynſine. obſ. 67. cent. 3. Hartman.*
2 *Piſtor. q. 1. num. 61. & q. 14. feud. 2. p. per totum*; nè ſit melioris conditionis, quam defunctus ad *l. in iis, §. non debet 136. ff. de regul. iur.* ſuſcipiendo namque hæreditatem adſtringitur, ut voluntatem, factumque defuncti ſuo conſenſu firmare teneatur, ad *l. ſi ab eo, C. de liber. cauſ. l. venditrici, C. de rebus alien. non alienand. l. ſeia, ff. de evictíon. l. rem alienam, ff. de pignoratia actione cũ*
3 *concord.* ut quoque agnoſcens legatũ tenetur parere iudicio defuncti, ad *l. ſi te donatam, C. de fideicomiſſ. libert. l. Imperator de leg. 2.*

4 Adeout hæres factum defuncti præſtare teneatur, etiã in iis, quæ geſſit in rebus propriis ipſius hæredis, *l. cum à matre, C. de rei vindicat.* etiam in ſolutione æris alieni, ad quod ſolvendum de ſuis, hæredisque bonis ſe obligaſſe cenſeatur, ad *l. ſi pactum, ff. de probat. l. ex facto, § unde ſcio, ff. de hæred. inſtit. l. 1. §. item ſciendum, l. ſi creditoris, ff. de ſeparat. l. 1. & 2. C. de hæred. action. cum ſimilibus.*

5 Nec enim immunis eſſe poteſt hæres ab eo, cuius præſtationi fuit is obnoxius, cujus hæreditatem ſuſcepit, *l. poſtulante, verſ. cur enim, ff. ad Trebell.* nec minus hæredem in bonis propriis hæredis, quàm hæreditariis defunctus poteſt, ad *l. unum ex familia, §. 1. l. cum filiis, §. Dominus, ff. de legat. 2. DD. in l. aſſiduis, C. qui potiores, Afflict. deciſ. 26. num. 3. & deciſ. 111. num. 15. & 16. gloſ. in §. non ſolum inſtit. de legat. Cravett. conſ. 133. num. 3. Menoch. conſ. 129. n. 29.*
6 *in 2.* maximè in fructibus hæreditariis feudi tùm collectis, ubi ſeparantur, ſivè quatenus conſiderantur, ut ſeparandi non eſſe feudi partem, nec feudi naturam conditionemque ſequi, vel imitari, ſed allodialibus bonis accenſeri, & conſumi pro libito, & in alium transferri poſſe, ut allodialia, *c. 1. de fratr. de novo benef. inveſtit. cap. 1. §. his conſequenter hic finitur lex, cap. an agnatus, Lucas de Penna in l. quicumque, C. de omni agro deſerto. lib. 11. Camerar. in d. cap. Imperialem, fol. 139. verſ. ſi verò cõſiderantur, de Franch. deciſ. 18. num. 10. Scrader. & per eum longa ſerie relati DD. de feud. p. 2. 9. part. princip. ſect. 3. tom. 4.* ut latè per *Andr. Koclel. exercit. legali 1. per tot.*

Quo fit, ut ſi de fructibus in damnum heredis vaſſallus hæreditarii feudi diſponere poſſit, quanto magis diſponere poterit, cum fructus non conſumuntur in damnum hæredis, nec in ſatisfactionem alieni æris per ipſum contracti cedunt, ſed in maius commodum hæredis ſucceſſoris in pretio ex annali præſtatione hac frui cẽſetur, ad *l. quia, ff. de uſufruct. l. non dubium, §. fin. ff. de legatis 3. l. ab eo. ff. de verbor. & rerum*
7 *ſignific.* porrò non poteſt dici cõſumptum, quod per pretium in corpus patrimonii eiuſdem vertitur, *d. l. Imperator, §. fin. cum duabus ſequent. ff. de legatis 2.*

Eo magis quo per hanc præſtationẽ annuam, nullum jus reale in feudo, nec cau-

cauſatiuum ipſorum fructuũ fuit conſtitutum, ut Dominus ad *l.Titia, ff. de ſolut.* nec uſusfructus, nec jus aliquod firmatum reale cauſans perceptionem prædictam, ſiuè venditionis annuorum introituum.

OBSERVATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Venditio feudi facta cum pacto de retrovendendo, an corruat ex defectu aſſenſus, in quo non fuit facta mentio pacti de retrovendendo.*

2 *Deciſio S.R.C. pro validitate pacti de retrovendendo per aſſenſum expeditũ in venditione adducitur.*

1 VEnditio feudi facta cum pacto de retrovendendo, an corruat ex defectu aſſenſus, in quo non fuit facta mentio pacti de retrovendendo? Reſpondetur, quod præter adducta per *Dom.Marin.Frecc.in tract. de ſubfeud.*
2 *lib.2.q.16.nu.6.cumſeq.* in cauſa Aſcanii Colonna Ducis Tagliacozzi,& Paliani, cũ Troiano Carrafa, fuit deciſũ
Dec. per S.R.C. valere pactum de retroven-
S.R.C. dendo per aſſenſum expeditum in venditione, & fuit condemnatus dictus Troianus ad relaxandum Terram Manupelli. Actorum Magiſter Tramontanus.

OBSERVATIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Venditor ſi in una re decipitur per ignorantiã,& in alia decipit ſit invicem compenſatio, ſi vẽditor fuit ignorans, ſecus ſi ſciens, & tunc non compenſatur lucrum cum damno.*

1 VEnditor ſi in una re decipitur per ignorantiam,& in alia decipit,debet horum invicem fieri compenſatio quod intelligi debet ſi venditor fuit ignorans, ſecus ſi ſciens, & ſic in dolo; tunc enim non compenſatur lucrum cum damno,ut *l.ſi negotia,ff.de negotiis geſt.ad l. ſi duorum, ff. de action.empti*, ubi apoſtilla dicit,quod iſte *text.* eſt ſingularis ſecundum *Bald. in l.ſicut, Cod. eodem tit.* & profectò eſt *text. aureus*, & in hac materia videndi ſunt *Arrius Pinell in l.2.C.de reſc.vendit.p.3.num.2.cum ſeq. Card. Tuſc. in verb.venditio concluſ.48.& 49.*

OBSERVATIO LXXXV.

SVMMARIVM

1 *Venditio an, & quando cenſeatur facta ad corpus, & quando ad menſuram?*

2 *Venditio ſi fuerit facta ante menſurã nihil intereſt an pretium ſimul dictum ſit, & ſeparatum in ſingulo iugere.*

3 *Venditor pretii creditor ſi confiteatur minorem ſummã recepiſſe, quam quod ſibi debetur, poteſt petere illud plus, quod ſibi debetur, niſi dictionem taxativam apponat.*

4 *Venditio facta ad menſuram abſque præfixione temporis infra quod tempus res menſuranda ſit?*

5 *Infra Tẽpus dierũ ſexaginta,vel unius anni à die celebrati contractus menſuraratio peti poteſt, & non ultra, ceſſante ſcientia, & mala fide adverſarii.*

6 *Tempus de jure canonico (quod ſolum in hoc eſt ſervandum,& non ius civile) ratione periculi animæ, & peccati non præſcribitur.*

7 *Menſuratio, etiam poſt triginta annos poteſt peti ab eo,qui ex hoc læderetur.*

8 *Menſura ſi fuerit reperta defectuoſa, quid faciendum ſit.*

9 *Verbum: Vel Circa quomodo ſit interpretandum?*

1 VEnditio an,& quando cenſeatur facta ad corpus,& quando ad menſuram? planè per *Covarr.pract.qq.c.3. Natta conſ.569.num.7.& 8.Oldrad.cõſ. 197. Abb. Ancharan. & alii in cap. per tuas de donat. Caſtrenſ.in l.ſi ſeruum, §. 1.ff.de action.empti, Alex.conſ.127.lib.2 Soccin.in l.demonſtratio falſa in princip. ff.de cõdit.& demõſtrat. & conſ.52. lib.*

4 Et

2 4.& cum venditio facta fuerit antè mẽ-
ſuram nihil intereſt, an pretium ſimul
dictum ſit, an ſepatatim in ſingula ju-
gera, *tex.* formalis eſt in *l. quod ſepe*, *§.
in his.§.ſed, & ſi ex doleario, ff. de con-
trahenda emptione, Spec. in tit. de empt. et
vendit. circa finem*, & tunc augetur, &
minuitur pretium, prout augentur ju-
3 gera; quod ſi venditor pretii creditor
confiteatur minorem ſummam recepiſ-
ſe, quam quod ſibi verè debeatur, non
ſibi præiudicat quin petere poſſit illud
plus, quod ſibi debetur, niſi apponat
dictionem taxativam, *l. rationes cum
gl. ſ. in verbo quantitatem* ubi *Azo* ſub-
iungit, etiam ſi dixit tantum quia er-
rore id videtur dixiſſe cum per hære-
dem aliter eſſe probetur, niſi iuraſſet
per iura ibidem allegata, *C. de probat.
Bart. Bald. Fulgoſ. Caſtrenſ. & Salycet. in
l. ſi cum dos, ff. de actione rerum amota-
rum. Alexand. in l. rogaſti, §. ſi tibi 2. not.
ff. ſi certum petatur*, quia veritati non
præiudicatur, *l. Lutio Titio 28. ff. de act.
& obligat.*
4 Sed intra quod tempus res menſu-
randa, ſi dictum, quod menſuretur ab-
ſque præfixione temporis? *Abb. & Imol.
in cap. per tuas de donat.* intra quatuor
caſus poſitos dicunt, quod elapſis ſexa-
ginta diebus á die conventionis, alte-
rius menſuratio peti non poſſit per di-
ctam *l. quod ſi nolit, §. ſi quis ità, ff. de
adilitio edicto*, idem *Soccin. conſ. ultim.
in fine in 3.* Subdens etiam non plus pe-
ti poſſit infra annum à die celebratio-
nis contractus, *arg. l. qui gravatus, Cod.
de cenſibus, & cenſitor. lib. 11.* & ità
Bald. conſuluiſſe Soccin. refert; cæterum
limitatur dicta opinio *DD.* quando is,
contra quem poſt lapſum dicti tempo-
ris non longioris permittitur menſura-
tionem fieri, ſciant, vel ſcire debent
menſurationem eſſe faciendam, nàm
tunc per ſcientiam, & malam fidem
adverſarii, ſemper agi poterit, itá *Ho-
ſtienſ. in d. cap. per tuas*, quem ibi com-
muniter ſequuntur *Io: Andr. Butr. Abb.
Imola, & cæteri.*
6 At de jure Canonico, quod ſolùm
in hoc ſervandum eſt, & non ius civile,
ex quo agitur de lucrando cum aliena
jactura, & ſic de periculo animæ, &
peccato, nulla præſcriptio cum ſcien-
tia, & mala fide procedere poſſit., ad
*cap. fin. de præſcript. cap. poſſeſſor de re-
gulis iuris in 6.* & crebrior opinio Ca-
noniſtarum ibi in *d. cap. fin. & legiſtarũ
in l. ſequitur, §. ſi viam*, ubi *Caſtr. Ro-
man. & alii, ff. de uſucap.* imò *Auguſt. Bo-
7 rov. in q. 5.* videndus poſt *num. 2.* ſub-
iungit, etiam poſt triginta annos, non
obſtante dicta præſcriptione ſemper
menſuratio peti poteſt ab eo, qui ex
hoc læderetur ex mente *DD.* per *d. cap.
per tuas*, ut tanto magis ad impedien-
dam præſcriptionem ſexaginta dierum,
vel anni, quæ merè in favorem præſcri-
bentis eſt inducta extraordinaria, &
originaria ex contractu, imò ex natura
redhibitionis ipſius actionis regulatur, ut
in dicta *l. quod ſi nolit, §. ſi quid ità*, ut
Felin. declarat in *rubr. de præſcript. col.
7. in 5. limit.* & quia difficilius tollitur
præſcriptio hæc triginta annorum fa-
vore publico introducta, *Felin. ibidem
in 5. collat. in 3. limit. in l. nemo poteſt, ff.
de legatis primo*, ſequitur *Theſaur. in
deciſ. 185. num. 2.* tenens opinionem di-
cti *Beroi* eius magiſtri veriorem.
8 Quid verò faciendum reperta defe-
ctuoſa menſura, *Benin. tercæder. dec. Bo-
nonien. 30.* quod ſi modius minor inve-
nitur, quod fuerit enunciatus, obli-
gatus eſt venditor, vel ſupplere, quod
deeſt, vel reſtituere pretium, ſi ultra
habet, *l. ſi ſervum. §. 1. cum gloſ. ff. de
action. empti*, faciunt *l. ſi venditor, & l. ſi
quis conſundum. ff. de action. empti. & l. ſi
fundo vendito, C. eodem*, arguẽdo á qua-
litate ad quãtitatem, per *d. l. ſi ſervum*,
*& l. ſi de qualitate ff. eodem, & Alex.
arguit in conſ. 8. lib. 4. gloſ. in l. 1. C. de
action. empti, & in l. ſi traditio, & l. ſi-
cut, Cod. de act. empti, Natta loco cit.
num. 11.*
9 Verbum (vel circa) interpetrandũ,
ut non lædatur æquitas, & Boni Viri
arbitrium, ex quo ad modicum refer-
tur, *not. in l. nulli, C. de Epiſcop. & Cler.
in l. hæc adiectio, ff. de verborum ſignifi-
cat. in l. ab Hoſtibus, §. ſed quid ſimpli-
citer, ff. ex quibus cauſis maiores in l. cũ
furti, ff. de in litem iurando* per *Alex. in*

l. &

l. et ſi poſt tres 2.col.ff.ſi quis cautiõn. Angel.conſ.129. & modicum dicitur uſque ad ſummam duorum aureorum ad *l. ſi oleum,§.fin.ff.de dolo*, *Mantua conſ.240* & parum, aut nihil æquiparantur, *l.illud*, *§.ſi unius, verſ.minus, ff.de trib.actiõn.l.minus 32. ff. de verborum ſignif. Bald. & DD.in auth. præterea in ultima q.C.undè vir, & uxor, Soccin. conſ.30. col.2.lib.4.Decius conſ.173.col.2.circa finem,Aymon.de antiquitate temporis 4 p.num.33.l.quamvis 32. ff.de condit. & demonſtrat.*

3 ſi res nõ ſit majoris valoris credito anterioris creditoris poſſeſſoris, non eſt res diſtrahenda, ut per *Caſtrenſ. in l. à Divo Pio,§. ſed & illud ſub nu. 3.* & ibi
4 etiam *Iaſ. nu.3. ff. de re iudicata*, ubi allegat *tex.in l. quamvis,ff.de pignor.actione, & l. eos, C. qui potior.in pig. habeantur et l.nulla,C.de ſolut.* quia cum ex venditione nullam conſequi valeat utilitatem ſecundus creditor, non eſt compellendus primus, quod res vendatur, cum nihil ſupereſſe poſſit, ut in *d.l. à Divo Pio,§. quod ſi res,ff.de re Iudicata.*

OBSERVATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi competit creditori poſteriori in venditione rei ſubaſta facta.*

2 *Sententia aſſiſtentiæ non eſt præſtanda cum adjudicatione in damnum creditoris.*

3 *Res diſtrahenda non eſt ſi non eſt maioris valoris credito anterioris creditoris poſſeſſoris.*

4 *Primus creditor non eſt compellendus, quod res vendatur. ſi ex venditione ſecundus creditor utilitatem non conſequitur.*

1 VEndita re ſubhaſta S.R.C. ad inſtãtiam creditorum jus offerẽdi creditori poſteriori agenti hypothecaria competit,ſuper augumento in eo,quod plus valeret res empta à Domino,quãdo eſt facta ſolutio creditoribus anterioribus, verum ex hoc poſſeſſor non debet pati damnum, quando ſuper illo
2 pluri daretur affiſtentia cum adjudicatione, & poſſeſſor cogeretur retinere rem emptam juxta appretium poſtea faciendum, & ſolvere in pecunia illud plus,quod valebat, quod cederet in maximum damnum emptoris, qui alias non emiſſet, ut per *Dom.Præſidentem de Francbis in deciſ.456.* in qua refert ſententiam latam per Sacr. Conſ. facta relatione in Collaterali Conſilio ad finem ſubaſtandi, & ſatisfaciendi creditoribus anterioribus de eorum creditis, eſt tamen advertendum, quod

OBSERVATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vir ſi legaverit uxorem ſuam uſufructuariam, & ſic alimenta,an poſſit petere dotem, & habere etiam alimenta legata.*

2 *Animus compenſandi non præſumitur, niſi teſtator expreſſerit ex neceſſaria obligatione conventionali, non abſoluta legati.*

1 VIr ſi legaverit uxorem ſuam uſufructuariam, & ſic alimenta, an poſſit petere dotem, & habere etiam alimenta legata? Reſpondetur quod utrumque debetur, & alimenta, ſeù uſusfructus (inſtitutis filiis) & dotes cùm ipſarum intereſſe, & per relictum unius, & ſic uſusfructus, non tollitur alterum, nec animus cõpenſandi præſumitur,niſi expreſſerit, *text.eſt in l.1. §.ſciendum,C.de rei uxor.action.* ex neceſſaria obligatione conventionali,non abſoluta legati ad diſtinctionem *Io: de Imola, & Cardinal.in cap. officii de teſtamentis ad terminos, l.Creditorem, ff. de legatis 2.Benedict. Capra in conſ. 72. à num.18. Afflict.* & addentes in *deciſ. 44.à nu. 9.* & ex aliis adductis per *Capyc. in addit.ad noſtram Conſuetud. hæredesque mei.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vir agens pro dote propter vergentiam ad inopiam non omninò excluditur, nec ultra ejus facultatem ſatisdare cogitur.*

1 Vir agens pro dote non omninò excluditur propter vergẽtiã ad inopiam, nec præciſè cogitur ſatiſdare ultra facultatem propriã, ſed ſub cautione dos ei aſſignatur, quam præſtare poteſt, vel ſaltem deponatur dos apud mercatorem, ut de honeſto lucro dotis maritus onera matrimonii ſubſtinere poſſit, cùm ſic poſſit ei modicum credi dotis, cui creditur corpus uxoris ad *cap. per veſtras de donat. inter virum, & uxorem.*

OBSERVATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vita, & militia debetur filio nato ex ſecundogenito mortuo patre vivente avo.*

2 *Primogenitus tenetur dare filio ſecundogeniti id quod tenebatur eius patri ſecundogenito ſi viveret.*

3 *Vita militia quid ſit?*

1 Vita, & militia debetur filio nato ex ſecundogenito quando patet prius mortuus eſt in vita avi de *Frãchis deciſ.* 542. ubi adducit deciſionem particularem *Andreæ in Conſtit. Regni Comitibus col. pen. verſ. ubi vero quando ſecundogenitus mortuus eſſet vivo patre*, dicit enim ibi *Andr.*, quod
2 primogenitus tenebatur filio ſecundogeniti mortui vivo patre ad id, quod patri ſuo ſecundogenito deberetur ſi viveret *l.1.C.ut actio. ab hæred & cõtra hæred. idem de Franch. deciſ.*20. *& deciſ.*61.
3 Vita, & militia eſt præſtatio, & obligatio realis, & tranſit in emptorem cum onere ſuo, & ſic frater ſecundogenitus poterit agere contra poſſidentem bona feudalia, ex quibus vita militia debetur, *de Franch. deciſ.*714. *alleg. Capitulum Regni alienationis actus.*

Vita, & militia an in linea tranſverſali debeatur *Minad. conſ.*1. *num.* 31. quomodo liquidetur *Capyc. deciſ. ultima*, quod debeatur primogenito Clerico, *de Franch. dec.*20. quod attendatur in ejus liquidatione tempus mortis patris, *de Franch. deciſ.*61. *de Ponte cõſ.* 79. quod debeatur etiam non perceptis fructibus aliquibus annis, *de Frãch. in deciſ.*121. *num.* 12. quod debeatur actione reali, vel hypothecaria, *Frãch. d. dec.*714. quod debeatur vendito feudo, etiã cũ aſcendẽte *Fab. de Anna plene conſ.* 4. quod non multiplicetur per mortem fratris ſuccedẽtẽ nepote, idem *Anna conſ.*6. & ibidem quod debeatur, etiam in feudo ex pacto, & providentia, & taxatur ſecundum legitimam, quod non poſſit compromitti an debeatur, *Minad. dec.*2. licet poſſit compromitti quantum debeatur, *Afflict. deciſ.* 43. *&* 138. quod idem de patagio *Fab. de Anna conſ.* 76. compenſatur cum legato idem plenè *cõſ.*120. 2. *vol.* in cauſa Cardinalis Aſcanii Columnæ, *Minad. deciſ.*10.

OBSERVATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ propter moram non ſolutæ pecuniæ in termino peti poſſunt tamquam intereſſe, & damna.*

2 *Vſura non venit, ubi mora cum interpellatione ceſſat.*

3 *Intereſſe ratione moræ venit in mutuo.*

1 Vſuræ propter moram non ſolutæ pecuniæ in termino poſſunt peti tamquam intereſſe, & damna, probatur in *cap. dilecti filii de foro compet. in l. mora, §. bonæ fidei, ff. de uſuris*, per dicta, & alia jura conſuluit, ſic *Hennius Goden. de præſcript. pignor. num.* 50. 51.
2 *&* 52. ſed ubi mora cum interpellatione ceſſat, ibi non venit pœna intereſſe, neque uſura, *Decian. conſ.*60. *vol.*2. *nu.* 43.

3 43. & quod in mutuo veniat intereſſe ratione moræ notatur per *Alex. de Imol.in cōſ.27.col.3.vol.4. per l.vinum, ff.ſi certum pet.per not.in l.nummis, ff.de in litem jurande.*

OBSERVATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Venditor rei, qui credidit ſtatim habere pretium, & non habuit non trāſfert dominium.*

2 *Venditor habens fidem de credito non impedit tranſlationem dominii, ſecus ſi non fuit habita fides de pretio, & emptor promiſiſſet ſtatim ſe pecuniam ſoluturum.*

3 *Venditor ſi fuerit actum, quod emptor in continenti ſolverit nō cenſetur habuiſſe fidem de pretio.*

4 *Merces vēdita repertæ in apoteca mercatoris ſi venditor habuit fidem de pretio, debent diſtribui inter omnes creditores.*

5 *Venditor ſi non habuit fidem de pretio, non tranſtulit dominium, & præfertur in vindicando res ſuas.*

6 *Venditio ſimpliciter facta habita fide de pretio, res vendita non remanet venditori obligata pro pretii ſolutione, niſi id ſpecialiter cautum ſit.*

7 *Creditores ſequuta decoctione debitoris, factaque per eos ceſſione, non poſſunt authoritate propria illorum bona inter eos dividere, ſed debent Iudicis authoritate exponi venalia.*

8 *Cives Veneti, & Bergomenſes habent privilegium ab Imperatore Carolo V. & à Rege Philippo II. quod non obſtante, quod vendant merces in Regno à quolibet poſſeſſore vendicare poſſunt.*

1 VEnditot rei qui credidit ſtatim habere pretium, & non habuit non ſoluto pretio, non tranſtulit dominium per *l.ſi quaſi, ff. de pignor.act.* ſed ſi tradidit habita fide de pretio, illiuc ad decem dies, non erit locus vendicationi, ut ait *Accurſ.in l.incivile, Cod.de rei vendicat.& in l. quod vendidi, ff. de contrahend. empt. Faber.in* §. *vendita*
2 *inſtit.de rerum diviſ* ait, quod ſi eſt habita fides de pretio (ut moris eſt emere ad terminum, dolus non dedit cauſam contractui, ſi emptor ſolebat habere creditum antea, & dato quod dediſſet, & non impediſſet translationem dominii, ut notatur in *l.elegāter in principio, ff. de dolo.* Secus ſi promiſiſſet ſe ſtatim ſoluturum pecuniam, & ſic non eſſet habita fides de pretio, & ità loquitur *text.in d.l.ſi quaſi, & l.ſi quid, ff. de pignor.actione*, & conſequēter tenet,
3 quod ubi eſt actum, quod in continenti ſolveret, non cenſetur habita fides de pretio, ſecus ubi eſt actum, quod ſolveret interiecto tempore, & terminum, ut ipſe dicit, cum qua opinione concurrit *Fulgoſ.in d.l.ſi quaſi n. 3.*

4 Et *Paul.de Caſtro in l.procuratoris*, §. *ſi plures num.3.ff.de trib.act. dicit*: quod ſi reperiantur in aliqua apotheca mercatoris merces venditæ per aliquem, non tamen fuerit ſibi ſolurum pretium, quod ſiquidem habuerat fidem de pretio, quia tranſtulit dominium, dicitur in creditum fuiſſe, & ideò tunc ille non præfertur in illis rebus, ſed debent diſtribui inter omnes, ſi verò non ha-
5 buit fidem de pretio, tunc non tranſtulit dominium, & ideò ipſe præferatur in vendicando res ſuas per *text. in l.ſi filius, ff.ſi certum pet.l.cum fundus*, §.*ſervum tuum*, & in dubio inquit, quod cenſetur habita fides de pretio, ut notabiliter dicit, ubi *gloſ.* ſi aliud non apparet. Et ſi quis vendidit rem ſimpliciter habita fide de pretio, quod tunc res vendita non remanet venditori obligata pro pretii ſolutione, niſi ſpecialiter id cautum ſit, & ità procedit opinio *Covarr.* de qua teſtatur *Iaſ.in l.creditor la prima num.5.ff.ſi certum pet.* ut declarat *Covarr.lib.1. var. reſol. cap.7. n.3.circa medium, verſ.cui*, ubi ait: *cui illud accedit, quod res vendita habita fide pretii, niſi aliud actum ſit, non eſt venditori pro pretii ſolutione obligata, text. in l.quidam fundum, ff. de in rem verſo, Bart.* & alii communiter in *l. ſi cum dotem*, §.*ultimo, ff.ſolut.matrimonio* ubi *Alex.col.3.* ſcribit hanc opinionem

Digitized by Google

communem eſſe, idem fatentur, *Iaſ.in l.creditor, Ripa in l.ventri,§.in bonis,ff. de privil.cred.col.2.*eandem ſententiam ſequitur idem *Ripa in d.l.privilegia*, *Zaſius in dicta l. quod quis*, *Anton. à Fano de pign.4.p.num.35.& 36. Caſſan. conſid.99.col.6.* qui in hoc loco,etiam ſcribit eam eſſe communem. Videndus eſt *D.Gayt.in tract.de cred.cap.4. q. 11.num.121. Lucas de Pẽna in l.3.præſumpt.112.C.de apocis publ. Menoch.lib. 1.præſumpt.79.Cevallos commun.contra comm.q.744. num.3.* & creditores caveant ſibi cum reſervatione dominii il-
7 larumque obligationis. Et ſequuta decoctione debitoris, factaque per eũ ceſſione, creditores non poſſunt propria authoritate illorum bona propria occupare, nec inter eos dividere, & ſibi appropriare *Brun.de ceſſ. bon. q. 18. num.1.* ſed debent Iudicis authoritate exponi venalia, *Cravett.conſ.213. nu. 1.Peguer.deciſ.99. num. 33. Barboſa in l.ſi cum dotem,§.fin.num.32.ff.ſol.matr. ait*: venditorem ſuper mercibus venditis, & extantibus non præferendum, ſed ſimul cum aliis ſimiliter perſonale
8 habentibus concurrere, & *Franciſcus Carrabba* refert in *ſingul. 116.* Cives Venetos,& Bergomenſes habere privilegium ab Invictiſſimo Carolo Quinto, & à Rege Philippo Secundo immortalis memoriæ, quod non obſtante, quod vendant merces in Regno, poſſunt vẽdicare à quolibet poſſeſſore,ut notavit *Didacus de Mari in addit. deciſ. 59. Conſ.Gizzarelli in fine.*

OBSERVATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius omnium bonorum an teneatur ad onera?*
2 *Donatarius omnium bonorum an teneatur ad onera?*
3 *Hæres particularis an teneatur ad onera?*
4 *Quod ſi unus ſit hæres purus alter conditionalis, quis ad debita teneatur?*
5 *Et quid in legatario?*
6 *Fructus pendentes tempore mortis teſtatoris, ſpectant ad proprietarium, non autem ad uſumfructuarium.*
7 *Debitum ſolvendum de ſubſtantia teſtatoris poteſt ſolvi de fructibus pendentibus maturis.*

1 VSusfructuarius omnium bonorum, an teneatur ad onera? reſpondetur quod ſic, ſecus ſi certarum rerum uſusfructus legatus erit per *text.in l.final.ff.de uſufruct.legat.Guid.Pap.deciſ. 541.* & quid in donatario omnium bonorum,vide *Aufred. q.386.* ubi *Cappella Toloſana Boer.deciſ.204. num.42.* & de uſufructuario,vide de *Franch. deciſ. 483.* & ad materiam, & intelligentiam dicti *text.l.fin.* vide *Covarr. var.reſolution.lib.2.cap.2.num.6.Bart.in l. licet,C. de pactis,Natta conſ.7.* ubi diſtinguit, an poſſit agi contrà tertiũ poſſeſſorem
2 omnium bonorum, & quando donatarius omnium bonorum teneatur ad onera,vide latiſſimè *Picum in repet. l.Titia,§.Titia num.167. ff.de legatis 2.* & an hæres particularis teneatur ad one-
3 ra, vide *Bart.hic,& in l.ſi quis ſervum, §. fin. ff.de legatis 2.* & quid ſi unus eſt hæres purus, alter conditionalis, quis teneatur ad debita, *Alex. in l. ſi pluribus 33.§.ſi coniũctim,ff.de legatis primo Decius conſ.387.num.5.* quid in legatario omnium bonorum, latè *Guglielm.de Benedictis in cap.Raynutius ſuper verbo cætera bona num.48.fol.234.ater.p.1,de teſtamentis Matthesilanus ſingul. 4. Grat.conſ.187.*& limita *d. l. niſi emiſſet ſingulariter bona omnia, Bart. in l.ſi peculium,ff.de pecunia legata.*

Vſusfructuarius nõ poteſt habere fructus pendentes tempore mortis teſtatoris, nàm ſpectant ad proprietarium, ut declarat *Paul.de Caſtro in l. Iulianus §.ſi fructibus,ff.de action. empti DD. in l.cum filio familias de legatis primo*, & quod dicebat *Angel.in l.fructus, ff.de rei vendicatione*, quod ſi alicui eſt ſolvendum aliquid ex ſubſtantia teſtatoris, poteſt ſolvi de fructibus pendentibus maturis, etiã quod cenſeatur ſubſtantia cum ipſa re *Didacus Spina de teſtam.gloſ.13.num.29. cum ſeq.*

OB-

OBSERVATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Vſura promiſſa ſub titulo donationis non valet, quia eſt color quæſitus, vel in fraudem canonum.*
2 *Remiſſio uſurarum facta fœneratori ex cauſa donationis præſumitur colorata.*

1 VSuta promiſſa ſub titulo donationis non valet, quia eſt color quæſitus, vel in fraudem canonum, & ubi color quæſitus, ibi eſt fraus ſecundum *Cynum in Auth.ad hac de uſuris, Baldus in cap.Clerici num.* 15. *de vita, & honeſtate Clericorum*, pro quo facit idem quod *Bald. notat in l. ab Anaſtaſio in*
2 *ultima col.C.mandati*, ubi ex illo textu colligit argumentum, quod remiſſio uſurarum facta fœneratori ex cauſa donationis præſumitur colorata, & quod fuerit facta, ut remittens habeat graviorem extorſionem, & non mero animo liberali, ut expreſsè voluit *Paul. de Caſtro in l.rogaſti,§.ſi tibi in fine,ff.ſi certũ petatur,et in l.penult.in fine,ff.de cõd. ob turpem cauſ.* idem tenet *Alex. in cõſ.* 80.*num.*13.*vol.*3. *Pegnera in deciſ.* 33. *num.*7.

OBSERVATIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas, & poteſtas in omnibus humanis actibus concurrere debent.*
2 *Voluntas præſupponit notitiam, intelligentiã & ſcientiam.*

1 VOlũtas, & poteſtas in omnibus humanis actibus debet concurrere, *cap.cum ſuper*, ubi *Abb.Felin. & alii de offic.delegati, Vaſq.de ſucceſſ. creat. lib.* 1.§.10.*in repet.l.quoniam in prior. C.de inoffic.teſtam.* §. *in nobis in Clem. quia contingit*,§.1. *de religioſ. Domib.* Addatur quoque ſcientia,ut velint,poſſint,&
2 ſciant, voluntas tamen præſupponit notitiam, intelligentiam, & ſcientiam, *l.mater*, ibi: *cum ii, qui neſciunt.ff.de inoffic.teſtam.l.eum qui,* §.1. *l. nihil,* §. *pen.ff.eodem,l.de ætate,§.ex cauſa,ff. de interrogatoriis act. l.ſi cũ te.ff.de pactis, l.in repudianda,l.Claudius, ff.de acquir. hæred.l.fin.§.ante penult. C. de furtis, l. habebat in fine.ff.de inſtit.actione,& alii apud Vaſq. lib.*3. *de ſucceſſ. creat.*§.24. *limit.*39.*num.*45.

OBSERVATIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Vſus vaſallorum in demanio Baronum non impeditur, dummodo non capiãt ad ſoccidam, vel immittant animalia exterorum.*
2 *Baro, quando paſcuis pro eius animalibus uti debeat.*
3 *Quantitas paſcui competens Baroni quanta ſit? adducitur deciſio* S. C.

1 VSus Vaſſallorum in demanio Baronum non prohibetur, dummodò quod non capiant ad ſoccidam, vel immittant animalia exterorum, quia tũc cum uſum traherent ad compendium, tenerentur ad fidam, & diffidam, prout etiam, ſi non venderent eorum animalia convaſſallis, & Baro quando pa-
2 ſcuis uti debeat pro eius animalibus per *text. in l. plenum, ff. de uſu, & habitatione*, videndus eſt *Freccia in tract.de ſubfeudis lib.*2.*auth.*46.*num.*4.
3 *&* 5. & in cauſa Annibalis Capuani cũ D.Conſalvo de Sangro Actuario Capua per Sacrum Conſilium fuit liquidata quantitas animalium competens Baroni, ut primo Civi. *Dec. S.C.*

OBSERVATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Verba conditionalia non inducunt confeſſionem.*
2 *Reus reſpondendo accuſationi ſi dicat negare contenta in ea, & poſtea dixeris, & quatenus, vel ſi & in quantum, vel dato, & non conceſſo nullum fundamentum fieri poteſt pro accuſatore ex illis verbis conditionalibus.*

Ver-

1 Verba conditionalia non inducunt confeſſionem, ut notatur in *l. ſi quidem, C. de exception. & not. gloſ. in l. non utique, ff. de except.* & in terminis *Alex. conſ. 159. in cauſa accuſationum in princ. in 6. vol.* ubi quod ſi reus reſpon-
2 dendo accuſationi dicat negare contenta in ea, & poſtea diceret. Et quatenus vel ſi, & in quantum, vel dato, & non conceſſo; quod vera eſſent, obſtat ei talis exceptio, quod ex illis verbis conditionalibus nullum poteſt fieri fundamentum pro accuſatore, *Decian. conſ. 93. num. 130. in 2. vol.*

OBSERVATIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Vniverſitatis, vel Caſtri, qua requiſita expoſcat?*

1 Vniverſitas Civitatis, vel Caſtri in rerum alienatione debet adhibere quatuor requiſita. Primò quod ſint in alienatione præſentes omnes, ſivè pro majori parte Curiales, & honeſtæ perſonæ, ac poſſeſſores immobilium, ut dicit *text. in l. fin. C. de vendend. rebus Civit. lib. 11.* ſecundo, quod dictæ perſonæ jurent alienationē ipſam fore utilē Civitati, ut in dicta *l.* Tertiò, quod interponatur decretum in d. venditione, ut ibidem. Quartò quod præcedant ſubhaſtationes per *textum in l. loca, C. de locat. prædiorū civilium lib. 11. Capyc. deciſ. 93. num. 1. cum ſeq.* ubi Vniverſitas alienans non poteſt renunciare ſolemnitati dictorum quatuor requiſitorum.

OBSERVATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Verbum (liberat) quid importat?*

2 *Verbum (libere) excludit aliorum requiſitionem.*

3 *Et ubi capi poteſt in genere, & in ſpecie ſemper accipiendum eſt in ſpecie, & non in genere.*

4 *Verbum (licentia) denotat dominium ſuperioritatem, & poteſtatem.*

5 *Verba recipiunt interpetrationē à jure Cōmni, & ſecundum jus comune operari debent.*

6 *Gerundium reſpicit verbum præſens, ideoque denotat effectum, & non actum.*

7 *Verba per ablativum abſolutum conditionem imponant.*

8 *Verbum, ſeù dictio nullatenus important nullitatem ipſo jure.*

9 *Verba (eo ipſo) important idem, quod ipſo jure.*

10 *Verba generalia intelligi debent ſecundum naturam rei in contractu deducta.*

11 *Tempus obligationis praciſè eſt adimplendum.*

12 *Favore pia cauſa tempus inceptum habetur pro completo.*

1 Verbum (liberat) in edictionem indicat abſolutionem, *Rebuff. in l. liberationis verbum. ff. de verbor. ſignific.* cuius materia cum ſit favorabilis, latè eſt interpetranda *Giurba conſ. 22. num. 2. Decius conſ. 178. Ceſal. conſ. 39.*
2 *Alciat. reg. 3. præſumpt.* verbum enim liberè excludit aliorum requiſitionem *Io: Andr. in cap. licet Epiſcopus de prob.*
3 *in 6. Cravett. conſ. 122. num. 5.* Verbum ubi capi poteſt in genere, & in ſpecie accipiendum eſt ſemper in ſpecie, & non in genere, etiam ſi de Principis beneficio agatur, *Curt. iun. in l. Imperium num. 42. ff. de juriſd. omnium Iudicum, Tuſch. lit. B. concluſ. 51. num. 8.*
4 Verbum (licentia) denotat dominium, ſuperioritatem, ac poteſtatem, ad *text. in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bart. in l. alio, ff. de alim. & cibar. leg.* & verba recipiunt interpetrationem á jure communi, & ſecundum jus commune debent operari *Surd. dec. 114. num. 11.*
6 Gerundium reſpicit verbum, ſivè tempus præſens, & ideò denotat effectum, & non actum, *Alber. in ſuo dictionario in verbo Gerundium in dò*; verba per
7 ablatiuum abſolutum important conditionem ad *text. l. ab emptore, ff. de*
8 *pactis, Maſtril. deciſ. 98. nu. 3.* verbum ſivè dictio (nullatenus) importat nul-

li-

litatem ipſo jure, juxtà *Gloſ. ſollemnem in Clem. 1. verbo nullatenus de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

9 Verba (eo ipſo) important idem, quod ipſo jure, *Bal. in cap. 1. §. qui Clericus ſi de feud. defun. contentio ſit inter dominum, & agnatos.*

10 Verba generalia debent intelligi ſecundùm naturam Rei deductæ in contractu, *Bal. in rub. de Contr. Emſit. q. 9.*

11 Tempus obligationis præciſè eſt adimplendum, *l. qui hoc anno, & l. eum qui certarum, ff. de verb. oblig. & §. qui hoc anno, Inſt. de inutil. à l ſtip.* tamen fa-

12 vore piæ cauſæ tempus inceptum habetur pro completo, *tex. notabilis in l. ſi ita fuerit, ff. de manu. teſtam.* latè *Tiraq. de privil. piæ cauſæ* 22. & ibi addentes.

OBSERVATIO IC.

SVMMARIVM.

1 *Valor monetæ creditori ſolvendæ quis ſit attendendus, num ſcilicet tempore contractus, vel ſolutionis.*

1 VAlor pecuniæ ſolvendæ creditori, quo tempore ſit attendendus; an tempore contractus, vel ſolutionis? & videtur dicendum, quod ſi poſt contractum perfectum ante ſolutionem, monetæ valor mutetur, ſolutio erit facienda ſecundùm valorem, qui currebat tẽpore contractus, & non tempore ſolutionis, *Clem. 2.* & ibi *Ioann. de Imola de decimis, Petr. de Ançar. & Imol. in cap. quanto,* & ibidem *Panor. n.* 12. quam opinionem ſequuti ſunt *Myſinger. obſer. 1. n. 3. cent. 4. Covar. in tract. de numiſm. cap. 7. §. unic. Boer. deciſ. 327. Alber. Brun. in tract. de augum. & diminut. monet. partic. 3. n. 1. & 4. Io. Koppen. deciſ. 2. n. 1. cum ſeq.* & *Afflict. deciſ. 90.* ubi *Vrſill. in addit. d. deciſ. n. 2. de Altimari in addit. deciſ. 33. D. Reg. Rov. ſub n. 17.* ponit practicabilem concluſionem monetæ valore immutato attendendum eſſe illum tempore contractus, ſivè accreverit, ſivè decreverit, vndè ſi ego anno præterito tibi promiſi in præſenti die, in qua annus completur ſolvere annuos centum, infra quod tempus aurei valor accrevit, teneor certè ſolvere aureos centum, quos promiſi, deducto tamen illo incremento, quod veteri æſtimationi intra tempus ſolutionis acceſſit, & ſic è contrà, ſi valor decrevit allegãs *Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regalia, ver. monetæ, Guid. Pap. deciſ. 493. Theſaur. deciſ. 174. n. 1.* cum aliis ibidem adductis, & idem *Afflict. in cap. 1. verb. moneta n. 1. quæ ſint regalia*; ideoq; ſi poſt contractum valor ducatorum creverit numero pauciores, ſin verò minuitur plures ſolvendi ſunt *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignor. act. Bart. in l. res in dotem, ff. de jure dotium, Caſtrenſ. in l. cum quid n. 5. ff. ſi certum petatur*; Creditor enim cum meliorem exigere non poſſit, deteriorem recipere non tenetur, *l. pen. ff. de ſolut. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de ſolut. & obligat. §. nunc aliqua incipient*, ſi tamen pro ducatis ſolutionem in moneta minori creditor acceptet, ſolutio fieri debet ſecundùm valorem currentem tempore contractus, *cap. cum Canonicis de Decimis, Albert. Brun. d. tract. de monet. limit. 8. n. 7. l. fundum Cornelianum ff. de novat. l. hominem, ff. mandati, Cravett. conſ. 47. n. 9.* quod etiam procedit quando creditor cum debitore expreſsè convenit, ut monetam eadem æſtimatione reſtituat, nam ex conventione contractus legem accipit, *l. 1. §. ſi conveniat, ff. depoſiti, l. in conventionalibus 52. ff. de verb. obligat. l. quod ſtipulatus 10. in fine, ff. de ſolut. Cravetta d. conſ. 47. n. 3. & 6.* quod ſimiliter procedit etiam ſi ante moram creditoris aliquid interſit, nihilominus ſolutionem ea æſtimatione, quæ fuit tempore contractus ſuſcipere tenetur, *cap. in Civitate, cap. fin. 2. reſp.* ibique *Canon. de uſuris, Cravetta d. conſ. 47. nu. 7. argum. l. de fideicõmmiſſo,* ibi: *non poteſt eo caſu reſcindi tanquam circumventus 515. cum pacto tali conſenſeris, C. de tranſact.*

Æquum eſt enim creditori pecuniã reſtitui, eo valore, quo tempore contractus cõmuniter expendi potuit, prout *Franc. Curt. in tract. de monet. in princ. nu. 13. verſ.*

verſ.indiſtinctè ait: & ideò in omni cõtractu, ſivè locationis, ſivè mutui, ſivè alterius attendimus tempus contractus etiam quantum ad bonitatem extrinſecam, ideò variata æſtimatione, tenebitur debitor ad illam æſtimationem, quę currebat tempore contractus.

Quæ concluſio limitatur Primò non procedere in variatione modici temporis, putà unius, aut plurium dierum tantùm, nam hoc caſu in ſolutione ducatorum, vel alterius monetæ nihil detrahitur, aut ſuppletur, *Bart. in l.Paulus reſpondit 99.ff.de ſolution.*

Limitatur Secundò, ſi creditor expreſsè convenerit, ut monetæ non ſecũdùm valorem ejus temporis reſtituãtur, quo datę ſunt, ſed quo ſolvi debent, quia dicta expreſſa conventio erit attẽdenda, ut ait *Brun.in d.tract. de monetis limit.8. n. 9.*

Et demùm limitatur concluſio prædicta, quando debitor eſt in mora ſolvendi, & moneta poſt hanc moram varietur, nam hoc caſu debitor tenetur ſolvere ſecundùm duriorem æſtimationem, quanti ſcilicet plurimi valuerit pecunia à tempore moræ, prout latè fundat dictus *Albert. Brun. d. tract.de monet.limit.1.n.1.*& ratio quia poſt moram debitoris currit intereſſe creditoris, *Bald.in l.cum allegans n.15.verſ.& tunc aut creditor, ff.de uſuris, & in l. quod te, ff.ſi certum petatur.* Hæc adnotare in præſenti obſervatione volui ob imminentem mutationem monetæ, pro caſibus, qui in praxi facillimè occurrere poſſunt.

OBSERVATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Vendens ſcienter rem cito perituram nõ admonito emptore ad quid tenetur*

2 *Res Eccleſiæ alienari non debet cum diminutione ſextæ partis.*

3 *Offerens juſtum pretium, vel conveniens pro re Eccleſiæ, non debet liberari res plus offerenti ex affectione, vel ex alia cauſa.*

4 *Eccleſia, quæ eſt cultrix juſtitiæ, non debet aliquid pati, nec contra ſe, nec contra alium injuſtè fieri, nàm non debet lucrari cum aliena jactura.*

5 *Doctrina Bartoli quomodo ſit intelligenda.*

1 VEndens ſcienter rem, quæ cito erat peritura, & nõ admonverit emptorem tenetur ad intereſſe, & de dolo, *l.ſi Vina, §.plene, ff.de peric. & commodis rei vendita,* & ibi *gloſ. Bald. Alber. Fulgoſ. Abb.in c.ſuper literis de reſcriptis in primo notab.* & ibi *Salicet. Innoc. in cap.ſicut dignum in fine de homicidio l.quæro, ff.de action. empti, l. Iulianus, verſ.ait enim qui ſecus eſt, §. quid autẽ diximus de action. empti cum aliis latè adductis per Surd. conſ.36.num.10. Afflict.deciſ.369.num.12. Maſtrill.deciſ. 240.num.5.14.& 15.lib.3.*

Et in venditione rei Eccleſiæ, quod concedenda ſit plus offerenti cum uti-
2 litate juxta *Auth.hoc jus, Cod.de Sacroſanct. Eccleſ.*; & dicit *Bart. in auth. qui rem eod. tit.* quod non debet fieri alienatio cum diminutione ſextæ partis, juxta *auth.perpetua eod. tit.* tamen ſi alius offerat juſtum pretiũ, vel cõve-
3 niens non debeat plus offerẽti liberari, Eccleſia enim, quæ eſt cultrix juſtitiæ,
4 non debet pati, nec contra ſe, nec contra alium injuſta fieri *cap.1.de alien. feud.* Vnde quando alius affectione, vel alia cauſa plus offert, non debet excludere eũ, qui juſtum offert, cũ utilitate Eccleſiæ, imò nec recipere injuſtum pretium, ſupra id, quod res valet *gloſ. notabilis in d. §. hoc jus,* cum non debeat lucrari cum aliena jactura, *gloſ.in cap.1.de reſtit.in integr.*& doctrina Bar-
5 toli debet intelligi, dum non offeratur plus juſto.

FINIS CENTVRIÆ QVARTÆ.

OB-

PRACTICARUM
OBSERVATIONUM
RERUM SINGULARIUM
Cum Deciſionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium.

CENTURIA V.
OBSERVATIO I.
SUMMARIUM.

1 *Abolitio quæ ſit, & quotuplex.*
2 *Abolitio eſt à Principe, vel à competenti Iudice concedenda partibus præſentibus cauſa cognita.*
3 *Accuſator pecunia corruptus veniens ad poſtulandam abolitionem, non admittitur, ſed adverſus nocentem reũ proſequitur.*
4 *Abolitio ante ſententiam conceſſa in primam conditionem reſtituit, ſi verò poſt ſententiam pœnæ gratiam facit, infamiam verò ex ſententia illatam non adimit, niſi Princeps in integrum ſe reſtituere dixerit.*
5 *Abolitio criminis læſæ Maieſtatis eſt de reſervatis Principi, ſicut & illius cognitio.*
6 *Abolitio in generali ſermone non extenditur ad ea, quæ ſpecialem mentionẽ requirunt.*
7 *Abolitio parte accuſatoris contradicente fieri non poteſt.*
8 *Abolitio per deceptionem, vel corruptionem obtenta, Iudex (ea non obſtante) ex officio procedere poteſt; nè delicta impunita remaneant.*
9 *Abolitione impetrata is qui deſiſtit amplius accuſare non poteſt, niſi ex indulgentia Principis.*

1 ABolitio eſt, qua reorum numero reus eximitur, & aboletur accuſationis memoria *l. ſi interveniente 12. ff. ad S. C. Turpill.* Dicitur autem abolitio accuſationis inſtitutæ utrique, vel alteri facta remiſſio.

Triplex enim abolitionis ſpecies de jure proponitur, generalis, ſpecialis, privata, vel legalis, *Azo in ſumma, C. de abolit. Specul. in tit. de abolit.* §. 1. generalis eſt, quæ & publica appellatur, *l. 2. C. de gen. abolit. in l. ſi quis repetere in princip. & in l. abolitio, ff. ad Senat Cõſult. Turpill.* eamque indulgentiam nũcupavit *Imper. in l. fin. C. de gen. abolit.* quæ fit ob diem inſignem, vel publicam congratulationem. Privata abolitio, quæ & ſpecialis dicitur eſt, quando accuſator videns accuſationem non poſſe probare, impetrat à Principe abolitionem. Tertia ſpecies abolitionis, quæ appellatur legalis, quæ tunc erit, quando accuſator eſt mortuus, vel alia cauſa impeditus, propter quam non poſſit accuſationem proſequi *l. aut privatim, ff. ad S. C. Turpill. l. in Senatus Cõſultum, §. ſi propter mortem, & l. ex judiciorum, ff. eodem l. ult. ff. ad l. Iul. Specul. l. Manicheos,*

cheos,C.de Hæreticis l.ultim. C.de Apoſtat.& l.ult. ff. de his quibus ut indignis.

2 Concedenda eſt à Principe,vel à cõpetẽti Iudice partibus præſentibus cauſa cognita ,ſivè errore , ſivè temerita-

3 te ad accuſationem proſiluerit, hoc autem accuſator explanans , abolitioni locum facit, ſecus ſi pecuniis à reo corruptus ad poſtulandam abolitionem venit , redemptæ miſerationis vox minimè admittitur, ſed adverſus nocentem reum inquiſitione facta pœna competens ingeritur,non publica abolitio , nec ſpecialis indulgentia talis ſubducit,ut ex *l.falſa,C.de calumn.*

Hi autem qui ſuam , vel ſuorum injurias defendunt , & qui cognatos ad accuſationem deducunt omni modo abolitionem petere non prohibentur.

4 Abolitio conceſſa ante ſententiam in primam conditionem reſtituit, ſi verò poſt ſententiam pœnæ gratiam facit, ſed infamiam ex ſententia irrogatam non adimit , niſi in integrum ſe reſtituere Princeps dixit ; tunc enim ad reſtitutionem tantum indulgentia valet, quantũ ad correctionẽ , ſentẽtia valuit urq; deportationis ipſum per ſe nomen rerũ omniũ ſpoliatio eſt,ità intelligẽtiæ reſtitutio bonorum , ac dignitatis uno nomine amiſſorum eſt recuperatio , ut per *D.Placent.in tract.de accuſat.cap.5, num.5.cum ſeq.inter tract.tom.11.p.1.*

5 Abolitio criminis læſæ Majeſtatis eſt de reſervatis Principi , ſicut , & illius cognitio , & tunc requiritur ſpecifica

9 mentio , nàm in generali ſermone non veniunt ea , quæ requirunt ſpecialem mentionem , *Gigas in tract. de crimine læſa Majeſtatis q.8.num.2.3.& 4.f.86, tom.11.p.1.*

7 Abolitio fieri non poteſt parte accuſatoris contradicente, undè ſi fieret cõpoſitio,parte offenſa non concordata , non impedit offenſum adire ſuperiorẽ, & petere revocari compoſitionem , & delinquentem puniri,*Paris de Puteo de ſyndicat.verſ.compoſitio num.7.fol.260. tom. 7.* nec datur in criminibus violatæ Maieſtatis, patriæ oppugnatæ , peculatus , deſertionis militiæ,& ſimilibus, idem *Placent.loco cit.num.11.*

8 Quod autem abolitione per deceptionem, vel corruptionem deſiſtente , Iudex nihilominus poſſit procedere ex officio dicit *textus in l.2.Cod de abolit.* quia Reipublicæ intereſt , nè delicta remaneant impunita, *l. ità vulneratus , ff.ad l. Aquil.* & boni Principis eſt Provinciam purgare à malis hominibus , *l. Præſes 3. & l.congruit,ff.de officio Præſ.*

9 Impetrata autem abolitione is , qui deſiſtit , amplius accuſare non poteſt , niſi ex indulgentia Principis *l. 1. C.de abolit.*

OBSERVATIO II.

SUMMARIUM.

1 *Accuſator multum differens accuſationem ſuam , facit ſe de calumnia ſuſpectum .*

2 *Accuſator propter caſum fortuitum ſupervenientem excuſatur à mora, ejuſque pœna , ſi non fuit in culpa , vel mora nimis ſe arctando.*

3 *Mora purgatio de rigore juris civilis non admittitur,ubi eſt dies , & pœna: quod non procedit de iure Canonico , etiam ſi juramentum eſſet interpoſitũ num.4.*

1 Accuſator multum differens accuſationem ſuam , quod faciat ſe de calumnia ſuſpectum *not. Hyppol. de Marſil.in ſingul.ſuo 284.incip.Tolle moras* , & ideò attendendum, quod propter periculum moræ ſint multi caſus , qui permittuntur fieri , aliàs autem minimè permitteretur , enumerantur per *Hyppol.de Marſil.in pract.crimin.§. conſtante à num.6.uſque ad nu. 11.* per eundem *Hyppol. in l.qui cædem, ff. ad l. Cornel. de ſicar.& in ſingul. ſuo 258.in-*

2 *cip.plura conceduntur* , ſed propter caſum fortuitum ſupervenientem excuſatur quis à mora, & eius pœna, ſi ipſe non fuit in culpa , vel mora nimis ſe arctando , quia tunc incidit in pœnam, caſu fortuito non obſtante *text. eſt notabilis*,& ibi *DD.in l.2.§.quod diximus, ff. ſi quis caution.* in caſu tamen quando quis nimis ſe arctavit ad pœnam, &

ve-

veuit imponenda, procedit in pœna pecuniaria, non autem in criminali, vel pœna corpori infligenda, *Hyppol. de Marſil. in ſingul. ſuo 263. incip. monitus, & moroſus ad quæ teneatur.*

3 Et ubi eſt dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ de rigore juris civilis, ut habetur in *l. magnam Cod. de contr. & committ. ſtipul.* ſed de æquitate

4 Canonica admittitur, etiam ſi juramētum eſſet interpoſitum, & niſi adverſarius propter moram damnum ſit paſſus *Bald. in l. qui crimen in 2. col. C. qui accuſ. non poſſ. idem Bald. in l. ſi pacto in pen. col. C. de pact. Hyppol. de Marſil. in ſingul. ſuo 463. incip. rigor juris.*

OBSERVATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio cuiuſlibet delicti regulariter durat per viginti annos, modo ſi delictum ſit publicum, ſivè privatū, niſi lege reperiatur contrarium.*

2 *Delictum poſt viginti annos tollitur, & præſcribitur, & eius accuſatio.*

3 *Crimina omnia ſpatio viginti annorum tolluntur, exceptis criminibus ſuppoſiti partûs, parricidii, & concuſſionis, quorū accuſatio aliquo temporis ſpatio non tollitur.*

4 *Crimen ſtupri in maſculum, vel fœminam commiſſum non præſcribitur tēpore, & in perpetuum accuſari poteſt.*

5 *Crimen aſſaſſinatus tamquam atrociſſimum, falſa monetæ, Hæreſis, ſimoniæ, & ſimilia aliquo temporis ſpatio non præſcribitur.*

6 *Accuſatio de adulterio, ſtupro, & lenocinio quinquennio tollitur, niſi inceſtui ſit commixtum, & è contra n. 7.*

8 *Præſcriptio ſi manifeſtè ex actis appareat, etiam parte non opponente inferenda ſententia eſt extendenda.*

1 Accuſatio cuiuſlibet delicti regulariter durat per 20. annos, modò ſit delictum publicum, modò privatum, niſi lege reperiatur contrarium, & poſt viginti annos tollitur, & præſcribitur

2 delictum, & eius accuſatio *text. eſt ſingularis, & unicus in l. quarela, Cod. ad l. Cornel. de falſis.*

Et quamvis verum ſit, quod omnia crimina ſpatio viginti annorum tollantur, ut per *gloſ. & DD. in d. l. quarela, C. ad l. Cornel. de falſis.* Hæc tamen *gloſ.*

3 ultima tria excipit delicta, quæ nō tolluntur aliquo temporis ſpatio. Primū dicit eſt crimen ſuppoſiti partus, de quo in *d. l. querela.* Secundum eſt crimen patricidii, cuius accuſatio non tollitur aliquo temporis ſpatio, ut in *l. fin. ff. ad l. Pompejam de parricid.* Tertium eſt crimen concuſſionis, quod curſu temporis non tollitur, ut in *l. 1. ſecundum unam lecturam, ff. de concuſſ.* ſed

4 ultra dictos tres caſus ponit *gloſ. in l. fin. ff. ad l. Pomp. de parricid.* adhuc unū caſum allegando *l. mariti, §. fin. ff. de adult.* videlicet ſi quis per vim ſtupraverit aliquem maſculum, vel fœminam talis enim poterit de huiuſmodi crimine accuſari in perpetuum, *Hyppol. de Marſil. in l. qui falſum, §. accuſatio, ff. ad*

5 *l. Cornel. de falſis.* Addit crimen aſſaſſinatus tanquam atrociſſimum, & alia enormia, veluti crimen falſæ monetæ, Hæreſis, ſimoniæ, & ſimilia, affirmando, quod in pœnalibus, & odioſis procedatur de ſimilibus ad ſimilia, allegat *text.* ſecundum *Bald. in §. porrò, tit. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.* & quod fiat extenſio ex identitate rationis, notat *Hyppol. de Marſil. in l. qui falſam, §. accuſatio in num. 6. & ſeq. ff. ad l. Corn. de falſ.* Quia hæc tendunt ad favorem Reipublicæ.

6 Verum eſt notandum, quod accuſatio de adulterio, de ſtupro, & lenocinio quinquennio tollitur *d. l. quarela, C. de*

7 *adulter. l. mariti, §. quinquennium, ff. eodem*, niſi inceſtui ſit commixtum, & è contra, quia tunc quinquennio non præſcribitur, *l. vim paſſum, §. præſcriptione, C. eodem tit.* ſic etiā inceſtus per ſe quinquennio non præſcribitur, ſed eſt perpetuum uſque ad annos 20. *Angel. in d. §. præſcriptione;* videndus eſt *Boerius in deciſ. 26. p. 1. Vueſembeo. in*

8 *conſ. 5. p. 1. num. 33.* & ſi præſcriptio manifeſtè ex actis appareat, etiam parte

non opponente inferenda ſententia extendendam eſſe notat *Myſinger. in obſervat.28.cent.3.in fine.*

OBSERVATIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de aliquo crimine ad novos honores promoveri nõ debet ante cauſam finitam.*

2 *Accuſatus de crimine commiſſo extra officium, & adminiſtrationem, tunc retinet interim officium, & adminiſtrationem.*

3 *Accuſatus de crimine commiſſo in officio, tunc lite pendente interdicitur tantum adminiſtratio.*

1 ACcuſatus de aliquo crimine ad novos honores promoveri non poteſt antè cauſam finitam; Cæterum dignitatem priſtinam interim retinet, ad *l.libertus,§.in adoptiva,verſ.in quaſtionibus,ff.ad municip.* ubi *Bart.* dicit,
2 quod ſi quis accuſetur de crimine commiſſo extra officium, & adminiſtrationem, & tunc retinet interim officium,
3 & adminiſtrationem, ſi verò accuſatur de crimine commiſſo in officio, & tunc lite pendente interdicitur tantùm adminiſtratio.

OBSERVATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Duplex monitio, & ſic duplex terminus eſt aſſignandus accuſatori, vel actori ad hoc, ut in criminalibus, vel civilibus poſt lapſum terminum præfixum non audiatur.*

2 *Quando terminus à Iudice aſſignatur ad aliquid implendum, bina requiritur monitio, ut ſibi præiudiciet in jure ſuo.*

1 ACcuſator, vel Actor ad hoc, ut in criminalibus, vel civilibus, poſt lapſum terminum præfixum à Iudice ad accuſandum, vel agendum non audiatur; oportet quod ſit bis monitus, & ſic quod duplex terminus ſit ſibi aſſignatus, & non ſufficit unus; Ità probat *gloſ.reputata ſingularis in auth.de hæredib. & falcid. §.ſi quis autem non implens in verbo admonitus col.* 1. quæ vult quod quando terminus à Iudice aſſignatur ad aliquid implendum quis debet perdere, vel amittere jus ſuum, requiritur bina monitio, & duplex aſſignatio termini, argumento *text. in auth.*[?]*matri, & aviæ, §.ſi quis inſuper col.9.& in authent.de Eccleſiaſt. titul.§.ſi autem qui hoc eoll. 9. & in authent. de Sanct. Epiſcop. §. Præsbiteris autem coll. 9.Anton.Gomez tom.3.titul.de delictis c. 1.num.24.cum ſeq.*

OBSERVATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerati aſſertio dicentis ſe vulneratum fuiſſe, & percuſſum à N. licet ſit hominis bonæ famæ, & cond. non probat contra reum, neque facit indiciũ ad torturam, ſed tantum ad inquirendum.*

1 ASſertio vulnerati dicentis ſe vulneratum fuiſſe, & percuſſum à tali, licet ſit hominis bonæ famæ, & cõditionis, ut eſt *text.in l. quis in gravi, §.ſi quis moriens,ff.ad S.C.Sillanian.* nõ probat cõtra reũ, neq; facit inditium ad torturam, ſed tantum ad inquirendum, *Iul.Clar.in q.21.verſ.aſſertio,*& ad capturam, *Gomez in tit.de delict.c.13.n.16.*

OBSERVATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Adulter poſt quinquennium accuſari nõ poteſt.*

2 *Adultera ſi non accuſatur intra tempus certum poteſt ſe præſcriptione tueri*

1 ADulter poſt quinquennium accuſari non poteſt, ad *l.adulter,C.ad l. Iul. de adulter.* & adultera ſi non ac-
2 cuſatur intra tempus certum, poteſt ſe præſcriptione tueri, *gloſ.in d.l.adulter.* ubi

ubi dicit præſcribi ſpatio ſex menſium utilium à tempore divortii facti, ſed in vidua à die commiſſi criminis per jura ibidem allegata.

OBSERVATIO VIII.

SVMMARIVM

1 *Auxilium præſtans in delicto, qua pœna puniri debet?*

2 *Auxilium ſi fuerit præſtitum accedente conſenſu, vel ſcientia, auxiliator eadem pœna eſt puniendus.*

3 *Auxilium præſtitũ ex propoſito, & præcedente tractatu, auxiliator eſt puniendus eadem pœna, qua ipſe delinquens.*

4 *Auxiliator ſi fuerit unus eadem pœna eſt puniendus, ſecus ſi fuerint multi, quia tali caſu non omnes ſunt eadem pœna puniendi.*

5 *Auxilium præſtans cum armis igneis, et ſequutum eſt homicidium, eadem pœna eſt puniendus.*

6 *Auxilium præſtãs cum armis igneis faciens delinquentem audaciorem (ſequuto homicidio) pœna mortis eſt puniendus, & adducitur deciſio M. C. delegata.*

1 AVxilium præſtans in delicto punitur eadem pœna, qua punitur ipſe delinquens, quæ regula deſumpta eſt, ex *gloſ. in cap. 1. in verbo pari pœna verſ. in 3. caſu de officio Delegati*, quam regulam ſequuti ſunt *Innocentius, Hoſtienſ. Ancar. num. 4. verſ. ſi opem tantũ, & verſ. tertius principalis conſenſus, Anton. Butrig. Io: de Anania, Decius*, & alii allegati per *Felin. in cap. dignum nu. 1.* extra de homicidio, & confirmatur, etiã de jure civili per *l. ſi quis opem, ff. de furtis*, ubi *Bart. Nicaſ. in §. interdum inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur*, dicit quod quandoque præſtans opem tenetur plus quàm principalis, ſi agitur de homicidio, vel ſaltim pœna eſt æqualis, & *Corn. in conſ. 8. vol. 2. in princ. verſ. & ideò ait*, quod dicta regula procedit, etiam de jure Divino, & *Piccardus in d. §. interdum inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur* ex doctrina *Accurſ. in §. jus autem gentiũ, verbo pœna inſtit. de jure natur. gent. & civ.* affirmat obligationes, quæ ex delicto naſcuntur, non ex jure naturali, aut gentium, ſed ex *l. 12. tabularum orriri*; confirmatur etiam regula prædicta per *text. in cap. 1. de homicidio voluntario, vel caſuali*, ibi: ſi quis per induſtriam occidit proximum ſuum, & per inſidias ab altari meo evellas, ut moriatur, & *Clar. in § fin. q. 90. num. 5.* ait, quod præſtans auxilium aſſiſtendo, ut alius delictum facilius committeret, poteſt uti principalis puniri, ut ait *Bart. in l. qui ſervo, §. fin. num. 2. ff. de furtis*; cujus opinio in praxi obſervatur, & re-

2 latis opinionibus hinc indè concludit, quod ſi auxilium fuerit præſtitum accedente conſenſu, vel ſcientia auxiliator eadem pœna eſt puniendus juxtà doctrinam in *d. l. quis opem, ff. de furtis*, & licet aliqui *DD.* voluerint, quod præſtans opem, & auxilium delicto non ſit

3 puniendus eadem pœna, ſed mitiori; Tamen quando ex propoſito, & præcedente tractatu auxilium præſtiterit eadem pœna eſt puniendus juxtà *d. doctrinam Bart. in d. l. qui ſervo la prima, §. ſi duo, ff. de furtis*, ubi ſi quis ſcienter, & doloſè dat auxilium, eadem tenetur pœna prout principalis; cui doctrinæ inhærent, *Natta conſ. 458. nu. 4. & ſeq. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1139. num. 3. Surd. conſ. 40. nu. 44.*

4 Quod maximè procedit, quando aſſiſtens, & auxiliator eſt unus, ſecus ſi eſſent multi, quia tali caſu non omnes eadem pœna puniendi ſunt, prout dixit *Farinac. in tit. de pœnis temper. q. 96. n. 1* & idem *Farin. in q. 131. num. 28. in praxi crimin. ait*, quod regula prædicta procedit in præſtante operã, & auxiliũ in delicto dolo, & ſcienter, quod puniatur eadem pœna, maximè præcedente tractatu, & *D. Campana in reſol. 1. ad intellectum pragm. 1. & 3. de ictu ſcoppicti à num. 11. in 5. concluſ. ait*, quod aut aſſiſtentes arma ignea, ſeù ſclopos geſtabant, aut minimè geſtabant; ſi non geſtabant extra controverſiam eſt, eos nõ teneri, nec pœna *Reg. Pragmat. 1. nec 3.* non

non primæ, quia illa loquitur in perſo-
na, ut ex verbis clarè colligitur, & ſta-
tutum loquens in perſonā, non exten-
ditur ad auxiliatores, vel aſſiſtentes,
prout nec ad mandantes, *Reg. Merlin.
controv.47.tom.1.nu.5.* non tertiæ, quia
cum illa loquatur de committētibus ſi-
milia delicta cum ſclopis, & aſſiſtentia
ſit ſine armis, *Pragmat.verba* non poſ-
ſunt adaptari ad hunc caſum, & conſe-
quenter illum comprehendere nō poſ-
5 ſunt, aut verò aſſiſtentes geſtabant &
ipſi arma ignea, ſeù ſclopos, & tunc aut
homicidium eſt ſequutum, aut non eſt
ſequutum; ſi homicidium non eſt ſe-
quutum, ſed tantū tractatur de punien-
do conatum ad homicidium, tunc aſſi-
ſtentes non poſſunt puniri pœnis prędi-
ctarum pragmaticarum, quæ immisſio-
nem ictuum, & uſum prædictorum ar-
morum requirunt, nàm ad hoc, ut quis
pro auxilio teneatur ad pœnam ordi-
nariam, neceſſaria eſt delicti cōſumatio,
& effectus, *Marſil. in pract. crimin. §.
conſtante num.65.* benè verùm eſt, quod
dari poteſt caſus delicti, tám atrocis
ratione circumſtantiarum, ut etiam
abſque delicti conſumatione eſſent pu-
niendi pœna mortis, tam principalis
delinquens, quàm aſſiſtens; ſemper
enim, quod ex emisſione ictus ſequutū
eſt homicidium appenſatum, nedùm
principalis percuſſor, ſed etiam aſſi-
ſtentes cū archibugiis appenſatè pote-
runt pœna mortis puniri, & etiam for-
iudicari cum abbreviatione dierū quin-
decim, ſervata forma *d.Pragm.3.*

6 De pœna mortis non eſt dubium,
quia aſſiſtentes cum armis appenſatè
delinquenti cauſa faciendi ipſum prin-
cipalē delinquētē animoſiorē ad delin-
quēdū, eadem pœna tenētur, ut princi-
palis percuſſor, etiam ſi nihil aliud ege-
rint, *Theſaur.filius ad deciſ.Theſ.Patris
31.Giurba conſ.4.num.3.* prædictis addi-
tur diſpoſitio *Pragm.5.de ictu ſcopp.* In
qua Pragmatica de delinquentibus cū
ictu ſcoppicti ordinatur extendi etiam
ad auxiliatores, & aſſiſtentes, & tribu-
nalia procedunt, etiam omni appella-
tione remota, & *Reg. Merlin. in d. con-
troverſia 47.num.5.* in fine ait, quod
quamvis regulare ſit in jure nunquam
puniendos eſſe auxiliatores, conſocios,
& participes delicti eadem pœna, qua
punitur principalis delinquens, ut pro-
bat *lex unica, C.de Nili Agerib. non rūp.
& in l.unica, §.pœnas autem, C.de raptu
virg.* ait regulam prædictam habere lo-
cū, niſi tamen cum auxilio cauſam de-
derint delicto, ut advertit *Do. Reg.Ro-
vit.in Pragmat.1.de aſſaſſin.num.27.*

Et itá fuit judicatum per M. C. De-
legatam ſub die 17.Iulii 1674. contra *Dec.*
Franciſcum Ruſſum confeſſum de aſſi- *M.C.*
ſtentia præſtita in homicidio Sabatino *Dele-*
eius ſocio cum armis igneis, & fuit la- *gate.*
queo ſuſpenſus ad relationem Regii
Conſiliarii Caroli Vergara noſtri col-
legæ, dum reſidebat in d. M.C. penes
Scribam Fiſcalem Ioſephum Boſſa in
Banca.

OBSERVATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Blaſfemus tanquam infamis à teſtimo-
nio repellitur.*

2 *Blaſfemus cum ſit per blaſfemiā Deo
infidelis, hominibus fidelis eſſe non
poteſt.*

3 *Excommunicatus cum ſit infamis, etiā
à teſtimonio repellitur.*

4 *Concubinarius, etiam à teſtimonio re-
pellitur.*

1 BLaſfemus repellitur à teſtimonio,
ut infamis *Grammat.deciſ.11.n.6.
verbo imò luſores, & blaſfematores, &
voto 22.à num.4.Roland.conſ.65.n.25.
in 2.Ripa in l.admonendi num. 180. ff.
de iure iurando, Plot.de in litem iur.§.1.
num.14. Corrad. loco citato verb. Blaſ-
femus,* & alii apud *Farin.q.56.artic.12.
num.414.& 415.Boer.deciſ.301. num.
13.novell.reg.216.num.23. Roland.cōſ.
2 94.à num. 34. in 4.* Cum Deo infidelis
per blaſfemiam hominibus fidelis eſſe
non poſſit *Rol.conſ.57. à num. 43. in 4.
Hyppol.Riminald.conſ.183.num.27.in
2.Bertrandus conſ.42.num.1.in 6. Ale-
xand.conſ.152.num.8.verſ. item per te-
ſtes in 5.Cæſar de Graſſis deciſ. Rotæ Ro-
manæ 75.n.8.* Sic

3 Sic etiam excommunicatus cum ſit infamis *cap. illi qui infames 6. q. 1. cap. veniens de teſtibus cap. excommunicamus il primo*, *§. credentes de hæreticis cap. 1. num. 4. q. 1. & cap. p. 4. q. 2. cap. miramur 24. q. 1. l. penult. Cod. de hæreticis cap. decernimus de ſententia excommunicationis in 6.* præſertim non confeſſus, & non communicatus, apprimè in criminalibus ad *Ruin. conſ. 106. nu. 6. in 5. Roland. conſ. 24. nu. 73. in primo Pariſ. conſ. 58. num. 83. in 4. Burſat. conſ. 20 num. 49. in primo*, *Cæſar de Graff. deciſ. 78. à num. 1. Soccin. maior conſ. 31. num. 29. 30. & 31. cum aliis apud Fariu. d. q. 56. art. 7. num 261. & 264.* ſic, & concubinarius ad *Aym. conſ. 229. num. 12. Specul. de teſtibus, §. 1. num. 82. Abb. in cap. teſtimoniū primo notab. de teſtibus*, *Clar. in §. fin. q. 24. cum aliis apud Farin. loco citato à num. 284. ad n. 289.*

OBSERVATIO X.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Regni* ſi eum ſceleratis *in quibus caſibus locum habeat? & quæ requiſita concurrere debent?*

2 *Tortus vigore dicti Capituli ex proceſſu informatiuo, ſi non confiteatur, an ſit liberandus?*

3 *Iudex procedens per præſumptiones, ſi reus non confitetur delictum, ubi venit imponenda pœna mortis debet ſententiam mitigare, & ad mortem non condemnare.*

4 *Princeps eſt conſulendus in caſu prædicto in quam ſententiam inclinet.*

5 *Tortura ex proceſſu informativo per M. C. ex præeminentia dicti Capituli inferri non poteſt, niſi concurrant legitima inditia, ex quibus ſi eſſet legitimatus proceſſus, poſſet inferri tortura.*

6 *Tortura, ut ex dicta præeminentia inferri poſſit requiritur, ut prius conſtet delictum eſſe commiſſum, aliàs ſi de delicto non conſtat non poteſt procedi ad torturam.*

7 *Præeminentia prædicta, ut locum habeat, requiritur, ut proceſſus ſit fabricatus per ipſam* M. *C. V. & non per Iudices inferiores.*

8 *Inditia ad torturam debent eſſe certa, probabilia, veriſimilia, & non levia, nec perfunctoria, ſed luce meridiana clariora.*

9 *Iudex in arbitrariis debet mitigare animum ſuum in mitiorem partem.*

10 *Præeminentia dicta M. C. torquendi habet locum vigore dicti capituli, ſolùm in maleficiis inſignibus, & in latronibus, valdè diffamatis, & in notoriis criminibus, concurrente etiam levitate vitæ, quod torquendus ſit notatus infamia.*

11 *Homicidium probatum per unum teſtē de viſu non reprobatum, nec ſuſpectū videtur ſufficere ad tormenta, etiam ſi levitas vitæ non probatur.*

1 CApitulum Regni *ſi cum ſceleratis* diſponit poſſe M. C. V. contra ſceleratos, & reprobos; quos notabilitet fama gravat, vel crebra commiſſio criminū dat inſignes lattones ad ſciēdum de ipſis criminibus veritatem, eorumque complices, & fautores, eos, prout tibi videbitur ſubicere valeat quæſtioni, ipſoſq; pro exceſſu, & criminum qualitate rigorosè puniri; quod eis cedat ad pœnam, & alii terreantur exemplo, legibus, et conſtitutionibus; ac capitulis quibuſcumque his fortè contrariis non obſtantibus quoquo modo.

Et *Andreas de Iſernia in cap. 2. §. publici latrones de pace tenenda num. 33. ait, quod famoſitas operabitur, ut torqueatur, ff. de quæſtionibus l. de minore, §. ultimo*, & quod non audiatur appellans, *l. conſtitutiones de appell.* imò advertit, quod raro contingit tortū dure non confiteri, ſi pluries, quia poteſt repeti tortura, *l. repeti, ff. de quæſt. & Afflict. in d. §. publici latrones nu. 5. eodem tit. de pace tenenda num. 4. ait*, ex quo probationes in criminibus debent eſſe luce clariores, *l. fin. Cod. de probationib.* propterea, ubi probatur per famam contra dictos publicos latrones, acriter debent torqueri, *d. l. de minore, §. ultimo, ff. de quæſtion. & Bald. in cap. 1. §. iniuria*

iuria,verſ.ſed nunc, quid ex tali confeſſione de pace iuramento firmanda, dicit, quod tâta poteſt eſſe vehemens fama, quod ex ſola fama poteſt torqueri, & contra nimis diffamatos admittuntur etiam teſtes viles, ut dicit *Innocentius in cap.cum I.& A. de regulis iuris*, Regulatitet autem ex fama cum uno teſte quis poteſt torqueri,non autem condẽnari, ut dicit *Bald. in additione Speculatoris in tit. de ſententiis in additione, quæ incipit ſententia condemnatoria*, & ibi dicit de fama.

2 Quid ſi hic tortus nihil confiteatur, an ſit liberandus, & videtur, quod ſic ſecundum *Andream, & Afflict.in d. §. publici latrones;Andr.Iſernia tamẽ eodẽ loco dicit*,quod ſi Iudex habet animũ in formatum, quod ſit malus, non liberet eum, nè deteriora faciat, quam ea de quibus eſt fama, quod fecerit ſic committitur ei quanta fides ſit teſtibus adhibenda, *l.3.§.1.ff.de teſtibus,et Afflict. d.loco dicit*, quod aut plenè conſtat de delicto contra eum, & condemnabitur, aut non plenè, & ſunt indicia, & quæſtionabitur, & ſi non confitetur,

3 mitigabitur ſententia, quia quando Iudex procedit per præſumptiones, & reus non confitetur delictum, ubi venit imponenda pœna mortis, debet sẽtentiam mitigare, & non condemnare ad mortem,ſecundum *Ang.in l.2.ff. de furtis,& Ganninius in tract. de maleficiis ſub rubrica de præſũptionibus, Paul. de Caſtr.in ultimo conſilio 1. p.*

Alii dicunt, quod hoc remittitur arbitrio Iudicis, an ſit liberandus, vel iterum quæſtionibus ſubiciendus, conſideratis indiciis,ſicuti dicitur per *Bar. in l.repeti,§. reus, ff.de quæſtion.* alii dicunt,& benè,quod ſuper hoc erit Prin-

4 ceps conſultandus,in quam ſententiam inclinat *Andreas,& Afflictus in d.§. referentes caſum Caroli Primi*, videlicet, pater, & filius, fuerunt accuſati de homicidio,& probatur,quod unus eorum percuſſerat mortaliter, nec potuit conſtare per tormenta quis percuſſit mortaliter, Rex ipſe finxit mandando ambos ſuſpendi, qui credentes in pede furcarum ſuſpendi, pater dixit amando non eſt remedium, & non poſſumus evadere, melius eſt me mori,quàm me, & filium, propterea confeſſus fuit ſe percuſſiſſe, & interfeciſſe, & ſic ipſe tantum fuit ſuſpenſus, filio liberato á furca.

Et *Io:Andr.de Nigris in d. cap. Regni ſi cum ſceleratis in eius commento n. 9.* advertit, quod licet M.C. habeat dictam præeminentiam, & plenum, & liberum arbitrium in maleficiis, tamèn

5 non poteſt aliquem torquere, niſi in illo proceſſu concurrant legitima inditia, ex quibus ſi eſſet legitimatus proceſſus,poſſet inferri tortura, itá in ſpecie tenet *Gram.in conſ.64.num.2.*& etiã eſt advertendum, quod tortura non poteſt repeti ex proceſſu informativo, vigore dictæ præheminentiæ, idem *Gramm.d.conſ.64. nu. 12. & primo* advertendum eſt,quod ſola M. C. habet talem præeminentiam, ut poſſit torquere ex proceſſu informativo,ut probat *text.in d.c.ibi tu ſolus.*

6 Secundo, ut locum habeat præeminentia, & deveniri poſſit ad torturam requiritur, ut prius conſtet delictum, de quo inquiritur eſſe commiſſum,alias ſi de delicto non conſtat, non poteſt procedi ad torturam per *text. in l.1. §. illud autem ff.ad Sillan.& Bart.in l.fin. ff.de quæſt.* & ſaltem debet conſtare per famam publicam, *Hyppol.in l. 1.ff. de quæſt.*

7 Tertio, ut habeat locum præeminentia requiritur, ut proceſſus ſit fabricatus per ipſam M. C.V. ad hoc, ut Regens, et Iudices M. C. poſſent cognoſcere teſtes quomodo, & qualiter deponant cõtra inquiſitum iuxtà illud: tu magis ſcire potes quanta fides teſtibus ſit adhibenda,*l.3.§.1.ff.de teſtibus*, & non ſufficit,quod informatio eſt capta,& procesſus ſit fabricatus per officiales inferiores,ut tenet *Grammat.voto 3. num. 37. cum ſeq. verſ. item proceſſus.*

Quarto, requiritur, ut habeat locũ præeminentia, quod in proceſſu informativo appareant legitima inditia,quę ſi proceſſus eſſet legitimatus, ſufficerẽt ad torturam per ea quæ dixit *Bald.in cap.*

8 *cap.1.col.1.extra de officio ordin. Gram.*
conſ.64. debent etiam indicia ad tortu-
ram eſſe certa, probabilia, veriſimilia,
& non levia, nec perfunctoria, ſed de-
bent eſſe luce clariora, ut tenet *Cra-*
vetta conſ.99.p.vol.

Et in arbitrariis Iudex debet incli-
nare animum ſuum in mitiorem partem
ſecundum *Bald.in l.quicumque, C. de*
ſerv.fugitiv.Iaſon in §.bonæ fidei, inſtit.
de actionibus.

9 Quinto dicta præeminentia non ha-
bet locum, niſi contra notatos, denun-
ciatos, aut infamatos, qui ſunt diſtu-
batores ſtratarum, aut homicidę, fures,
ſeù latrones inſignes gravibus labefa-
cti infamiis, ut dicitur in *cap.ſi cum*
ſceleratis, & in cap.proviſa 222. num.8.
& Pariſ.in tract ſyndic. in verbo tortu-
ra, §.& an ſi quis col.fin. quod præemi-
nentia ſolum habet locum in maleficiis
inſignibus, & latronibus valdè diffa-
matis, & in notoriis criminibus concur-
rente levitate vitæ torquendi, ut tenet
Afflict.in deciſ. 391. & in conſtit.ſi dã-
na clandeſtina col.13.verſ.adverte num.
31.in fine, & Gramm. conſ. 3.num.24.
& 30.& in conſ.64.

10 Reſpondetur, ut præeminentia lo-
cũ habeat, requiritur, quod reus, de quo
torquendo tractatur ſit notatus infa-
mia, & in *d. cap. proviſa juris ſanctio in*
princ. ibi vulgari quodamodo notoria
populi opinione gravatos, & labefactos
infamia, & ipſorum delictorum craſſan-
tia facit quodammodo manifeſtos, &
Andreas de Iſernia in conſtit. Regni ſi
damna clandeſtina num. 70. ait, ſed ſi
11 per unum teſtem non reprobatum, nec
ſuſpectum probetur, quod Titius occi-
dit, quia vidit; videtur hoc ſufficere
ad tormenta, & ſi non probetur levi-
tas vitæ, *ff.eodem l.maritus*, & probatur
Eſod.12.cap.ubi Mardochæus non vi-
dit, quod erat in animo Eunucorum,
ſed intellexit cogitationes, creditum
eſt ei nuncianti Regi, qui de utroque
habita quæſtione confeſſus morti tra-
didit.

OBSERVATIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Cadaver mortui hominis delinquentis,*
an ſuſpendi poſſit, vel contra ipſum
aliquid fieri?
2 *Iudex cavere debet nè cadaver delin-*
quentis mortui ſuſpendatur, aliás a-
ctione iniuriarum tenetur.
Limitatur aliquando in famoſis malefa-
ctoribus, & crimine læſæ Majeſtatis,
Hæreſis, & repetundarum n.3.
4 *Mortuos punire non eſt licitum, ſed Iu-*
dex conſiderare debet, an crimen ſit a-
trociſſimum, & an delinquens ſit fa-
moſus latro, vel malefactor, ut prop-
ter horrendum crimen poſt mortem
poſſit aliquem punire.
5 *Conſuetudo regionum eſt ſpectanda,*
ubi denegantur ſepultura, ut multis
graſſantibus ſit exemplo.

1 CAdaver mortui hominis delinquẽ-
tis an poſſit ſuſpendi, vel contra
aliquid fieri *Angel.in l.1.ff.de public.Iu-*
dic.& Bald.in l.1.C.nè ex delicto defun-
cti dicit, quod non, allegans *Cyn. in l.2.*
C.qui teſtã.facere poſſ. & ſic dicit *Angel.*
2 Caveat autem Iudex, quando delin-
quens moritur proceſſu pendẽte, quod
eius cadaver non ſuſpendatur, aliás te-
neatur iniuriarũ actione, ut in *l.1.§.quo-*
ties, ff.de iniuriis, dicit tamen ibi *Imola*
quod aliquando contrarium ſervatur
3 in fãmoſis malefactoribus, & hoc in
ordine eorum videtur poſſe tolerari, ut
in *cap.mulier 15. q.1. & in cap. cum ad*
Monaſterium, §.1.de ſtatu Monacorum;
Benè verùm contrà Cadaver hoc per-
mittitur in crimine læſæ Maieſtatis; in
crimine hæreſis, & repetundarum, & in
aliis, quæ enumerantur in *text. & gloſ.*
l. ex judiciorum, ff.de accuſat.& Angel.
4 *de maleficiis in verſ. qui Dominus Iu-*
dex num.48. verſ. item in quantum, &
Iudex debet conſiderare, an crimen ſit
atrociſſimum, & an delinquens ſit fa-
moſus latro, vel malefactor, & quod
poſſit puniri poſt mortem propter hor-
rendum crimen tenuit *Ant.Corſet.in ſin-*

gul. ſuis in verbo pœna 5.

5 Et in hoc conſuetudo Regionum eſt ſpectanda, quia denegantur ſepulturæ, ut multis graſſantibus ſint exemplo.

OBSERVATIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus ad ſuperiorem fugiens non eſt tanquam fugitivus plectendus.*

2 *Arreptio itineris ad ſuperiorem habetur loco recurſus, & appellationis.*

1 CArceratus ad ſuperiorem fugiens, eo quod iniuſtè tractaretur, vel Iudicis ſęvitiam, aut nequitiam timeret, ut non ſit tamquam fugitivus plectendus tractant *Pariſ. de Puteo tract. de ſyndicat. verb. fuga officialis cap. 2. num. 4. Hoſtienſ. in cap. ut debitus extra de appellat. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 820. num. 13. Boſſius de Carcer. fideiuſſ. committ. num. 46. Boer. deciſ. 215. nu. 28.* aliique relati à *Farinacio lib. 1. de carcer. & carcerat. q. 30. num. 171. & de indiciis, & tortura q. 48. num. 57. Giurba conſ. crim 60. num. 4.* & de Monaco fugiente ad ſuperiorē *tradit Anton. Ricciul. tract. de jure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium lib. 8. cap. 2. num. 24.*

2 Arreptio ſi quidem itineris ad ſuperiorem habetur loco recurſus, ſeù appellationis, *l. ſed ſi per Prætorem 26. § fin.* ubi *Bald. ff. ex quibus cauſis maiores, Boer. ubi proximè*

OBSERVATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminalis altero de tribus locis tractatur, ſcilicet ubi crimen eſt commiſſum, vel cauſa eſt incohata, vel ubi deprehenditur reus habere domicilium.*

2 *Vagabundus in alia Provincia degens, capiendus eſt, & ad locum delicti eſt tranſmittendus, ut ibi ſupplicium patiatur.*

1 CAuſa criminalis altero de tribus locis tractatur, ſcilicèt ubi crimē eſt commiſſum, vel cauſa eſt inchoata, vel ubi deprehenditur reus habere domicilium, ad *text. in l. 1. C. ubi de crim. agi oportet.*

2 De vagabundo autem habetur in *Auth. ut nulli iudicum, §. ſi verò quis comprehenſorum*, ubi criminoſus edictis legitimis eſt revocandus, & eo latitante, Iudex legitimè procedere debet, eo verò in alia Provincia degente capiendus eſt, & ad locum delicti tranſmittendus, ut ibi ſupplicium patiatur pœna contrafacientibus imminente.

OBSERVATIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus ſi quis fuerit (non exiſtente delicto) ex officio eſt dimittendus, non remittendus.*

1 CArceratus ſi quis fuerit non exiſtente delicto, ex officio erit dimittendus non remittendus, ad *Bart. in l. ſi quis uxori, § fugitiuum, ff. de furtis in fine, Bald. in l. per diverſas nu. 36. & 37 C. mandati, Foller. in praxi crim. in prohemio num. 59. ad l. 1. § item illud, ff. ad Sillan. Cardin. in Clem. paſtoralis, §. denique, verſ. ultimo de re iudicata, Guid. Papa deciſ. 202. Franc. Marc. deciſ. 400. p. 1. Menoch.* latè *de recup. poſſ. remed. 10. à num. 45. Azavedo ad l. p. tit. 16. lib. 8. novæ recollectionis.*

OBSERVATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Crimen dici non poteſt atrociſſimum, pro quo ſecundum leges non imponitur pœna mortis.*

1 CRimen, pro quo ſecundum leges non imponitur pœna mortis, non poteſt dici atrociſſimum, ad tradita per *Salicet. in l. non ideò minus n. 50. C. de accuſat. Carrer. in praxi in 2. tract. de homicid. aſſaſſinio, §. ſequitur ex quibus cauſis nu. 3.* cum aliis adductis per *Farin. in conſ. 99. num. 51.*

OB-

OBSERVATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in exilium inſtante Fiſco etiam creditoribus contradicentibus mittendus eſt ad exilium.*

2 *Condemnatus ad exilium fiſco non reluctante, ſed carcerato, excarcerari non debet, niſi ſoluto debito creditoribus.*

1 COndemnatus in exilium inſtante fiſco, etiam contradicentibus creditoribus, mittendus eſt ad exilium, Fiſco verò non reluctante, ſed carcerato, non debet excarcerari, niſi ſoluto debito creditoribus, ità *de Franchis* latè in *deciſ. 317.* ubi in fine affert hanc diſtinctionem per doctrinam *Bartoli in propria materia in l.4.§.1.num.4.ff.de cuſtod.& exhib.Reorum.*

OBSERVATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia vaſſalli, non obſtante, Baro remiſſionem petere poteſt.*

1 COntumacia vaſſalli non impedit; quod loco ſui Baro poſſit petere remiſſionem, de quo per *Capyc.deciſ.9. limit.1. de Franch. deciſ.417. Bellug.in Specul. Princip. rubr. 15. ſed quid dices num.6.* cum aliis latè congeſtis per *Fabium de Anna in conſ.107.vol.2. de Pōte de elect Officialium §.1.n.22. in tract. de poteſt.Proreg.*

OBSERVATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſpontanea an operetur diminutionem pœnæ?*

2 *Confeſſus ſpontè ex* Auth.ſed novo iure, C.de pœna Iudicis qui malè jud. *mitius eſt puniendus.*

1 COnfesſio ſpontanea, an operetur diminutionē pœnæ, *Guazzin.in defēſa 32.c.36.* ait quod mitius puniendus ſit reus, *Marian.Soccin.in cap. qualiter, & quando il 2.num.976.extra de accuſat. Foller. in praxi crimin.in verb.& ſi confitebuntur num.82.* ea ratione, quia Fiſcus relevatur ab onere probandi, & ideò debet gravari, ut mitius confitēs puniatur, *Caball. reſolut.crim.caſu 56. num.1.& ſeq.*

Sed *Reg.Sanſelic.in deciſ.234.num.1* allegat *Alber.in l.1.§.quæſtioni num. 3. de quæſtionibus*, qui dixit nunquam vidiſſe ſervari, ut quis propter ſpontaneā confesſionem mitius puniatur, aſſerebatque poſſe ex ſpontanea confesſione condemnari per *l.ad ſententiam, C.de pœnis, DD.in l.2.C.de cuſtod.reorum, Boſſ. in tit.de confeſſ.num.2. Grammat.deciſ. 34. num. 58.* Attamen ex deductis per *Tyraquell.in tract. de pœnis tēper. cauſ. 30.l.1. C.ne tutores, vel Curator. vecti-*
2 *gal.cond. Auth.ſed novo iure, C.de pœna Iud.qui malè jud.* dicebatur ex ſpontanea confesſione mitius puniendum eſſe. prout deciſum refert D. *Reg.Sanſel.in d.deciſ. n.2.*

OBSERVATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio emanata ſine proceſſu præcedente, an afficiat confitentem?*

2 *Confeſſio nuda, abſque aliis indiciis nō ſufficit, ne quidem ad torturam.*

1 COnfesſio emanata ſine aliquo proceſſu præcedēte, an afficiat cōfitētē, *Guazin.d.deſ.32.c.26. il pr.ait,* quod afficit, niſi reus ex abrupto, & ſpontè accedit ad Iudicem, & fateatur delictū, & ſubdit, quod ex præpoſteratione ordinis circa accuſationem, & inquiſitionem non poteſt ſequi pœna ordinaria delicti, quod multò magis erit dicendū ſine aliquo proceſſu præcedente, prout conſiderat *Farin. in praxi crimin.q.81.*
3 *num.75.* imò confesſio nuda, abſque aliis inditiis non ſufficit, ne quidem ad torturam, *Boſſ.in tit. de indit. ad tortu-*

*ram nu.*149.160.*&* 182. *Clar.in* §.*fin.* *q.*21.*Decian.in conſ.* 18. *num.* 64. *Menoch.de arbitrar.caſu* 474. *Carzou. in praxi crim.p.*2.*q.*57.*num.*77.

OBSERVATIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta coram Iudice non ſedente pro Tribunali non probat.*

*Sed an ſit indicium ſufficiens ad torturã, num.*2.

3 *Reus confeſſus in judicio de delicto principaliter, & per ſe, condemnari poteſt eſto, quod proceſſus non ſit validus.*

1 Confeſſio facta coram Iudice non ſedente pro tribunali, non probat, *Boer. deciſ.*90. *num.*8. *Maſul.ad Capyc. ad deciſ.*159. *num.*1. quia tunc non habet vim plenæ probationis, ſed indicii
2 ad torturam ſufficientis, *l. Iubemus eum ibi notatis per gloſ. de liber.cauſa,& l cũ ſcimus, C.de Agricol.& cenſit. lib.*11. & itá *DD. communiter tenent in cap.at ſi Clerici de iudiciis*, & talis confeſſio faceret inditium ad torturam, ſicut facit confeſſio extraiudicialis, & itá *Paul.de Caſtro, & alii in l.Magiſtratibus ff. de juriſd.omnium Iudic.& Bart.in l.confeſſus, ff. de cuſtodia reorum dicit*, quod
3 quando reus confitetur in judicio delictum, principaliter, & per ſe poteſt cõdemnari, eſto quod proceſſus non ſit validus, *Angelus in l.*1.*in fin. C.de confeſſ.Capyc.deciſ.*179.*n.*4.

OBSERVATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio rei non eſt ſatis ad probandũ venenum ſumptum, ut condemnari poſſit, ſed requiritur medici votum, quod illud venenum potens ſit ad occidendum.*

2 *Medici, ſi deponant, quod præparatum venenum non fuerit aptum ad occidẽdum, reddunt irritam rei confeſſionem.*

3 *Crimen venenandi graviſſimum eſt, & gravius homicidio.*

1 Confeſſio rei non ſatis eſt ad probandum venenum ſumptum, quod nimirum dederit venenum, itá ut etiã condemnari poſſit, ſed requiritur medici votum, quo definiat, an illud venenum potens ſit ad occidendum, velne *Caball. in tract. de omni genere homicid. num.*615.*& ſeq. Carrer. in praxi*
2 *crimin.* §. *homicidium num.* 102. nàm ſi medici deponant, quod præparatum venenum non fuerit aptum ad occidẽdum, reddunt etiam confeſſionem rei irritam; ſic etiam de quantitate veneni ſentiunt; nàm ſiquidem medici inſufficientiam interimendi alicuius veneni in tanta quantitate ſumpti atteſtãtur, reum etiam confeſſum condemnare retardant, *Boſſ.in prax.crim. tit.de delicto num.*8.
3 Et venenandi crimen graviſſimum delictum exiſtimatur, ut verè eſt, & gravius homicidio, *l.*1.*Cod.de maleſ.& mathem.* imò venenantes, ut proditorii habentur, ut *Bald. in l.nemo Clericus,Cod.de Summa Trin.& Fide Cathol. Farinacius in praxi crim.q.*122.*p.*2.*n.*4. *Zacch.in tract.de medic. legal. in tit. de veneno lib.*2.*tit.*2.*q.*1.*num.*2. *cum ſeq.*

OBSERVATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis per duos teſtes probata facit indicium ad torturam.*

2 *Confeſſio extraiudicialis debet eſſe in ſpecie, & non in genere, quia confeſſio generica non facit indicium ad torturam.*

3 *Confeſſio extraiudicialis probata per duos teſtes conteſtes de eodem loco, & tempore, nullo eget adminiculo ad plenè probandum.*

4 *Confeſſio extraiudicialis facta præſente parte,& per duos teſtes probata facit plenam probationem.*

5 *Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte de jure civili facit ſemiplenam pro-*

Digitized by Google

probationem , de iure canonico facit
plenam probationem.
6 *Confeſſio extraiudicialis facta cum*
mulierculis, & in conviviis non eſt per
Iudices attendenda.

1 COnfeſſio extraiudicialis probata
per duos teſtes facit inditium ad
torturam , *gloſ. in l. capite quinto* 25. *ff.*
ad l. Iul. de adult. Hippol. de Marſil. ſing.
310. *& in l. de minore num.* 30. *ff. de*
quaſtion. Quæ confeſſio debet eſſe in
2 ſpecie, & non in genere , quia confeſ-
ſio genericè non facit inditium ad tor-
turam, *Bald. in l. quamvis, ff. de his qui*
3 *not. infam.* ſed confeſſio extraiudicialis
probata per duos teſtes conteſtes de
eodem loco , & tempore , nullo eget
adminiculo ad plenè probandum , nám
teſtes ſingulares non probarent , *Fon-*
tanell. in deciſ. 258. *num.* 28. & inſuper
ait, aut enim agimus de confeſſione ex-
4 traiudiciali facta præſente parte, & hęc
ſi legitimè duorum, vel trium numero
teſtium probetur non eſt dubium fa-
cere plenam fidem, & de per ſe plenam
probationem inducere , abſque aliquo
juvamine, & adminiculo, *l. publia, §. fin.*
ubi *DD. ff. depoſiti, l. generaliter, ff. de*
nonnumer. pecunia, nec eſt neceſſaria ac-
ceptatio ad effectum ne poſſit revoca-
ri, ut per *Gabriel. in comm. opin. tit. de*
confeſſis concl. 2. *& Rota Ianuenſ. deciſ.*
5 212. Aut agitur de confeſſione extra-
iudiciali facta abſente parte , de iure
civili facit ſemiplenam probationem,
de iure canonico facit plenam proba-
tionem , ut per *Farin. in poſth. in* 2. *p.*
deciſ. 215. *& Fontanell. in d. deciſ.* 258.
6 *in fine,* advertit Iudices, quod benè in-
ſpiciant tempus , locum, & perſonas ,
cùm quibus facta eſt confeſſio, nám ſæ-
pè ſolent fieri cum mulierculis , & in
conviviis.

OBSERVATIO XXIII.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio rei , abſque aliis indiciis non*
ſufficit ad torturam.
2 *Condemnationes ex præſumptionibus*
non fiunt, quia ex præſumptione ne-
mo damnatur.

1 COnfeſſio nuda rei, abſque aliis in-
ditiis non ſufficit ne quidem ad
torturam , *Boſſ. in tit. de indit. ad tortur.*
num. 149. 160. *&* 182. *Clar. in §. fin. q.*
21. *Decian. in conſ.* 18. *num.* 64. *Meno-*
chius de arbitr. caſu 474. *Carpzov. in*
praxi crim. p. 2. *q.* 57. *n.* 77.
2 Condemnationes ex præſumptioni-
bus non fiunt , quia ex præſumptione
nemo damnatur, *l.* 3. *§.* 1. *ff. ad municip.*
l. abſentem ff. de pœnis, Andr. in tit. de
cont. Inveſt. num. 5. *in fine.*

OBSERVATIO XXIV.

S V M M A R I V M.

1 *Inhoneſtè viventes ſunt expellendi à*
Civitate.
2 *Concubinarii poſſunt compelli à Iudice*
ſæculari ad dimittendas concubinas.
3 *Mulier inhoneſta , poteſt expelli ab ha-*
bitatione à vicinis honeſtis.
4 *Præſidis officium eſt purgare Provinciā*
à malis hominibus.

1 CAſtitatis craſſatores in Civitate nō
ſunt tolerandi, nè alios inficiāt *An-*
gel. in auth. de lenonibus inferendo, quod
regulariter omnis inhoneſtè vivens ,
poſſit expelli propter infectionis pe-
riculum *Andr. Sicul. Barba. in pro-*
hem. Clem. in 2. *lectura , §. ſalutem col.*
2 19. ſic etiam Iudex ſecularis poteſt cō-
pellere concubinarios, qui tenent con-
cubinas , ut illas dimittant , & honeſtè
vivant per *l. juſtitia , ibi honeſtè vivere,*
ff. de juſtitia, & jure , dicit idem *Paul.*
3 *de Caſtro in l. nullus, C. de Summa Tri-*
nit. quod meritò, quæ venit ad habitā-
dum in vicinio à vicinis poſſit expelli ,
nè

nè alios inficiat *l.minimè*, *C. de Epiſc. audientia*, & *Io: de Arnon. in ſing. ſuo 67.incip. in patria mea poteſt induci ad*
4 *hac*, quod Præſidis ſit officium, ut purget Provinciam a malis hominibus *l. praeſes.ff.de officio Praeſidis*.

OBSERVATIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio juſta dicitur, quæ fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando mors aliter evitari nequit.*

2 *Defenſio eſt juris naturalis, proindeque natura cuncta animalia armis ſuis armavit, ut vitam ab iniurioſis tuerentur.*

1 DEfenſio juſta dicitur, quæ fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando mors aliter evitari nequit, *c.1. de homicidio*, *Clementina ſi furioſus eodem tit.Piccard.in §.iniuria il primo*, & maximè *nu.41.inſtit.de iniur.Sayr.lib.6 Theſaur.cap.17.nu.7.* *Amaya in l. prohibitum.C.de jure fiſci lib.10.*

2 Defenſio eſt juris naturalis, cùm hoc apertiſsimè pateat, non enim alia de causa natura Boves Cornibus, Equos calcibus, Apres dentibus, Apes aculeis, & ſingula animalia armis ſuis armavit, niſi, ut illis vitam tuerentur ab iniurioſis, juxtà *text.in l. 1. §. cum Arietes, ff. ſi quadrupl. pauper. feciſſe dicatur*, ubi Aries, qui cornibus ſe defendendo Arietem Agreſſorem occiderat, culpa dicitur carere, neque ideò Dominus edicto illo tenetur; quibus conſonant aurea illa Ciceronis verba pro milone, dum inquit (eſt enim hæc Iudices) nõ ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verùm ex natura ipſa arripuimus, hanſimus, expreſsimus, quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expedienda ſalutis, *Decian. in tract. crimin.cap.6.lib.1.*

OBSERVATIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens ab ordinario loci captus, non poteſt remitti ad Iudices artis, cui aliquando vacabat, ſi pro majori temporis ſpatio aliam exercebat.*

1 DElinquens ab Ordinario loci captus non poteſt remitti ad Iudices artis, cui aliquando vacabat, ſi pro maiori temporis ſpatio aliam exercebat, *de Franch.deciſ.175.* & motum fuit S.C.præſertim ex *deciſ.Saliceti in l.qui ſub prætextu in fine*, *Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.* de qua meminit *Leodovicus in repet. Auth.habita in verſ.Scholaribus num.34.verb.caveant etiam*, *C. nè filius pro patre.*

OBSERVATIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitio unius teſtis de viſu omni exceptione maioris, non ſolùm eſt ſufficiens ad inquirendum, verùm etiam ad imponendam torturam, faciendo ſemiplenam probationem.*

2 *Teſtis ille dicitur omni exceptione maior, qui nulla notatur infamia.*

1 DEpoſitio unius teſtis de viſu omni exceptione maioris, non ſolùm eſt ſufficiens ad inquirendum, verum etiã ad imponendam torturam, & facit ſemiplenam probationem, *gloſ.in l.3.in verb.convictus*, *C.ad l. Iuliam Maieſt.* quam ſequuntur *Bart.Angel.Salycet.* &
2 communiter *DD. & Bart.in l.maritus num. 1. ff. de quaeſt.* & ille teſtis dicitur omni exceptione major, qui nulla notatur infamia, *Oldrad.conſ.224.Bald.in l.1.C.ubi de crimine agi oportet.*

OB-

OBSERVATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Delictum conſilio patratum, & homicidium veneno commiſſum præſeferunt, quãdam ſpeciem proditionis.*

2 *Conſulentes, & perſuadentes delictum, qua pœna ſunt puniendi?*

1 DElictum conſilio patratum, & homicidium veneno commiſſum præſeferunt quandam ſpeciem proditionis, ideoq; per leges gravius plectũtur necantes veneno, quàm gladio, & perſuadentes, quàm impellentes, *l. 1. C. de maleſic. & l. 1. §. ulli, ff. de ſervo corrupto*, Circa pœnam qua puniendi sũt illi, qui conſilio delinquunt ſecundum communem opinionem fit talis diſtin-
2 ctio; aut ille, qui conſulitur, ſine conſilio non erat patraturus delictum, & tunc conſulens pari pœna punitur, aut abſque conſilio erat patraturus, & tunc mitius punitur, ut in *cap. ſicut dignum, §. qui verò de homicidio*, & in *l. non ſolũ, §. ſi mandata. ff. de injuriis, & gloſ. in §. ope inſtit. de obligat. qua ex delicto naſcuntur*; in atrocioribus tamen delictis conſulens indiſtinctè pari pœna puniтur, *cap. felicis de pænis, & in Clem. 1. eod. tit.*

OBSERVATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitio complicis ſine tortura in capite proprio ſolùm facit indiciũ ad formandam inquiſitionem.*

2 *Indicium reſultans ex depoſitione complicis facilè deleri poteſt probando bonam famam nominati.*

3 *Bona fama õnes ſuſpictiones liquefacit.*

1 DEpoſitio complicis ſine tortura in capite proprio ſolùm facit indicium ad formandam inquiſitionem, affirmant omnes, ut teſtatur *Marſil. in conſ. 12. num. 38. & conſ. 15. num. 5. & 6. & conſ. 28. num. 16. Grammat. conſ. 21. num. 7. Roland. conſ. 51. num. 28. & conſ. 73. num. 20. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 5. caſu 474. qui num. 42.* concludit
2 tale indicium reſultans ex depoſitione complicis facilè deleri poſſe probando bonam famam nominati *Pariſ. conſ. 151 num. 13. lib. 4. & Soccin. jun. conſ. 34. nu.*
3 *66. lib. 2. Farin. conſ. 79. num. 22.* ibi: quæ quidem bona fama, prout in iure notiſſimum eſt, omnes ſuſpitiones, & præſumptiones liquefacit.

OBSERVATIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Dictum unius ſi coadiuvatur veriſimilibus probationibus plenè probat.*

2 *Medium probatur ex præcedentibus, et ſubſequentibus.*

3 *Coniectura in his, quæ ſunt difficilis probationis ſufficiunt, & creditur perſona aliàs inhabili.*

4 *Iudex quando probationes liquidæ haberi non poſſunt, ex vehementi opinione certus redditur.*

1 DIctum unius ſi coadjuvatur veroſimilibus probationibus plenè informare poteſt Iudicem dixit *Bald. in conſ. 136.* proponitur, quod Tirius antè finẽ in *2. vol. allegans not. in c. oves. paſtorem 6. q. p.* & idem dicit *Bald. in cõſ. 3. caſus talis eſt quidam Petrucius in fin. primi vol. Decian. conſ. 93. num. 8.*
2 Et ex præcedentibus, & ſequentibus probãtur media, ut *not. Bald. in l. Celſus, ff. de uſucapion. & Socin. conſ. 73 circa ultimam col. ultim. verſ.* accedat alia regula, quæ habet *1. vol.* & probãt *gloſ. & DD. in l. ſivè poſſidetis, C. de probationibus*, & per omnes *Canoniſtas in cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat.* & per *Alex. in conſ. 19. viſis col. 2. in 2. & cõſ. 47. circa medium.*
3 Et in his quæ ſunt difficilis probationis ſufficiunt conjecturæ, & creditur dicto perſonæ aliàs inhabili, ut per *Bart. & omnes in l. filiũ cũ diffinimus. ff. de his. qui ſunt ſui, vel alieni juris Bart. Bald. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis, §. pen. ff. de edendo*, & ideò dixit *Bart. in l. 1. in fin. ff. de verbor. obligation.* quod in omnibus in quibus non poſſunt haberi liquidæ probationes, ſufficit quod
4 Iudex ex vehementi opinione certus red-

reddatur, ad quæ plura adducit *Alex. conſ.24.num.6.*& latius *Hyppol. in practica crim.§.diligenter num.*80.& 81.*& ſeq.* ubi latè, quod, & unius dicto, & ejus quidem alias inhabilis credendū eſt, ubi aliter veritas haberi non poteſt

OBSERVATIO XXXI.

SUMMARIUM.

1 *Ebrius à teſtimonio repellitur, etiam quod tempore teſtimonii ebrius non ſit.*
2 *Ebrius furioſo, & ignoranti æquiparatur.*
3 *Ebrius non ſolùm alienus à mente reputatur, ſed etiam tamquam vilis, & infamis repellitur.*

1 Ebrius à teſtimonio repellitur, etiā quod non ſit ebrius tempore teſtimonii, & examinatus nihil probat, ut ex *l.recipiendum,§.delinquunt, ff.de pœnis*, firmat *Dec.in cap. placuit num.* 8. *de teſtibus, Ripa in l.fin.num.*76.*Bald.in cap.*1.*de teſtibus num.*4.*in fine*, quia ebrietas debilitat corpus, & intellectū in tantum quod homo ebrius neſcit abſtinere à vitiis, & injuriis, ut in *auth.de conſul.circa finem, Corrad.de officio Prætorii in cauſa civili ſub tit. de teſtibus ſub rub.perſonas teſtiū agrediendo verb. ebrius num.*74.*Novel.reg.*216.*num.*3.
2 Cum ebrius neſciat quid loquatur, & furioſo, & ignoranti æquiparatur *l.* 1. *§.furioſum, ff. de actionib.& oblig.Campeg.de teſtib. regul.*117.*in princ. Anton. Gomez variar.reſolut.tom.*3.*cap.*12.*nu.* 18.*ad finem verbo nono*, repellitur ebrius cum nō ſolum reputetur alienus à mēte ſua, ſed etiam vilis, & infamis per
3 *text.in l.*3.*§.Iulia, ff.de teſtibus, text.in cap.*1.*de teſtibus, Tyraquellus de pæn, temp.cauſa* 6.*num.*8.& ex aliis adductis per *Farin.in praxi crim.q.*56.*num.*434 & 437.

OBSERVATIO XXXII.

SUMMARIUM.

1 *Effractor carceris de jure communi capitali pœna erat puniendus; hodiè verò arbitrio Iudicis remittitur.*
2 *Carceratus eo ipſo, quod fugit, pro cōfeſſo habetur, & licet fuga ſequuta non fuerit pro tentata fuga arbitrariè erit puniendus.*

1 Effractor carceris quamvis jure cōmuni capitali pœna plecteretur *l.* 1.*ff.de effractor,l.ſi quis* 36. *§. miles, ff. de pœnis, l.milites* 13. *§.eius fugam, ff. de re milit.* tamen hodiè arbitrio Iudicis puniendus eſt; carceratus tamen eo ipſo, quod fugit pro confeſſo habe-
2 tur, *l. in eos* 13.*ff.de cuſtod. reorum, Petrus Duenn.in regul.*389. *Boſſ. in tit. de carcerat per tot. Iul.Clar.lib.*5.*§.fin. q.* 21.*num.*15.*& q.*45.*& q.*69. *num.* 31. *Menoch.lib.* 2.*de arbitr. caſu* 300. *cum ſeqq. Maſcard.de probat.*266. *cum ſeq. Covarr. lib.*1.*var.cap.*2.*num.*8.*& lib.*2. *cap.*20.*num.* 13. *Ant. Gomeſ. de delictis cap.*9.*num.*11.*Cantrera qq.crimin. c. de furt.num.*37. quibus adde *Decian. in tract.crim.lib.*7.*cap.*11.*de eximente carceratum, Farin.in praxi crim. q.*30.*de carcerib.& carceratis, Facchin. controverſ.jur.lib.*9.*cap.*69. *& cap.* 72. *Bovadilla tom.*2.*lib.*3.*cap.*15.*à num.*132. & licet fuga non fuerit ſequuta, tamen pro tentata fuga arbitrariè erit puniendus.

OBSERVATIO XXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Emens rem furtivam, an præſumatur particeps fraudis?*
2 *Dolus ex indiciis perpenditur.*

1 Emens rem furtivam, an præſumatur particeps fraudis, *gloſ.in l.civilem, C.de furtis*, dicit tunc fieri ſuſpectum, cum non oſtendit venditorem, niſi ſit gravis, & honeſta perſona, &

Bart.

Bart. dicit inſpiciendum eſſe, quanto pretio emerit, & utrum emerit clàm
2 aut palàm, & ſic ex iſtis indiciis dolus perpenditur, ut per *l.dolum, Cod. de dolo*

OBSERVATIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Eximens carceratum à manibus familia Curia, qua pœna ſit puniendus?*

1 EXimens carcerarum à manibus familiæ Curiæ, qua pœna ſit puniendus, vide *Regentem Sanfelic. in deciſ.*44. ubi ait, quod poſſit extendi uſq; ad pœnam ultimi ſupplicii, in eximente carceratum pro debito, erit puniendus Iudicis arbitrio, quamvis tempore Ducis Alcalà Viceregis in hoc Regno, fuit practicata pœna ultimi ſupplicii in illis quatuor nobilibus, ut notat *Carav.in rit.*160. *n.* 2. videndus eſt *Mainard.ad Clar. in praxi crimin. in* §. *leſa Majeſtatis*

OBSERVATIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio pœna corporalis non differtur, quando poteſt eſſe conſultum creditori per cautionem.*

1 EXecutio pœnæ corporalis non differtur, quando poteſt eſſe conſultum creditori, veluti per cautionem, ut dicit *Bart.in l.*1.§.1.*num.*3.*uſque ad finem, ff.de cuſtod. & exhib. reorum*, & ità judicatum fuiſſe per S.C. criminale Cataluniæ, refert *Apeguera in deciſ. ſeù cap.*22.*imperator,fol.*25.*àt. de Franch. dec.*307.*num.*7. *in fine.*

OBSERVATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiva ex præſumptionibus violentis, & indiciis indubitatis ferri non poteſt, hoc tamen in criminalibus, ubi agitur de vita hominis, ſecus in civilibus num.*2.
3 *Iudex qui non habet alias probationes, quàm dicta indicia, devenire debet ad torturam.*
4 *Præſumptiones indubitatæ, pro pœna pecuniaria vel levi corporali infligenda, ſufficiunt.*

1 EX præſumptionibus violentis, & indiciis indubitatis diffinitiva sẽtentia ferri non poteſt, nàm jura dictã poſſe ferri ſententiam ſecundum *cap. afferte extra de præſumption.* ſunt intelligenda, & accipienda in civilibus,
2 non autem in criminalibus, ubi agitur de vita hominis, *cap.ubi majus eſt periculum de elect.in 6. cum ſimilibus.eſt pulcherrimus, text.in cap. litteris extra de præſumpt.ibi:* Cum propter ſolam ſuſpicionem, quamvis vehementem nolumus illam de tàm gravi crimine condemnari.

Et quod in capitalibus ex præſumptionibus, & indiciis indubitatis non poſſit Iudex venire ad condemnationẽ diffinitivam notat *Hyppol. de Marſil.in repet.rubr.C.de probat.num.*234. *verſic. attamen contrariam partem dicendo per Bald.in l.fin.Cod.de hæred. inſtit.* quod
3 tutius, & melius facit Iudex, qui non habet alias probationes, quàm dicta indicia indubitata, ut extorqueat confeſſionem per torturam, ut ſic ex confeſſione ſua tortus poſſit condemnari per *l.& ſi excepta cum ibi notatis, C.de maleficiis, & Matth. plus dicens*, quod iſta opinio ſit juſtior, & æquior, & hanc opinionem tenet *Angel. in tract. ſuo malefic.verſ.quod fama publica præcedente num.* 13. & ibi *Auguſ. in addit. num.* 22. dicit tamen quod benè ſufficiat ad torturam, & *num.*26. addit unã
4 limitationem, niſi pœna ſaltim pecuniaria, vel levis corporalis, puta fuſtigatio erit infligenda ibi: videntur ſufficere præſumptiones indubitatæ per notata in *d. cap. litteras extra de præſumpt.*

OBSERVATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Fama an faciat indicium ad torturã?*
2 *Fama vehemens contra malefactorem, eſt ſufficiens indicium ad torturam.*
3 *Fama vehemens quæ dicatur?*
4 *Fama vehemens, quæ originem habet ab honeſtis perſonis facit indicium ad torturam.*
5 *Fama ex qualitatibus, & cauſis, ex quibus orta eſt conſiderari debet qualiter urgeant ad faciendam ſemiplenam probationem.*
6 *Fama, quæ non trahit originem ex cauſa probabili, & à fide dignis non eſt fama, ſed vana vox populi, quæ non eſt exaudienda.*
7 *Iudex ſecundum bonam fidem & prout melius ex conſcientia ſua videbitur, bonam famam arbitrabitur.*
8 *Fama, ut dicatur probare, quæ requirantur.*
9 *Fama bona quos effectus producat.*

1 FAma an faciat indicium ad torturã?
communiter concludunt *DD.* quod
ſola fama non ſufficiat, ſed cùm aliis
indiciis, demum ad hoc volunt *An-
gel.in tract. ſuo maleficior. verſic. quod
fama publica præcedente num. 41. ver-
ſic. & an fama, & in verſ. comparent
dicti inquiſiti, & totum negaverunt n.
25.verſ.quæro an ex dictis generibus, et
Hyppol.de Marſil. in pract. ſua crimin.
§.diligenter nu.18. verſ. ex parte ſcias,*
rationem dicit quare ſola fama non fa-
ciat indicium, quia fama eſt fragilis,
& pernicioſa tranſmiſſa ab his, qui de-
ſiderant ad hoc famam eſſe.

2 Verùm, quando vehemens eſt con-
tra malefactorem, tunc eſt ſufficiens in-
dicium ad torturam, itá dicit *Angel.
de maleficiis, verſ. quod fama publica
præcedente num.42. verſ. limitare tamẽ
prædicta per Bart.in conſ. 191. Domino.
paci, & in conſ.*208. & per eundẽ *Bart*
ſic tenuit *Hyppol.de Marſil.in practica
ſua criminali,§.diligenter num.19.ver-
ſic. iſtud autem*, & ibi vide quid vehe-
mentia operari poſſit *Hyppolit. de
Marſil.in ſingul. ſuo 97. incip. fama ſola*
3 *non facit indicium*, quæ autem dicatur
vehemens fama dicit relinqui arbitrio
Iudicis per *Bart.in d.conſ.* 186. Secun-
4 dò, ſi conſtat, quod iſta fama habuerit
originem ab honeſtis perſonis, tunc
benè facit indicium ad torturam, itá
pro limitatione *Hyppol.de Marſil.in ſin-
gulari ſuo 97. incip. quod fama ſola per
multos DD.* ſic tenentes. Tertio, niſi
cum fama ſit denunciatio Syndici eum
juramento, & niſi etiam eum fama
probatum ſit diffamatum eſſe malæ vi-
tæ, famæ, & conditionis *Angel. in dicto
tract.de malefic.verſ. quod fama publica
præcedente num.40. & 44. verſic. & an
fama.*

5 Et tandem ſecundum *Bart. in l. de
ætate, §.plurimum, ff. de quæſt.* Qualita-
tes, & cauſæ, ex quibus fama eſt orta
ſunt conſiderandæ, qualiter urgeant
ad faciendam ſemiplenam probationẽ,
& ad indicium docuit *Anton.Blanc.in
l. fin. ff. de quæſtion.* quod Iudex debet
videre, undè fama ortum habuit, & ex
quibus, & ex qua cauſa, nàm ſi ex cau-
ſa urgenti, probabili, & veriſimili erit
indicium ſufficiens ad torturam, *l. ex-*
6 *cuſantur*, §.1. & ibi *gloſ. ff. de excuſat.
tutor.* ſubdens, quod niſi trahat origi-
nem ex cauſa probabili, & apud fide
dignos, quod non eſt fama, ſed vana
vox populi, quæ non eſt exaudienda,
7 & ſic arbitrabitur Iudex ſecundum bo-
nam fidem, & prout melius ex conſciẽ-
tia ſua ſibi viſum fuerit *Bart. in dicta
l.ætate, § plurimum, ff.de quæſtion. An-
gel.de maleficiis in verſ. non quidem à
malevolis, & Anton.Blanc.in repet.l.fin.
ff.de quæſtion.num.315. verſ.quod qua-
litates, & num.311. verſ.ubi dicit*, &
8 enumerat quæ requirantur ad hoc, ut
dicatur fama probare, *Salycet. in l.ea
quidem, C.de accuſation.* & in materia
famæ, & *Iacob.de Belviſ. in practica
ſua criminali cap.de indiciis nu.37.ver-
ſic.ſed quid ſi fama cum ſeq.* & eſt notã-
9 dũ, quod bona fama multos producat
effectus, præcipuè quod tollat indicia,
etiam ſpecialia ad torturam contra ip-
ſum exiſtentia, ut per *D.Brun.à ſola
in conſ.ſuo crimin. num. 148. verſ. imo
for-*

Digitized by Google

ſortius uſque ad num.155.& Hyppol.de Marſil.in repet.l.qui ſalſum,ff.ad l.Cornel.de ſalſ.verſ.ſed hanc concluſionem n. 224.uſque ad nu.226.incluſivè,& idem *Hyppolit. in practica criminali, §. diligenter num.196.cum verſ.ſeq. & in ſingul.ſuo 392. incipiente advertas cum ſimilibus*, & facit *text. in cap. cum in juventute extra de præſumpt.*

OBSERVATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fama ſi ſola eſt, non facit indicium ad torturam, ſed juncta cum fuga infamatus torqueri poteſt.*

2 *Fuga pracedens accuſationem, & citationem facit indicium ad torturam.*

3 *Fuga ſequuta poſt accuſationem, vel inquiſitionem, non facit inditium ad torturam.*

4 *Fuga non facit indicium ad torturam; ſi adſit timor accuſationis, vel inquiſitionis.*

5 *Timor, ſeù ſuſpicio idem operatur, quā exiſtentia ipſius rei.*

6 *Regula prædicta multis modis limitatur.*

7 *Fur, non ſolum in maioribus, verum etiam in minoribus judicatur, quia mens furantis attenditur.*

8 *Furtum unicum dicitur, ſi quis ex dolio pluribus vicibus continuato tempore abſtulerit vinum.*

9 *Fures in committēdis furtis aſſueti, famoſi ſunt, & furca plectuntur.*

10 *Iudex in ſententia ferenda contra furem, tenetur ipſum accuſatum de furto ad pœnam mortis, & ad rei furtivæ reſtitutionem condemnare, aliàs tenetur de proprio.*

1 FAma ſi ſola eſt, non facit indicium ad torturā, itá *Carrer. in praxi criminal.num.14.verſ.ſecundum inditium,* ſed fama juncta cum fuga in hoc caſu infamatus, poteſt torqueri, §. *ſi quis autem de Sanctis Epiſc. col.9.& in auth.de exhib.reis,§.ſi verò col.5.Bar.in l.fin.ff.*
2 *de quaſtion.*& fuga, ſeù latitatio præcedens accuſationem, & citationem facit inditium ad torturam, *Hippol.ſingul.*
3 217. ſecus ſi aufugerit poſt accuſationem, vel inquiſitionem, quia talis fuga nō facit inditium ad torturam, *Bart. in l.1.num.1.ff.de bonis eorum, qui antè ſent.mor.ſibi conſciverunt.*

4 Quod procedit etiam ſi adſit timor, quod contra cum formatur accuſatio, vel inquiſitio, quia tunc fuga non facit inditium ad torturam, per *text. in l.miles,§.ſocer,ff.ad l.Iuliam de adulter.* nā
5 idem operatur timor, ſeù ſuſpicio, quod exiſtentia ipſius rei, *Boer. deciſ. 215.num.30.*

6 Regula prædicta patitur nonnullas exceptiones, & limitationes; Prima eſt diffamatio, ſecunda fama vehemēs, quia illa ſola facit inditium ad torturā. *Felin. in cap. unic. de teſtibus num. 15.* Tertio, quando fama habet ortum ab honeſtis viris, & fide dignis, *text. in cap. qualiter, & quando in 2. de accuſat. & in c. cum in juventute de purgat. Canon.* Quarta, quando cum fama adeſt dictum Officialis dicēris cum juramento, ità reſpondit *Bart.in conſ.191.Grat. in conſ.136.num.17.vol.1.*Quinta, quā do cum fama fuga concurrit, quia in hoc caſu infamatus torqueri poteſt, *d. §.ſi quis autem, auth. de Sāctis Epiſcopis col.9.*& in *auth.de exhibend.reis,§.ſi verò,& col.5.Bart. in l.fin. ff. de quaſtion.* Sexta, quando fuit probata fama, & ultra famam fuerunt probatę qualitates, & cauſæ, ex quibus fama originem habuerit, purá inimicitia, & ſimilia, & requiritur, quod fama præceſſerit accuſationem, *Hippol.de Marſil. ſingul. 97. Gram.voto 34.*

7 Fur non ſolùm in majoribus, ſed etiā in minoribus judicatur, & quod furtum eſt injuſta ablatio rei quantumcumque parva ſit, quia in furto, non quod ab-
8 latum eſt, ſed mens furantis attenditur & unum furtum dicitur, ſi quis pluribus vicibus ex dolio aliquo vinum abſtulerit continuato tempore, *l. vulgāris eſt quæſtio,ff.de ſurtis,Boer. deciſ.219.*

9 Fures furtis committendis aſſueti, & famoſi fiunt, & furca plectuntur, aſſerit *Cæpolla in auth.ſed novo jure nu. 19.C.de ſervis fugitivis,*habebitur au-

tẽ & furca dignus,ſi tribus tantũ vicibus furtũ commiſerit cõmuniter pronuntiant idem *Capolla ubi ſupra n. 44. Clarus in praxi,§.furtum num. 8. verſ. ſcias*; Cæteri autem fures nuſquam Crucis pœnas dabunt, ut communiter probatum teſtificatur *Gomeſ. in §. ex maleficiis num.2.3.& 4.inſtit.de action.* niſi in jure conſueto furari, quo caſu, ſi ultimo furto deprehenditur, furca debet ſuſpendi,prout dicit *gloſ. in l.capitalium,§.famoſos.ff.de pœnis, gloſ.in auth.ſed novo jure,C.de ſervis fugitivis*, Amplia etiam in furto magnæ quantitatis,ut per *Anton.de Vbald.conſ. criminal.diverſor.conſ.51.num.22, lib.2.*

Advertendum tamen eſt, quod ſi aliquem furem condemnari contigerit
ad pœnam mortis,vigore Capituli Re-
10 gni: ad hoc noſtrorũ. Iudex in eodem
judicio, inſtantia,& ſententia condemnare debet,& tenetur ipſum accuſatum de furto ad pœnam mortis, & ad rei furtivæ reſtitutionem, ut eſt cautum in *cap.Regni ſi de furto*, & ibi *Luc.de Penna in gloſa in verbo de ipſa criminatione quæſitum*; aliter Iudex ipſe tenetur de proprio; cave igitur cum eris Iudex in caſu iſto in judicando,diffiniendoque negotia,nè erres.

OBSERVATIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas vituperat famam magis, quã nullum aliud delictum.*

2 *Falſitas;ut ſit punibilis requiritur uſus.*

3 *Falſitas, quæ vertitur in beneficium Principalis præſumitur ipſius nomine commiſſa.*

4 *Producens teſtem falſum ſuper articulo falſo, ex hac ſola falſitatis depoſitione incidit in crimen falſi, niſi ſuper incidentibus teſtis falſum dixerit.*

5 *Falſitas coniecturis, & præſumptionibus probatur, & ex ea facilius devenitur ad torturam, quàm in cæteris delictis?*

1 FAlſitas vituperat famam magis, quã
nullum delictum, *Clar. & Baiard.*
in §.falſum in princ. & quod ſit ſimile
pœnæ mortis, *Muta deciſ.* 38. & falſi-
2 tas,ut ſit punibilis requiritur uſus, *cap.*
accedens, ubi *Abb.& alii de crim. falſi,*
gloſ.in l.damus, C.de falſis, Maſcardus
de probation.concluſ.739. num.12. Me-
noch.de arbitr.caſu 315. nu. 23. & Rei-
publicæ intereſt puniri falſum, *Roman.*
conſ.302.num.16.

3 Falſitas quæ vertitur in beneficium
principalis præſumitur ipſius nomine
committi, *Lancell.de attent.p.1.cap.*
4 *num.81.* & producens teſtem falſum
ſuper articulo falſo,ex hoc,ſola falſita-
tis depoſitione incidit in crimen falſi,
niſi ſuper incidentibus teſtis falſum di-
5 xerit, *Bart.in l.ſi falſus, C. de falſis*, &
falſitas probatur conjecturis, & præ-
ſumptionibus, *Maſtrill.deciſ.244.nu.5.*
ubi ait,quod in ea facilius devenitur ad
torturam, quàm in cæteris delictis,*Af-*
flict.in conſtit.qui litteras num. 3.& 4.
Bajard.ad Clar.in §.falſum num.10. cũ
ſit delictum difficilis probationis, &
probatur per teſtes inhabiles, *Honded.*
conſ.109.num.3. Cravetta conſ.56. nu.
12.Marſil.conſ.29.num.8.

OBSERVATIO XL.

SVMMARIVM

1 *Delinquenti facilius parcẽdum eſt parte concordata, ſeù reum nemine poſtulante, ſeù reclamante.*

2 *Offenſus accuſaſſe non videtur, qui ante ſententiam quievit.*

1 FAcilius parcendum eſt delinquenti
parte concordata, ſeù reum nemi-
ne poſtulante, ſeù reclamante, ad *l. ſi*
adulterium,§.iidem Imperatores ad fi-
nem ibi (& facilius ſi nemò reum po-
ſtulaverit) *ff. ad l. Iul. de adulter.* nec
enim videtur accuſaſſe, qui ante ſen-
2 tentiam quievit, *l. cum natu major, §.ſi*
patris, verſ. cæterum, ff. de bonis liber-
torum.

OB-

OBSERVATIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Falſum non eſt id, quod veritatis primordio juvatur, & idem in eo qui habet aliquid veritatis admixtum.*

2 *Crimen falſitatis an militet, quoties juvaretur primordio veritatis.*

3 *Falſarius producens articulos falſos in cauſa civili, ſuper quibus teſtis fuerit examinatus, an pœna ordinaria puniri debeat, non aliter facta declaratione circa uſum?*

1 FAlſum non eſt id, quod juvatur primordio veritatis, & idem in eo, qui habet aliquid veritatis ad mixtum, *l. cum filius 78. §. hæres meus, ff. de legat. 2. & l. quid tamen, ff. de contrahenda empt.* ubi *Paul. de Caſtro in d. l. cum plus, §. hæres meus num. 2. & 3. Bald. ibidem adducens rationem in d. l. cum filius*, quæ falſa demonſtratio non vitiat legatum *Surd. in conſ. 173. nu. 50. Clarus in §. falſum num. 34. in pract. criminali. Gratian. controverſ. 26. num. 12. Cravett. conſ. 46. num. 4. vol. 2. Foller. in practica criminali in 2. p. 2. partis princ. verſ. item, quod commiſit falſitatem, Vermigliol. in conſil. crim. 242. nu. 4.*

2 Falſitatis crimen an militet quoties juvaretur primordio veritatis, & teſtes deponentes, nec tangentes negotium principale, in quo eſſet ſyllaba negotii, & quatenus deponerent ſuper ſubſtantia negotii reperirentur diſcordes, adeò quod contradicerēt inter ſe; Per M.C. fuit decretum non eſſe procedendum in dicta quærela falſitatis, *Cravet. in conſ. 19.* Redemptoris gentium *Thor. in compendio deciſ. verb. falſitatis crimē tom. 1.*

3 Falſatius producens articulos falſos in cauſa civili, ſuper quibus teſtis fuerit examinatus, an puniri debeat pœna ordinaria, non aliter facta declaratione circa uſum? ut ſolitum eſt, ut inquit *Dom. Reg. Rovit. in Pragm. teſtem falſum num. 4.* de falſis, quæ procedūt quando ſuper aliquibus incidentibus teſtes falſum dixiſſent, ſecus autem ſi pars illum teſtem produxiſſet ſuper articulo falſo, tunc enim ex ſola productione ſequuta falſa depoſitione incidit in falſum, ità declarat *Bart. in l. ſi falſos, C. de falſis*, & ità deciſum refert per M.C. *Thor. in ſupplem. deciſ. in verb. falſarius*, ad quod probandum multos DD. congeſſit *Farin. de falſitate, & ſimul. q. 159. p. 2. artic. 34. ad 37.* & idem noviſſimè attingit *Io: Berardinus Porrus in ſuo faſciculo crimin. §. falſum, fol. 170.*

OBSERVATIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Fidejuſſor num cogi poſſit ad præſentādum reum principalem, qui poſt fidejuſſionem delictum perpatravit, vel Clericus fuit effectus?*

2 *Iudices cauti eſſe debent, ut prius quā reū ex ſecundo delicto Bannitum declarēt, citent fidejuſſores ad illum præſentandum ex prima cauſa.*

3 *Fidejuſſor moleſtari non poteſt quoties patrato per principalem Inquiſitum novo delicto ad illum carcerandum ſatellites acceſſiſſent, & reus aufugiſſet.*

1 FIdejuſſor nùm cogi poſſit ad præſentandum reum principalem, qui poſt fidejuſſionem delictum perpatravit, vel Clericus fuit effectus? Reſpondetur affirmativè, ſi pro novo delicto non eſt banditus; ſecus autem ſi fuerit principalis banditus declaratus, vel etiam citatus, tunc enim perperam fideiuſſorem moleſtari poſſe, ſcripſerat, *Specul. in tit. de accuſat. §. de contumacia verſ. item quæritur, Alberic de ſtat. p. 4. q. 64. Boſſ. in tit. de carcer. fideiuſſ. relax. n. 41. Clar. in §. fin. q. 46. nu. 22. verſ. quæro pone*, Vbi advertit cautos eſſe Iudices
2 debere, & prius quàm reum ex ſecundo delicto banditum declarent, citent fideiuſſores ad illos præſentandum ex prima cauſa, & ubi eos nòn conſignēt, in pœnam condemnent in fideiusſione contentam, deindè contra principalem pro-

procedant ex primo, & ſecundo delicto, eſt enim in hac re videndus *Hieron.Gabriel.conſ.*181.*autẽ num.9. verſ.*
3 *quæro cum Barricellus*, ubi defendit, nec etiam poſſe fideiuſſorem moleſtari, quoties patrato per principalem inquiſitum novo delicto ad illum carcerandũ acceſſiſſent ſatellites, Reus autem aufugiſſet, hoc enim caſu, cum negari non poſſit propter actum attentatum carcerationis fuiſſe metum inquiſito illatum, adeò ut juſtè comparere recuſet, nullatenus poſſet fideiuſſor ad reũ illum, pro quo fideiuſſit præſentandũ moleſtari, facto enim, & culpa Iudicis extitit prior ſtatus mutatus, *Reg.de Marin.reſol.jur.lib.*1.*cap.*133. *n.*10.

OBSERVATIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus in domo, præſumitur eſſe mariti.*
2 *Filius natus ex concubina retenta domi, præſumitur eius, qui eam in cõcubinam retinet, non autem alterius.*

1 Filius natus in domo, præſumitur eſſe mariti per *text.in cap. per tuas de probationib.& in l. filium eum definimus,ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni juris in l.ſi vicinus,C.de nuptiis in l. miles in* §.*defuncto, ff. de adulter. Boer. deciſ.*299.
2 Amplia ut procedat in Concubina retenta domi, quia præſumitur filius ejus, qui eam concubinam retinet, non autem alterius *gloſ. eſt notabilis in cap. Michael de filiis Præsbiteror. in verb. conſtiterit*, quam *gloſ.* ſequuntur *Abb.& cæteri DD.in d.cap.per tuas*, idẽ *Abb.in cap. traſmiſſæ, qui filii ſint legitimi*, cum aliis adductis per *Petrum Duennam in regul.fall.regul.*350.

OBSERVATIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Homicida ad quid de jure tenetur.*

1 Homicida non ſolum pœna gladii afficitur, verum etiam hæredibus interfecti præſtare debet omnia dãna, & intereſſe facta extimatione operarum totius temporis, quo is veroſimiliter vivere potuiſſet, *Hyppol. de Marſiliis conſ.*115.*& conſ.* 131. *& ſingul.*575. *Carrer.in praxi,* §.*homicidium num.*35. *Maranta in ſuo Speeul. ordin. Iud.p.*4.*diſt.*1.*num.*4.

OBSERVATIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio formata non conſtito de corpore delicti, de jure eſt nulla.*
2 *Iudex non conſtito de corpore delicti, non poteſt devenire ad examinandum reum, neque etiam ad capturam, nec ad torturam.*
3 *Tortura non datur ad liquidandum factum, ſed perſonam.*
4 *Delicti corpus non debet conſtare per coniecturas, & præſumptiones.*
5 *Defectus probationis corporis delicti non ſuppletur per rei confeſſionem, fallit in delictis, quæ ſola voluntate perficiuntur, vel quando poſt factum nulla remanent veſtigia n.*6.
7 *Iudex ad ſpecialem rei inquiſitionem devenire non poteſt, non conſtito de delicto in genere, & non præcedentibus legitimis indiciis facto, de quo agitur proximis, & immediatis.*
8 *Reus à Iudice interrogatus non præcedentibus indiciis, reſpondere non tenetur.*
9 *Confeſſio rei, redditur nulla ſi non conſtat de corpore delicti.*

1 Inquiſitio formata non conſtito de corpore delicti de jure eſt nulla, *text.eſt in l.*1.§.*item illud, ff. ad Sillan.* & in tantum hoc eſt verum, quod ſi non
2 conſtat de delicto in genere, non poteſt Iudex devenire ad examinandum reum *Marſil.in conſ.*12.*num.*35. *eum ſeq. & in conſ.*14.*nu.*13. neque etiam ad capturam, & quod tali caſu nõ poteſt reus torqueri *text. eſt in d.*§.*item illud*, quia
3 tortura non datur ad liquidandum factum

ctum, ſed perſonam, & ideò de corpore
4 delicti non debet conſtare per conie-
cturas, & præſumptiones, aliás ſi per in-
ditia admitteremus probare corpus de-
licti eſſet contra communem ; Vndè
probatio debet eſſe liquida et plena
*Bartol. in l. divus num. 2. ff. de milit. te-
ſtam. Bald. in l. unica, C. de confeſſis, Boer.
deciſ.* 288. *Capyc. deciſ.* 313. *Gramm. cõſ.*
16. *num.* 4. *&* 5. *Clarus §. fin. Pract. lib.*
5. *quæſt.* 4. *& quæſt.* 55. taliter quod
5 defectus probationis corporis delicti
non ſuppletur per rei confesſionem *Fa-
rin. not. in tit. de inquiſ. q.* 2. *& præſer-*
6 *tim in* 4. *ampliat. qui omnes allegat.* Fal-
lit tamen in delictis, quæ ſola volun-
tate perficiuntur, vel quando poſt fa-
ctum nulla ſolent remanere veſtigia,
ut per *DD.* in prædictis locis citatis;
7 Et Iudex ad ſpecialem rei inquiſitio-
nem devenire non poteſt, non conſtito
de delicto in genere, & non præcedẽ-
tibus legitimis inditiis facto, de quo
agitur proximis, & immediatis, ut tra-
dit *Egid. Boſſ. in tract. crim. in tit. de exa-
mine reorum num.* 6. ubi inquit, quod
nunquam vidit aliquem citari, ut exa-
minaretur ſine inditiis, quod non fit, nec
fieri debet, aliàs magna daretur mate-
ria Iudicibus vexandi homines, abſque
legitima cauſa, ut *Boſſ.* refert, & ſequi-
tur novisſimè *Flamin. Cartar. in praxi
interrogandi reos lib.* 1. *cap.* 2. quod etiã
ſervatur de jure canonico *Foller. in
practica crim. in* 2. *p. cap.* 11. *ſub num.* 2.
verſ. ſed quando, & etiam in foro con-
ſcientiæ *D. Thom.* 2. 2. *q.* 69. *artic.* 2. af-
firmans in terminis, quod non præce-
8 dentibus indiciis, reus ſi à Iudice in-
terrogatur reſpondere nõ tenetur *Na-
varr. in cap. inter verba concluſ.* 6. *& ali-
bi* 11. *q.* 3. *& in manuali cap.* 12. *& cap.*
18. *num.* 42.
9 Imò confesſio rei redditur nulla, ſi
non conſtat de corpore delicti, *Boſſ. tit.
de delicto num.* 15. *Clar. §. fin. q.* 55. *ver-
ſic. poſſet, etiam.*

OBSERVATIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iuris ubi non eſt, ibi deficit ſub-
ſtantia.*
2 *Omiſſio ordinis in extraordinariis ju-
diciis vitiat ipſum iuditium.*
3 *Iudex procedens extra ordinem, dici-
tur procedere de facto.*
4 *Iudex juris ordinem non ſervando vi-
detur jus alteri auferre.*
5 *Iudex opinionem illam ſequi debet,
per quam jus unicuique ſervatur, &
evitatur peccatum.*

1 IVris ordo, ubi non eſt, ibi deficir ſub-
ſtantia dicir *Hyppol. de Marſil. in
ſingul. ſuo* 342. *incip. quando teſtis*, imò
2 omisſio qualis qualis ordinis in extra-
ordinariis judiciis vitiat ipſum judiciũ,
Petrus Gerard. de Petraſancta in ſing.
4. *num.* 5.
3 Et Iudex procedens extra ordinem,
dicitur procedere de facto, & non præ-
ſumitur pro Iudice, quando non ſer-
vavit juris ordinem, imò cognoſcere
4 juris ordine nõ ſervato eſt jus alteri au-
ferre *Hyppol. in ſingul.* 354. *incip. in du-*
5 *bio*. Imò circa *DD.* opiniones per Iu-
dicem illa opinio eſt turius amplecten-
da, & præferenda, per quam conſerva-
tur unicuique ſuum, & evitatur pec-
catum, *Clem. exivi de verbor. ſignificat.
& in c. juvenis de ſponſalibus*, per quæ
jura conſuevit dici, quod opinio tutior
pro anima attendi debeat, ut inter cæ-
teros *Cardinal. in dicta Clem. exivi*, te-
net *gloſ. fin. cap.* 1. *de ſcrutinio in ordine
facien.*

OBSERVATIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Baronis intelligitur conceſ-
ſa privativè quoad Regem, & privat
ſe juriſdictione, & emolumentis, &
adducitur deciſio Sacri Conſilii.*

In-

1 IVriſdictio Baronis intelligitur privativè quoad Regem ex dictis per *Mandoſ.in tract.de inhibit.q.* 123. ubi allegat pro ſingulari *Parid.de Puteo*, & privar ſe juriſdictione, & emolumentis *Cravetta conſ.*128.*Guid.Pap.deciſ.*341. *& Conſil.Prat.diſcept.forenſ. cap.*5. *lib.* 3.*n.*5.*&* 6.& per S.R.C.in aula Conſil. Pauli Staibani ſub die 27. Mēſis Maii 1671. in cauſa Baronis Navelli Michaelis de Petris, cum Regia Audientia appellantis à decreto interpoſito per M. C. me patrocinante fuit proviſū.Remiſſa eſt eidem M.C.quæ provideat, quod Regia Audientia reſtituat acta Curiæ dicti Baronis una cum carcerato, ad relationem Ill. Dom.Regentis D. Frāciſci Moles,tunc Iudicis Criminalis dictæ M.C.V., penes Frāciſcum Tenga Scribam fiſcalem dictæ M. C. *Dec. S.C.*

OBSERVATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Probatio qualificata requiritur in imputatione alicuius enormis criminis, præſertim criminis læſæ Maieſtatis in perſona qualificata, ut pœna ordinaria puniri poſſit.*

2 *Indicia plenè probata ad præſumendū delictum præcedere debent.*

3 *Inveriſimilitudo in materia probationum in primis conſideranda eſt.*

4 *Probatio pro nihilo eſt habenda, quoties motus Iudicis non poteſt concurrere cum probatione non veriſimili.*

5 *Condemnatio ſi facīēda ſit per indicia, pœna ordinaria locum habere non poteſt.*

6 *Probationes veriores, & coniecturæ, quæ in aliis delictis difficilis probationis ſufficiunt, in crimine læſæ Majeſtatis, cum ſit graviſſimum, & ſevioribus pœnis ſæviatur præſumptiones debent eſſe vehementiores.*

7 *Indicia adeſſe non ſufficit, niſi plenè probata.*

8 *Depoſitio complicis ſine tortura in capite proprio ſolūm facit indicium ad inquiſitionem formandam.*

9 *Indicium reſultans ex depoſitione complicis, facile dilui poteſt probando bonam famam nominati.*

10 *Fama bona omnes ſuſpictiones, & præſumptiones liqueſacit.*

11 *Diſpenſatio in crimine læſæ Maieſtatis circa inhabilitatem teſtium, non militat, quando in teſtibus eſſet contrarietas, & periurium.*

12 *Socius criminis, qui primò examinatus negavit delictum quo ad ſe, & quo ad alios, vel de ſe confeſſus complices reticuerit, ſi poſtea tortus, vel ſpontè variando à prima depoſitione ſocios nominaverit, talis nominatio nullum indicium facit.*

13 *Periurium in criminalibus per torturā non purgatur.*

14 Textus in cap.accuſatus, §. licet verò de hæreticis in 6. *locum habet in crimine læſæ Maieſtatis Divinæ favore fidei, non autem in crimine læſæ Maieſtatis humanæ.*

15 *Conſuetudo irrationabilis nutritiva peccati dans materiam delinquendi valere non debet.*

16 *Conſuetudo alicuius loci, non eſt extendenda ad alia loca, in quibus dicta conſuetudo præciſè non viget.*

17 *Teſtis ſimpliciter varius in tortura eius dicto ſtatur, non tamen quando eſt etiam periurus, & contrarius.*

18 *Teſtis ratione periurii eſt omninò inhabilis, & etiam in tortura teſtificanti non creditur contra tertium.*

1 IN imputatione alicujus enormis delicti in perſona qualificata, & legali, præſertim criminis læſæ Maieſtatis requiritur probatio qualificata, ut pœna ordinaria puniri poſſit, & ad præſumendum dictum delictum præcedere
2 debent inditia plenè probata, ut notat in terminis *Elbert.Leonin.conſ.*80.*verſ. confidentes relatus*, per *D. Reg. Valenzuol.in conſ.*163. *num.* 67. loquendo in delicto læſæ Majeſtatis, ibi: Quo enim atrocius, quo majus eſt delictum, & majora argumenta, & indicia præcedere debent priuſquam in ſuſpicionem eius perpetrati veniamus, præſertim in perſona, quæ non longo intervallo per ingentia pericula, ſtrageſque eximiam fidem erga ſuam Majeſtatem, & Rem-

Rempublicam exhibuit quæque tàm
claro eſt ſtemmate, ut non ſit veriſimi-
le tanti delicti cogitationem in eum in-
cidere potuiſſe comprobat Roland. cōſ.
1.num.91. & 92.
3 In materia probationum. In primis
conſideranda eſt inveriſimilitudo l. cū
de ætate ff.de probationib. l.ob carmen
§.fin.ff.de teſtibus,Cravetta conſ.73.nu.
4 41. Adeò ut quoties motus Iudicis nō
poteſt concurrere cum probatione non
veriſimili, pro nihilo habenda eſt pro-
batio, quamvis ſit concludens, ut ſunt
verba Ludovici Moretii conſ.99. num.
10.Iterum Cravetta conſ.6.num.23.ubi
ait: non eſſe credendum teſtibus dicē-
tibus aliquem ſubornaſſe teſtem ad itá
deponendum de quadam feneſtra pa-
lam, & publicè audientibus aliis quaſi
veriſimile non ſit quod auſus quiſquā
fuerit ſcelus adeò enorme palā atten-
tare, & ideò huius rei probationem nō
recipi tamquam non veriſimilem, niſi
eum diceremus inſanum fuiſſe, aut
planè furioſum, quem ſequitur Mo-
retius dicto conſilio 99. num. 11. Ità
5 ut ſi condemnatio ſit facienda per in-
ditia, pœna ordinaria locum habere
non poſſit, ſed tantum arbitraria,
ut per Gigant.de crimine læſæ Maieſta-
tis, tit. quomodo, & per quos probetur
crimen læſæ Maieſtatis q.29.nu.3. ibi:
Cùm crimen læſæ maieſtatis ſit crimen
enormisſimum, & gravisſimum, maio-
res,& evidentiores in eo præſumptio-
nes, ac aperta indicia requiri dixerim,
& nu.4. ibi: ſciendum tamen eſt, quod
quando quis præſumptionibus,& indi-
ciis condemnatur Iudex temperare de-
bet ſuam ſententiam, & non debet cō-
demnare reum ordinaria pœna ex not.
per Innocent. in cap. quia veriſimile de
præſumptionibus. Comprobat Decian.
tom.2. tract. crimin. cap.45. num.1. ibi.
6 Quod licet in aliis delictis, quæ ſunt
difficilis probationis, leviores ſufficiāt
probationes, & cōiecturæ, ut per Bart.
in l.ſi quis ex argentariis,§.penult.ff.de
edendo,& in l.ſi quando,C.undè vi; At-
tamen in hoc crimine cùm ſit gravisſi-
mum, & ideò ſævioribus pœnis punia-
tur præſumptiones debent eſſe vehe-
mentiores cap.literas, ubi bona gloſ. de
præſumpt. & ibi omnes, & maximè Pa-
normit.num.3.in verſic. nota, quod ſu-
ſpicio, ubi quod quantò crimen eſt gra-
vius ibi probationes vehementiores eſ-
7 ſe debent, neque ſufficiat adeſſe indi-
tia, niſi plenè fuiſſent probata, ut in
terminis notat dictus D.Valenzuola in
d.conſ.163.num.16.ibi: & quod inditiū
quodlibet ſit benè probatū, eſt gloſ.cō-
muniter approbata in l. ultima, Cod. fa-
mil. erciſcunde, Bart. & cæteri in l. fin.
ff.de quæſtion.Alexand.conſ.13.num.19
lib.1.& conſ.138.num.4.conſ.216.nu.8.
lib.6.Cæpoll.conſ.crimin.32.n.10.Thom.
Grammat.voto 22.num.1. Gigas,& alii
relati per eundem Valenz.d.num.16.Fa-
rin.in praxi 4.p. q.118.num. 22. Quod
in crimine læſæ Majeſtatis propter e-
normitatem præſumptiones debent eſ-
ſe evidentiores, & vehementiores per
regulam text. in cap. ubi periculum de
elect.Maſcard.concluſ.462. n.21.
8 Depoſitio complicis ſine tortura in
capite proprio ſolùm facit indicium ad
formandam inquiſitionem, affirmant
omnes, & teſtatur Marſil.in conſ.12. n.
38.& conſ.15.num.5.& 6.& conſ.28.n.
16.Grammat.conſ.21.nu.8.Roland.conſ.
51.nu.28.& conſ.73.nu.20. Menoch.de
arbitr.lib.2.centur.5.caſu 474. qui n.42.
9 cōcludit tale indiciū reſultans ex depo-
ſitione complicis facilè dilui poſſe,pro-
bando bonam famam nominati, & itá
in ſpecie ſcripſerunt Marſil. ubi ſupra
Grammat.d.conſ.21.num.10.& conſ.38
num.18.& conſ.44.num.4.in criminali-
bus, Pariſ. conſ.151. num.13. lib. 4. &
Soccin.jun.conſ.34.num.66. lib.2. Fari-
nacc.d.conſ.79.num.22. ibi: quæ quidē
10 bona fama, prout in jure notiſſimum
eſt omnes ſuſpictiones, & præſumptio-
nes liquefacit. Nàm bona vita, & fa-
ma, & ſanguinis nobilitas ſecum ha-
bēt de iure tàm efficacem præſumptio-
nem,ut excludant calumnias,ſiniſtraſq;
ſuſpictiones, quæ in contrarium adduci
velint argum.l.quid ſi nolit, §. qui man-
cipia,ff.de ædilitio edicto,ibi: Præſump-
tum, etenim eſt quoſdam ſervos bo-
nos eſſe, quia nationis ſunt non infa-
matæ cap.fin.de conſecrat. diſtinct. 5. ut

ait *Regens Valenz. in conſ.163.num.92.*
cum DD.per ipſum allegatis.

11 Et licèt in crimine læſæ Maieſtatis
diſpenſetur circa inhabilitatem perſo-
næ non tamen reperitur diſpenſatum
circa inhabilitatem dictorum, aut te-
ſtimoniorum, quando in teſtibus eſſet
contrarietas, aut periurium, *Bertaz.*
conſ.39.num.14.& conſ.40. num.12. &
conſ.61. num.10. Menoch. de præſumpt.
lib.1.q.85.num.74.Roland.conſ.16. n.9.
& ſeq. & conſ.73.num.6.& ſeq.& n.18,
ibi : quod hæc eſt indubitata concluſio
juris, *Ceſal.conſ.204.n.32. & conſ.253.*
num.6.Burſat.conſ.20. num.61. & conſ.
79.num.11,

Et in terminis adeſt celebre conſiliũ
Farin.79.nu.3. qui profert hæc verba,
ibi : *Et magis in ſpecie de ſocio criminis,*
12 *qui primo examinatus negaverit deli-*
ctum quo ad ſe, & quo ad alios, vel de
ſe confeſſus delictum, complices reticue-
rit, ſi poſtea tortus, aut ſpontè varian-
do à prima depoſitione ſocios nominave-
rit, quod talis nominatio nullum pror-
ſus facit indicium ſcripſerunt, Carrer.in
pract.crimin. in 2. tract. de indiciis ad
torturam, §.ità cum indicium num.18.
Grammat.vot.34.num.10.& ſeq.Decius
conſ.189.num.8. Natta conſ. 298. nu.7.
in fine,& ſeq.Cephal.conſ.233. num.14.
& ſeq.et conſ.234.num.9.& ſeq.Bertaz.
*conſ.28.num.4.& conſ.341.num.27.*ubi
quod iſto caſu, quod talis depoſitio fa-
13 cit inditium ad inquirendum, quia
per torturam non purgatur perjurium
in criminalibus *Ruinus conſ.146.num.2*
& 4.lib.5.Aymon.conſ.6.num.16.& 46
*Roland.conſ.16.num.9.*cum aliis relatis
per *Farin. in conſ.99.num.66.& D.Va-*
lenz.d.conſ.163.num.57.

14 Nec obſtat *text.in cap. accuſatus, §.*
licèt verò de haret.in 6. Nàm habet lo-
cum in crimine læſæ Majeſtatis Divinę
favore fidei, non autem in crimine Ma-
ieſtatis humanæ, & ſolùm ſortitur ef-
fectum in caſu, de quo loquitur, nec
extenditur ad caſum diverſum, notat
gloſ. in verbo poſtmodum in dicto §. licèt
quod comprobat in terminis *Maſcard.*
concluſ.462.nu.29.verſ. huic controver-
ſia videtur comprobari, atque decidi ſẽ-
tentia Pontificis in d. c.accuſatus,§.licèt
verò de hæret.in 6. ubi admittuntur te-
ſtes perjuri, quod tamen non obſtat,
nec ullam vim facit, nam ibi admittũ-
tur teſtes periuri, qui celaverunt veri-
tatem, quando ſcilicet appareret, quod
indiciis manifeſtis ex ſola fide, non ani-
mi levitate, aut odii fomite revelarent
quod primò celaverãt, ut aſſeruit *Cra-*
*vetta d.conſ.6.n.58.*quæ ratio õninò nõ
venit conſiderãda in crimine læſæ Ma-
ieſtatis humanæ. Et quamvis *Iulius*
Clar.in pract.crim. §.fin. q. 21.verſ.
ſcias, & Boſſius in ſuo tract. criminal.
tit. de indiciis num. 156. dicant, quod
ex conſuetudine poteſt procedi ex di-
cto ſocii criminis periuri ad inquiſitio-
nem, & plerumque etiam ad torturam.
Nàm dicta doctrina eſt ab omnibus re-
probata, & talem conſuetudinem tan-
quam irrationabilem nunquam obſer-
vandam, ponderant in terminis *Ro-*
land.conſ.98. vol.4. à num. 25, ibi : Et
ex eo, quod quis iurat, Ius eſt acqui-
ſitum Deo, *Abb. in cap. quanto de jure*
iurando,et Marſilius *ubi ſupra,*ſequitur,
quod ex contraventione iuramẽti quis
efficitur infidelis Deo, ergò huiuſmodi
15 conſuetudo tamquam irrationabilis
nutritiva peccati, & dans materiam de-
linquendi non debet valere per ea, quę
notat *Cravett.in conſ. 116. num.4.* nàm
cum non contineat honeſtatem, non
debet valere *Cravett.conſ.137. num.4.*
Vel ſaltim prædicti *DD.* loquuti fuerũt
de conſuetudine Mediolani, ubi fuerũt
Senatores, ità ut procedit tantùm in
illa Curia, non autem in aliis locis *Ro-*
land.conſ.98.num.23.vol.4. et conſ.94.
per ea, quæ dixit *Gualt. caut. 35. in tit.*
de ſubſtit. ubi concordando opiniones,
an Doctori atteſtanti de conſuetudine
ſit credendum, dicit ſtandum eſſe Do-
ctori atteſtanti de conſuetudine, in qua
verſatus eſt Doctor, non autem in aliis
locis ſequitur *Antonius Gabriel. in ſuis*
commun.opin.in tit.de probat. concluſ. 4.
num.3.Burſat.conſ.20. num.61. et conſ.
34.num.8.et 75. ubi ait hanc eſſe com-
munem, & *Farin.in conſ.99. num. 64.*
dicit quod non obſtat allegata conſue-
tudo torquendi reos ex aſſertione ſocii
cri-

criminis etiam periuri, de qua *Boſſius*
16 *Clar. Ioſeph Ludoviſ. & Bonacoſſa*, quoniam talem conſuetudinem non eſſe extendendam ad alia loca, in quibus conſuetudo præcisè non viget contra Boſſium, & Clarum ſcriptum præcisè reliquerunt *Laurent. Kircov. in cōmun. opinion. cent. 4. concluſ. 39. in fine, Rolan. d. conſ. 94. num. 21. in fine, & concluſ. 98. num. 22. lib. 4. Bertaz. conſ. 156. num. 5. & ſeq. lib. 1.* qui amplius affirmant talē conſuetudinem tamquam irrationabilem, & peccati nutritivam non valere, nec eſſe attendendam.
17 Et *Cacher. conſ. 65. num. 32. ait*, quod licèt dicto teſtis in tortura ſtatur, quando eſt ſimpliciter varius, non tamen quando eſt etiam periurus, & contra-
18 rius, quia tunc teſti etiam in tortura teſtificanti non creditur cōtra tertium, quia ratione periurii eſt omninò inhabilis, & *d. n.* in fine prębet rationem ibi: Nàm ubi eſt periurus iuramenti religio nulla in eo conſiderari poteſt, ideò ſine juramento videtur deponere, & cui dubium, quod ſi teſtes deponerent, etiam in tortura ſine iuramento non probarent, *Cravetta conſ. 6. num. 16.* allegans *Bart. Bald. Alexand. & alios.*

OBSERVATIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas à Principe promiſſa ſocio vel Auctori (cum clauſula, quod ponat in clarum) an concedenda ſit, ſi inditia ad torturam fiſco miniſtrat.*
2 *Lex ea probatione contenta eſt, quæ haberi poteſt.*

1 IMmunitas Principis Banno promiſſa criminis ſocio, vel authori, ità quod ponat in clarum, an concedenda ei ſit, qui cum author fuerit, vel ex cōplicibus inditia ad torturam miniſtrat Fiſco, vel potius furcis condemnandus ſit, dum commiſſum, & detectum á ſe crimen non probavit? *Giurba in conſil. crim. 22. num. 21.* affirmat opinionem rem omnem á reo probatam ſatis eſſe, ſi inditia ad torturam ſubminiſtret, allegans, *Abb. in cap. cum inter de purgat. canon.* & idem *Giurb. in con. 81. Gama deciſ. 179. num. 1. & 2.* lex enim ea pro-
2 batione contenta eſt, quę haberi poteſt, ut fundat *d. Giurba in conſ. prædicto. 22.*

OBSERVATIO L.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia oritur inter teſtem, & eum, contra quem teſtis in criminalibus deponit.*
2 *Inimicitia indiſtinctè oritur ex parte eius contra quem teſtis examinatur, etiam quod coactus deponat, ſed ex parte teſtis non præſumitur inimicus, niſi ſpontè ſe obtulerit ad examinandum.*
3 *Inimicitia capitalis, quæ deſcendit ex petitione univerſali bonorum eſt ſufficiens inditium ad inquirendum.*
4 *Inimicitia eſt etiam ſufficiens indicium ad torquendum, ſi cum ea concurrit aliud indicium, vel adminiculum, nàm ſola inimicitia non eſt ſufficiens ad torturam.*

1 INimicitia oritur inter teſtem, & eū, contra quem teſtis deponit ex teſtimonio prolato in cauſa criminali, itá *Farin. in tit. de indit. & tortur. q. 46. nu.*
2 *76. & 77.* limitat, ut ex parte ejus, contra quem teſtis examinatur indiſtinctè oritur inimicitia, etiam quod coactus deponat, ſed ex parte teſtis nō dicitur, nec præſumitur inimicus, niſi ſpontè obtulerit ad examinandum.
3 Inimicitia capitalis, quæ deſcendit ex petitione univerſali bonorū eſt ſufficiens inditium, non ſolum ad inquirendum, verum etiam ad torquendum,
4 ſi cum dicta gravi inimicitia concurrit aliud inditium, vel adminiculum, nàm ſola inimicitia non eſt ſufficiens inditiū ad torturam, *Gomes. in tit. de delictis cap. 13. n. 11.*

OBSERVATIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Inditiū ſufficiens nō eſt ad condemnationem, ſi teſtis unicus jurato deponat de corpore delicti.*

2 *Teſtis unicus omni exceptione maior deponens facit inditium ad torturam.*

3 *Teſtis de viſu regulariter facit ſemiplenam probationem, & cum aliis teſtibus de auditu, & mala fama inquiſiti ſufficit, ut pœna ordinaria puniri poſſit.*

1 Indicium ſufficiens non eſt ad condemnationem, ſi teſtis unicus fide dignus iurato deponat de viſu de ipſo facto, & de corpore delicti, nā, & uni-
2 cus teſtis ōni exceptione maior de viſu deponens, indicium facit tātū ad torturam, *l. maritus, ff. de quæſtionibus, Iul. Clar. in practica, §. fin. q. 21. verſ. unus teſtis*, ubi multos allegat *Farinacius q. 36. num. 225. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 894. num. 5. & lib. 3. concluſ. 360*
3 *num. 5.* & unum teſtem de viſu regulariter facere ſemiplenam probationem aſſerit, & probat *Anton. Gomez. var. reſolut. tom. 3. cap. 12. num. 2.* cum qua ſemiplena probatione ſi concurrat aliud adminiculum, veluti alii teſtes de auditu, & mala fama inquiſiti, aut ſanguinis reperti confeſsionem rei ſufficiēter indiciis veſtitam eſſe ita ut à Iudice hoc caſu ordinaria pœna tutò dictari queat ait *Carzov. in praxi q. 16. p. 1. n. 27.*

OBSERVATIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex contemptus pœnali judicio compellit contemnentes ad obediendum.*

2 *Iudex tam ſæcularis, quàm eccleſiaſticus poteſt mulctare impedientem ſuā juriſdictionem.*

3 *Iudex delegatus habet juriſdictionem contra impedientem ſuam juriſdictionem.*

4 *Iudex delegatus non poteſt punire teſtes coram eo falſum deponentes, niſi falſitas induceret turbationem ſuæ iuriſdictionis.*

1 Iudex contemptus pœnali judicio cōpellit contēnentes ad obediendum, *l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non obtemp. l. ſi familia ibi: Et contempta majeſtas Præ-*
2 *toris vindicatur, ff. de iuriſd. omnium Iudic.* Quod procedit tam de jure civili, quàm canonico, & ſic tàm in Iudice ſæculari, quàm eccleſiaſtico, qui poteſt mulctare impedientem ſuam juriſdictionem *cap. 1. de officio deleg.* ubi plenè *Felin. & Dec. poſt alios*, & eſt *tex. in cap. 1. de pœnis in 6.* per quæ ità *Roman. conſ. 343. ex propoſito in fine. Tuſc. lit. I. concluſ. 441. Felin. in cap. 1. de of-*
3 *fic. delegat. nu. 15. ait*; Secundo, declaratio eſt, quod tunc delegatus habeat juriſdictionem in impedientem ſuam
4 juriſdictionem, tamen non poteſt punire teſtes coram eo falſum deponentes, ità voluit *Innocent. in cap. dilectus in fine de pœnis, §. ſi verò ignoti in auth. de teſtibus, & Abbas* idē tenet in *c. præterea in fine eodem*, & hoc limita niſi falſitas induceret turbationem ſuæ juriſdictionis, ità *Abb. in d. c. præterea.*

OBSERVATIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex propter ſcandala evitanda poteſt inhibere, & ſtrictè præcipere, nè quis trāſeat ante domum alicuius, vel antè eam commoretur.*

1 Iudex propter ſcandala evitanda poteſt inhibere, & ſtrictè præcipere, nè quis tranſeat antè domum alicuius, vel antè eam commoretur *Iaſ. in l. quod juſſit in 5. notab. ff. de re iudicata*, & in *l. Curatores, ff. de officio procur. Cæſar. Felin. in rubr. de tregua, & pace nu. 12. col. ultima ad medium, Nevizan. in ſylva nuptiali lib. 1. num. 80. fol. 50.* juxtà pulcram orationem Socratis, incip. omnes cum epiſtola præcedenti, quam fecit de bello fugiendo, & pace ſervanda, de qua Iudex debet eſſe ſollicitus; *Alvarot. in cap. 1. in fine, §. ſi miniſteriales de pace tenenda, Lucas de Penna in l. 1. C. Publicæ letitiæ lib. 12. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 658. n. 7. cum ſeq.*

OB-

OBSERVATIO LIV.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarii ex diſpoſitione juris communis capite puniuntur, qui ob inimicitias, vel prædæ cauſa incenderint intra oppidum, & vivi exuruntur.*

2 *Incendiarii pœna extra .oppidum in perſona boneſta eſt deportationis, in vili verò remigationis.*

3 *Incendiarii, qui doloſè domum incenderint ex Regni Conſtitutionibus pœna capitis plectuntur.*

4 *Incendiarii intus Civitatem magis puniuntur ob periculum, quod reſultat, ſed ſi bomo incendio non periit, ſivè extra Civitatem, ſivè intus pœna arbitraria puniendi ſunt.*

5 *Incendiarii de jure canonico, etiam excomunicantur.*

6 *Incendiarii qui dolo, & nocendi animo incendium fecerint, non ſolum corporaliter ſunt puniendi, ſed ad refectionem damni condemnantur.*

1 INcendiarii ex diſpoſitione juris com-
munis in *l.capitalium,§.incendiarii,ff.*
de pœnis capite puniuntur, qui ob ini-
micitias, vel prædæ cauſa incenderint
intra Oppidum, plerumque, & vivi e-
xuruntur, qui verò caſam, aur villam
aliquo levius, ubi *gloſ. in verbo villam*,
ſcilicet extra oppidum, ad quod addu-
citur *l.3.in fine C.de inceſtis nuptiis*, &
per *l.qui ædes,ff.de incend.ruina,&c.ha-*
betur, qui ædes, aceruumvè frumenti
juxta domum poſitum combuſſerit,
vinctus verberatus igni necare jube-
mus, ſi modo ſciens, prudenſque id
commiſerit; ſi verò caſu, ideſt negli-
gentia, aut noxam ſarcire juberur, aut
ſi minus idoneus ſit levius caſtigatur,
& *Reg. Rovitus in alleg. inſerta in com-*
ment.Pragm.2.de juriſd.ad invicem nõ
2 *turband. num.45.* ait in incendio extra
oppidum eſſe pœnam deportationis in
perſona honeſta; in vili vero remiga-
tionis, allegans dictum *text. in l. capi-*
talium, §.incendiarii, ff. de pœnis, ex
traditis per *Andr. in cõſtit. ſuper inciſio-*
nibus in verbo puniatur, & in conſtit.
qui doloſè, & utrobique per *Afflict.* &
latiſſimè per *Ioſeph. Ludoviſ. deciſ. Pe-*
ruſina 25.num.3.Capyc.dec.27.nu.18.et
3 *in d.Conſtit. qui doloſè domum incende-*
rit capitis pœna plectuntur, veluti incẽ-
diarii, ubi *Andr.de Iſer. ait*, Incendia-
rius domus habitatæ punitur ad mor-
tem, ſi autem comburit alias res in Ci-
vitate ſimiliter, maximè ſi homo pe-
riit, *d.l.qui ædes*, ſi extra Civitatem mi-
tius punitur, *dicta l.capitalium, §.incen-*
diarii, qui ob inimicitias, ff.de pœnis.
4 Ratio autem, quia in Civitate ma-
ius periculum reſultat, quia poſſet to-
ta Civitas comburi, vel verius iure ho-
dierno ſi homo incendio non periit, ſi-
vè extra Civitatem, ſivè intus erit pœ-
na arbitraria puniendus, ſed magis in
Civitate, quàm in villa, nám aliter pu-
nitur, ſi prætenſas domos combuſſiſſet
quàm ſi unum paleare, aliter ſimilis
perſona, cui convenit talia facere, quã
alius, & ſic Iudex videbit qualitatem
perſonæ, & delicti, & extraordinatiè
punit Iudex, *l.penult. ff. de pœnis, & l.*
fin.ff.de furtis, videndus eſt etiam *Af-*
flict.ſuper dicta Conſtit. ſuper inciſioni-
bus, & in deciſ.57. ac etiam *Maſull. ad*
Capyc.in deciſ.27. nu.4. ubi idem cõfir-
mari, & inſuper notandum eſt, quod
incendiarii, quorum malitiam peſſimã
depopulatricem appellat, *text. in cap.*
peſſimam 23.q.8. præter damni reſtitu-
tionem, cui ſunt obnoxii pœna mortis
puniuntur, *d.l.capitaliũ 28. §. incendia-*
rii ff.de pœnis, l.fin. ff.de incendio ruina,
etc., l.data opera. Cod. de bis qui acc.
5 *nõ poſſunt*, & de jure canonico excõmu-
nicantur, *d.cap.peſſimam, & cap. ſi quis*
domum de iniuriis cap. tua nos de ſent.
excom. & eccleſiaſtica immunitate pri-
vãtur, *Gramm.deciſ.3. Afflict. deciſ.57.*
6 *Menoch.de arbitrar.caſu 390.et conſ.53*
vol.1. Hoc tamen quando incendium
dolo, & nocendi animo factum eſt,
quod ſi non ex dolo, ſed culpa eveniet
qui cauſam incendii dedit corporaliter,
non plectitur, ſed quantum incendii fa-
ctum eſſe intereſt condemnatur, *d.l.qui*
ædes, et l.fin.ff.de incendio ruina,&c. l.ſi
mo-

ut certo loco,§.quod verò ſenectute,ff.cōmodati , *Bald.in conſ.441.lib.1.*

OBSERVATIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Inditia ad torturam quæ ſint ?*

1 INditia ad torturā ſūt,v3. Primū,eſt, quando unus teſtis de viſu deponit de ipſo facto, & delicto, ità eſt *gloſ.ſingularis , et ordinaria iuncto text. in l.3. Cod. ad l.Iul.maieſt. in verb. convictus, Bart.in l.1.§.itē Cornelio, ff.de quæſtion. et in l.maritus eodē tit. Hyppol.de Marſil.et alii DD. Abb.Panorm.in cap. at ſi Clerici de iudiciis 4.col. num.14.* confirmatur ratione, quia ſi indicium, quod eſt minus, quàm ſemiplena probatio ſufficit ad torturam, ergo à fortiori unus teſtis de viſu, qui facit ſemiplenam probationem, quod tamen intellige, quando taliſ teſtis eſt fide dignus, & omni exceptione maior, non verò aliás *text.in l.1. §.idem Cornelio, ff. de quæſtionibus .*

Secundum indicium eſt confeſſio extraiudicialis, nàm ſi reus confeſſus eſt crimen extra iudicium, talis confeſſio eſt ſufficiens indicium ad torturā *gloſ.eſt ſingularis in l.capite quinto, ff.de adulteriis in gloſ.finali, Bart. in l.fin.ff. de quæſtionibus 2.col.& in l.quoniam,ff. de his qui notantur infamia, Bald. in l. unica,C.de confeſſis 6.col.num.20. & in l.milites,C.de quæſtionibus 1.col.in fine,* & dicta concluſio eſt intelligenda, ut procedat, & habeat locum, quando confeſſio eſt facta particulariter, & in ſpecie, quia dixit, & confeſſus eſt ſe occidiſſe talem hominem, vel feciſſe tale furtum, ſecus tamen eſt, ſi in genere,quia dixit : & confeſſus eſt ſe occidiſſe hominem quendam,vel feciſſe quoddam furtum, quia talis confeſſio generica,& indiſcreta, non facit inditium ad torturam, ità ſingulariter tenet,& declarat *Bald.in l.quoniam,ff.de his qui not.infam. penult. col. verſ.5.* & ultimò quæro,quod *Anton. Gomez* reputat ſingulare,& quotidianum, & ratio eſt, quia ſicut in delictis confesſio pura,& expreſſa facta in iudicio,ad hoc ut plenè probet, requiritur quod ſit liquida,& certa,& conſtet de re, & perſona,ut in *l.1.§.item illud.ff. ad Sillan.* Ità eodem modo confesſio extraiudicialis,ut cauſet, & operetur inditium ad torturam, requiritur quod ſit certa, & liquida,& contineat rem, vel perſonam,ut melius,& apertius conſtet de veritate, cùm nemo in delictis poſſit ſibi præiudicare contra veritatē aliquid dicendo,vel aſſerendo,ut in *l.1.§.ſi quis ultro,ff.de quæſtion.*& limitatur etiam ſi reus revocaverit talem confeſſionem extraiudicialem, quia tunc non poterit torqueri; nec aliquem effectum operabitur, *argum.textus in cap. at ſi Clerici de Iudiciis*, ſed dicta limitatio improbatur per *Gomeſ.* ſubdens, quod dicta confesſio extraiudicialis eſt ſufficiens inditium ad torturam,& ex tali confeſſione ſtatim videtur ius probationis parti,vel Fiſco accquiſitum, ergò non poteſt revocari effectus torturæ jā productus, & cauſatus eis auferri, *argum. text.in l.fin. ff.de pactis cum ſimilibus*, & in tantum eſt verum, quod confeſſio extraiudicialis eſt ſufficiens inditiū ad torturā, ut ſi reus poſitus in tormēto confiteatur delictum,non requiritur poſtea alia perſeverātia,vel ratificatio, quia ſufficit iſta confesſio extraiudicialis,quæ præcesſit,ut poſteà plenè probet confeſſio, quæ ſequitur in tormento,ut reus diffinitivè condemnetur ſine aliqua alia ratificatione, licèt alias ſēper regulariter requiratur, quod poſitus ſit in tormento ratione aliorum inditiorum,ut confiteatur delictum, ut in *l.1.§.Divus Severus, ff.de quæſtionibus,* ſed *dictus Gomeſ.* ſubſtinet contrariam opinionem, ſcilicet requiri ratificationem, ſubdens, quod depoſitio Sacerdotis de confesſione ſibi facta nō probat, quia eſt facta ſoli Deo; Verùm ſi fuerit dictum extra confesſionem, licet ſub ſigillo confesſionis,quia tunc tenetur veritatem revelare, *Innoc. in cap. qualiter,& quando gloſ.1.de accuſat.2. col.*

Tertium inditium eſt fama, nám ſi

poſt

poſt delictum commiſſum in aliquo loco ſit publica vox,&fama inter omnes, vel maiorem partem eorum in illo loco, quod talis reus commiſit delictum illud, & talis fama probetur per duos teſtes, qui ſufficienter deponant, & reddant rationem dicendo, quod ità communiter, & publicè audiverunt, & ità ſe habet publica vox, & fama, talis fama eſt ſufficiens inditium ad torturam, ità probat *text.in l.de minore,§.tormēta,ff.de quæſtion.*& ibi *gloſ. ordinaria, Bart.* & communiter *DD.in l.8.§.eiuſdem.ff.de teſtibus cum aliis adductis per Gomez.in cap. de tortura.*

Quartum inditium eſt fuga, nàm ſi quis poſt commiſſum delictum aufugiat præſumitur contra eum, quod illud commiſit,& perconſequens eſt ſufficiens inditium ad torturam, *text. eſt capitalis,& expreſſus in l.Cornelia, ff.ad ſillan.text.in l.impuberibus,§.pen.& fin. ff.de ſuſpect.tutor.*

Quintum indicium eſt inimicitia,nō ſola, ſed cum aliis adminiculis, nam ſi aliquis eſſet inimicus alterius, & minatus eſt ei, vel fecit aliqua præparamenta,ut emere arma,vel viſus tranſire armatus per locum, ubi erat offenſus tempore quo commiſſum fuit delictum, vel fortè paulò antè abſtulit à domo ſua res magis pretioſas, & poſteà ille aliter reperiatur occiſus,vel offenſus, præſumitur, quod prædictus inimicus eius fecit,&commiſit illud delictum, & eſt ſufficiens inditium ad torturam, ità probat *text.in l.1.§.præterea.ff.de quæſtion.text.in l.3.§.eiuſdem quoque, ff. de teſtibus, text.in l.1.§.expilatores, ff.de effract.*

Sextum inditium eſt, quando quis viſus eſt exire de aliqua domo,vel loco cum enſe,vel gladio evaginato, & reperiatur aliquis mortuus, vel vulneratus, quia præſumitur,quod ipſe fugiēs fecit,& erit ſufficiens inditium ad torturam, hoc tenet *Angel. de Peruſio in l. 1.ff.de furtis, Paul.de Caſtro, & alii DD.in l.fin. C. de probat.*

Septimū inditium eſt in delicto furti, quando res furtiva ſit reperta penes aliquem,quia ex hoc præſumitur,quod ipſe ſubtraxit, ſit ſufficiens inditium ad torturā, ità probat *text.in l.in civile, C.de furtis, & text.in l.civile, Cod. eodem tit.* Quod tamen intellige,quando talis poſſeſſor ſit perſona vilis, & levis opinionis,ſecùs ſi ſit bonæ famæ, & opinionis, quia tunc non erit ſufficiens indicium ad torturam; item ſi ſit officialis publicus, qui ſolitus ſit emere, & vendere,vel ſi oſtendat auctorē, & ſic venditorem, à quo emit, vel habuit rem, quia tunc excuſatur.

Octavum indicicium eſt, ſi poſt furtum commiſſum reperiatur aliquis vicinus, qui habet notam domum, vel locum, in quo furtum eſt commiſſum, &ibi aſſiduè converſabatur, & ultra hoc erat pauper,& vilis perſona,& poſt furtum commiſſum reperiatur dives, quia ex hoc reſultat maxima præſumptio, & ſufficiens indicium ad torturam, *argum.text.in l. Dominus horreorum, ff. locati text.in l. Quintus Mutius 52.ff. de donat.inter virum,& uxorem.*

Nonum inditium poteſt eſſe,quādoquis recenter eſt interfectus, & non apparet á quo, & per Iudicem adducuntur aliquæ perſonæ coram eo de per ſe, & coram una,& non alia ſanguis interfecti ſtatim effluxerit, & cauſatur quidem in corpore interfecti,& per vulnera eius ſanguis emittitur, nám illud videtur ſufficiens indicium, ut capiatur, & torqueatur, ità tenet *Nicol. Florentin.ſerm.5.tract. cap. 6.* quia de hoc teſtatur, quod tempore ſuo ſanguis emanavit in præſentia interfectoris, & ex hoc fuit captus,tortus,& confeſſus delictum, & diffinitivè condemnatus, ſed non tamen placet Domino *Gomez, nu. 15.* & tenet contrarium.

OBSERVATIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in inferenda tortura, quæ conſiderare debet.*
2 *Iudex in dubio, debet eſſe pronior in mitiorem pœnam.*
3 *Iudex tenetur ex officio inquirere, procedere, & accuſare.ſi offenſus non accuſat,*

cuſat, vel ſi ab accuſatione propoſita deſiſtat.

4 *Iudicium criminale factum à procuratore, eſt omninò nullum, etiam non appoſita exceptione.*

1 IVdex in inferendo torturam conſiderare debet ætatem, fortitudinem, & debilitatem torquendi, & ſic procedere poterit, prout convenire videbitur *l.3.§ fin. ff. de re militari l. ſi quis in gravi, §. puberes, ff. ad ſyllan.* imò Iudices ſemper in quæſtionibus debent habere modum inculpatæ ſeveritatis, & ſecundum terminos legales, quia Iudex ipſe non debet eſſe clementior lege *Bald. in l. eum fratrem, C. de his quibus ut indigni, Iacob. de Novell. in tract. ſuo defenſionum in q. an indicia danda ſint reo n.16.*

2 Iudex in dubio tamen ſemper pronior ſit ad mitiorem pœnam, meliusq; putet propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem, *l. abſentem, ff. de pœnis, l. interpretatione, ff. eodem tit. can. allegant. 26. quæſt. 7. Carzov. in praxi de pœna homicidii. n.78.*

3 Iudex tenetur ex officio inquirere, procedere, & accuſare, ſi offenſus non accuſat, vel ſi ab accuſatione propoſita deſiſtat, ità probat *text. capitalis, & expreſſus in l. congruit, ff. de officio Præſidis, & in l. item apud labeonem, §. ſi quis fecit. ff. de iniuriis.*

4 Iudicium criminale factum cum procuratore eſt omninò nullum, etiam non oppoſita exceptione argumento, *text. in l. penultima, §. ad crimen, ff. de publicis iudiciis*, ubi ait *text.* quod in cauſa criminali fruſtra intervenit procurator, & ſic denotat nullitatem actus.

OBSERVATIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices civilem tantùm juriſdictionē habentes punire non poſſunt teſtes falſum coram ipſis deponentes in cauſa civili.*

2 *Iudex in criminalibus non debet credere dicto alterius, ſed debet inquirere per ſe, & in criminalibus non judicatur exemplis.*

1 IVdices civilem tantum juriſdictionē habentes punire non poſſunt teſtes coram ipſis falſum deponentes in civili cauſa *Caball. reſol. criminalium cent. 2. caſu 116.* & per *Bart. in l. ſi quis obrepſerit in fine num. 5. & in l. ſequenti, incip. Divus Pius num. 4. verſic. ultimo quæro, ff. ad l. Corn. de falſis*, ſequuntur *Caſtrenſis in l. nullum num. 4. verſ. in text. ibi: Data cunctis Iudicibus, C. de teſtib. & de Franch. in dec. 147. n.6.*

2 Iudex in criminalibus non debet eredere dicto alterius, ſed debet inquirere per ſe, & in criminalibus non judicatur exemplis, & ſimplici relatione, & etiam ſi perſona referentis ſit publica non creditur, ſed de veritate cognoſcitur, ad *text. in l. ſinguli, Cod. de accuſat.*

OBSERVATIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus factus Chriſtianus an poſſit moleſtari, & puniri de delictis per eū commiſſis ante ſuſceptum baptiſmum?*

1 IVdæus factus Chriſtianus, an poſſit moleſtari, & puniri de delictis per eum commiſſis antè ſuſceptum baptiſmum? Affirmativam ſequutus eſt *Decius in conſ. 130. per totum*, & hæc eſt verior in puncto juris, tamen contrariā ſequuti ſunt, *Clar. in pract. crimin. q. 51 in fine num. 19. verſ. ultimo quæro*, quando tamen non appareret, quod delinquens ſuſcepiſſet baptiſmum in fraudē, & ità etiam tenet *Angel. de Vbaldo jun. inter conſ. crim. diverſ. ultimo loco impreſſa in magna forma tom. 2. conſ. 31. incip. Quidem Hæbreus per totum*, & ſic ſequutus eſt, & refert *Caball. reſol. criminal. caſu 113. nu. 4. in fine.*

OB-

OBSERVATIO LIX.

SVMMARIVM

1 *Iuriſdictio Maris cuius ſit?*

1 IVriſdictio maris adiacentis Civitatis
in ſpiritualibus,& eccleſiaſticis cri-
minibus ad Epiſcopum, in profanis ad
eum, qui habet dominium in terra ad-
jacenti ſpectat, & reſolutum fuit ex *l.*
*unica, C.de claſſicis lib.*11.ubi *Bart.An-*
gel.Lucas de Penna, & Io:de Platea,
& idem *Bart.in tract.de Inſula num.*1.
Cepoll.de ſtatu. ruſticor. prædior.tit. de
*mari num.*12.*&* 13.

OBSERVATIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Craſſatores itinerum eccleſiaſtica im-*
munitate non gaudent vigore Bullæ
Gregorii XIV.
2 *Latrones publici in Regno puniuntur à*
capientibus,nec remittuntur baronibus
3 *Remiſſio publicorum latronum non fit ad*
Dominos originis, aut domicilii ob ne-
gligentiam adhibitam in capiẽdo di-
ctos latrones.
4 *Simulatio,nec ferri poteſt,nec debet in*
præiudicium Reipublicæ, cuius hoſtes
ſunt fures, & latrones.
5 *Devolvuntur in pœnam negligentiæ,*
Baronum.

1 LAtrones in itinere viatores aggreſſi
in Provincia Calabriæ Vltra an-
nis elapſis fuerunt obſeſſi in Eccleſia
Monaſterii Cappuccinorum, & ſervatis
ſervandis, & verificatis verificãdis jux-
tà formam Bullæ Gregorii XIV. felicis
recordationis,quò ad cõfugiẽtes ad Ec-
cleſiã fuerũt ad Curiam ſecularem re-
miſſi, ex quo non gaudebant refugio;
Inſtabant poſtea pro parte Ducis Mon-
tis Leonis, remitti ad eius Curiam
nàm in fortiis Regiæ Audientiæ deti-
nebantur, & fuit denegatata remiſſio
2 Ea ratione, quia latrones publici in
Regno puniuntur à capiente, nec re-
mittunrur Baronibus *Bart. in l.ſi domi-*
*nium ff.de furtis.de Franchis deciſ.*723
*num.*15.*Reg.Rovit. ſuper Pragm. in tit.*
*ubi de delicto agi opor.Pragm.*5. *num.* 1.
de quo Barones conqueri non poſſunt,
quia ſi alias diſrubatores viarũ capiun-
tur, non tenentur ad ſuos Dominos re-
mitti, *Anna ſingul.*438.*Ludov.à Pegue-*
*ra deciſ.*28.*per tot.* quos omnes refert,
2 & ſequitur *Maſtrill.deciſ.*147.& meri-
tò nõ fit remiſſio ad dominos originis,
aut domicilii ob negligentiam adhibi-
tam ad capiendos ipſos Craſſatores, tũ
quia jure merito reperiuntur multa ſta-
tuta ad ſupplendam inferiorum Iudicũ
negligentiam,quorum ignavia,deſidia,
4 vel ſimulatio, nec ferri poteſt, nec de-
bet in præiudicium Reipublicæ, cuius
hoſtes ſunt fures, & latrones, *Vivius*
*deciſ.*232.*&* 302. latè *Maſtrill.de Ma-*
*giſtrat.lib.*6.*cap.*10.*nu.*43.*& deciſ.*236.
5 *nu.*14. in tantum, quod in pœnam ne-
gligentię cauſa devolvitur *Andr.in cap.*
Imperialẽ,§.præterea ſi inter duos depro-
hib.feudor.alienat. per Feder. cum ſimil.

OBSERVATIO LXI.

SVMMARIVM

1 *Mandatum ad delictum non præſu-*
mitur, etiam commiſſum per famulũ,
amicum,vel filium.

1 MAndatum ad delictum non præ-
ſumitur, etiam commiſſum per
famulum,amicum,vel filium, *Bald.in*
*conſ.*98. *num.*8. *lib.*1. *Paris de Puteo de*
ſyndicatu indit. ad tortur.verſic.manda-
*vit ſub num.*9.*inter tract.tom.*7.*fol.*326.
Io: de Anania conſ. 59. *col. penult. cap.*
cum ad ſedem de reſtit.ſpoliat. Simon de
*Petris conſ.*15. *num.*39. *lib.*1. *Guazzin.*
*ad defenſ.reorum. defenſ.*32.*cap.*30.*n.*4.
*Ant.Gomez tit.de delictis cap.*3.*num.*47
*Natta conſ.*469.*num.*2.*vol.*3.

OBSERVATIO LXII.

SUMMARIUM.

1 *Mandans excuſatur, & non tenetur quando mãdatarius exceſſit fines mãdati, quod procedit quoad pœnam ordinariam, non autem quoad pœnam extraordinariam, num.2.*

3 *Mandans, qui mandat aliquem vulnerari, ſi mandatarius vulnerando occidit, tenetur de occiſo.*

4 *Maritus uxorem occidens, committit parricidium, & videtur ſe ipſum occidere, qui necat uxorem.*

5 *Marito licet uxorem deprehenſam in adulterio occidere ſine pœna, hoc tamen intelligitur in continenti.*

1 MAndans excuſatur, & non tenetur, quando mandatarius exceſſit fines mandati, *argum. text. in l. cum mandati, C. mandati, & in cap. ſignificavit de pœnitentia, & remisſione, Carrer. in practica in 3. tract. de homicidio, & aſſaſſin.* §. *tertium de cauſis excuſantibus lib.* 1.

2 Et regula prædicta procedit, quoad pœnam ordinariam, non autem quoad extraordinariã, quã mandans effugere nullo pacto poteſt, etiam quod id quòd mandatur ſit tale, quod in poſſe mandatarii erat non excedere; Exemplum mando aliquem pugno, alapha, ſeù baculo percuti, mandatarius credens mihi magis complacere, vulnerat, ſeù occidit, certè abſurdum eſt dicere, quod teneatur de vulnere, ſeù de occiſo, cum quid tale non mandaverit, ſic & etiam quod nulla teneatur pœna, quia negari non poteſt, quod ſaltim ſine culpa mandando quid illicitum, & ideò debet teneri pœna extraordinaria, etiam de eo, quod ſequutum eſt præter ſuã intentionem, ſecundum doctrinã *Baldi in l. ſi quis mihi bona,* §. *aliter, ff. de acquirend. hered. Gramm. conſ. crimin.* 20. *num.* 2. *in fine, Iaſ. in conſ.* 188. *nu.* 3. *lib.* 2. *Clar. in practic.* §. *fin. q.* 89. *nu.* 5. *verſ. pone aliquis,* ubi de communi *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 352. *num.* 3. *Decian, in tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 36. *num.* 6. non enim credendum eſt, mandantem voluiſſe occidi eum, quem ſolum baſtonari juſſerat, ſecundum *l. cum mandati, verſ. item in delictis, C. mandati.* Quamvis contrarium dixiſſe videatur *Paulus Grillan. in tract. de ſortilegiis q.* 12. *num.* 13. *in fine, & Anton. Gomez de delictis cap.* 3. *rubr. de homicidio nu.* 18. *in fine.*

3 Limitatur tamen regula prædicta in eo, qui mandat aliquem vulnerari, nã ſi mandatarius vulnerando occidit, mãdans tenetur de occiſo, quia cogitare debebat, quod ex vulneribus facilè ſequi potuerit mors, ſecundũ *Aretinum, in l. ſi quis mihi bona,* §. *ſi coram num.* 12 *verſ. ſi autem aliquis mandaret, ff. de acquirenda hered.* cum aliis ampliationibus, & limitationibus adductis per *Farin. in praxi crimin. q.* 135. *p.* 4.

4 Maritus occidens uxorem committit parricidium, ex *l.* 1. *ibi virum uxorẽ, ff. ad l. Pompeiam de parricid. gloſ. in* §. *alia, inſtit. de public. judic.* & videtur ſe ipſum occidere, qui necat uxorem, ad *text. in cap. admonere* 33. *q.* 2. *ibi:* nàm occidiſti uxorem tuam, partem corporis tui, ad *l. adverſus, C. de crim. expil. hered.* & incurrit in pœnam capitalem *d. l.* 1. *& pen. ff. ad l. pomp. de parricid. Farin.*

5 *de homicidio q.* 120. nàm licet occidere uxorem in adulterio deprehenſam ſine pœna, *l. nec in ea,* §. *fin. verſ. ideò autem, ff. ad l. Iul. de adulter.* ſicut patri licet, *l. patri, ff. ad l. Iuliam de adulteriis,* & ſi ex *text. in l. ſi quis in gravi,* §. *ſi maritus, ff. ad ſyllan.* probatur eſſe ignoſcendũ marito, qui uxorem in adulterio deprehenſam occidit, *DD.* aiunt excuſari à pœna mortis naturalis ex vi *l. Corneliæ de parricid.* ſed erit puniendus pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, & ſi in actu adulterii ipſam necat, *l. ſi adulterium cum inceſtu,* §. *Imperatores, ff. ad l. Iul. de adult.* & licet ex Conſtitutione Regni (*ſi maritus*) tribuatur facultas viro occidere uxorem, & adulterum in adulterio deprehenſum, hoc tamen intelligitur in continenti, & ſi unum poſt alium unico impetu, & actu occidat, ex *text. in l. quod ait,* §. *fin. ff. ad l.* Iu-

Digitized by Google

*Iuliam de adult. Reg.Sanfel. deciſ.*337. *per totam*, & de jure canonico pœna huius delicti eſt arbitraria,ut dixit *Menoch.de arbitr.caſu* 570. *Farin. q.* 128. *num.*32.

OBSERVATIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Minæ faciunt inditium ad torturam, ubi minans eſſet homo ſolitus minas ſuas exequi, & vir malæ famæ in eodem genere mali.*

2 *Minans ſi eſſet impotens ad talia faciendum, vel homo bonæ famæ, & nō ſolitus minas exequi, tunc ſolæ minæ non faciunt inditium ad torturam.*

1 Minæ faciunt indicium ad torturā, ubi minans eſſet homo potens, qui de facili potuiſſet minas exequi, vel etat ſolitus minas ſuas exequi, & vir malæ famæ in eodem genere mali; tunc enim, ſi poſt minas fuerit factum damnum, vel delictum erunt minæ ipſę indicium ad torturam, ità *Plot.in repet. l.ſi quando*,§.53.*num.*10.*C.undè vi*,*Gomez de delictis cap.* 13. *num.* 11. quod

2 ſecus eſſet ubi minans eſſet impotens ad talia faciendum,vel homo bonæ vocis, & famæ, & non ſolitus talia facere,vel non ſolitus minas exequi, quia tunc ſolæ minæ non faciunt inditium ad torturam, *argum.l.famoſi,ff.ad l.Iul. Maieſt.* undè neceſſe eſt, ut cum minis concurrat aliud indicium, ſeù adminiculum,*Carrer.in prax.crim.n.*126.

OBSERVATIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Minor decem, & octo annis an debeat pro crimine homicidii, vel altero delicto foriudicari.*

2 *Minoritas ad impediendam foriudicationem, an allegari poſſit per amicos, & conſanguineos?*

3 *Delictum, quando conſiſtit in omittendo,vel negligendo minor ordinariè nō punitur?*

4 *Minor, vel mulier pro confeſſo haberi non poteſt ex contumacia.*

5 *Foriudicatio fieri non poteſt,niſi pro delictis, in quibus venit imponenda pœna mortis, deportationis, vel abſciſſionis membri.*

6 *Minor pro homicidio foriudicari non poteſt, ſed bene extraordinariè puniri debet, limitatur in minore proximo pubertati doli capace,n.*7.

8 *Minoribus hodiè in delictis nō eſt parcēdum, dum ad eam ætatem pervenerint, in qua boni, & mali perfectam cognitionem habent, malitia ætatem ſupplente.*

9 *Foriudicatus exiſtens in fortiis Curiæ, poteſt opponere exceptionem minoris ætatis.*

10 *Fides baptiſmatis non concludenter, ſed præſumptivè probat minorem ætatem.*

11 *Iudex ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ prima de minoribus, qua eius arbitrio remittitur pœna mortis imponenda minoribus,conſiderare debet delicti atrocitatem,perſonam, ac delictorum reiterationem.*

12 *Minor à pœna ordinaria non excluditur in conſtitutione* pœnā eorum,*maximè, quando ſcienter ex dolo vero delinquit.*

13 *Sententia forjudicationis contra reum minorem exiſtentem in vinculis, ſi tēpore prolationis dicta ſententia non fuerit opppſitum, probata minori ætate exequutioni demandari non poteſt.*

1 Minor decem, & octo annis, an debeat pro crimine homicidii, vel altero delicto foriudicari, & allegari poſſit per amicos, & conſangui-

2 neos minoritas ad impediendam ſententiam forjudicationis, ut dixit *Follerius in eius praxi crimin. Rubric. forjudicentur*, ut ex *Bald. Marſil.& Afflict.* probat, quod minor forjudicari non poſſit, quos ſequitur, *Intrigliol. ſing.* 60.*Maſtrill.deciſ.Siciliæ* 161. quod etiā probat *de Angel.ad Gizzarell. dec.*13. *multis rationibus*.

Et præſertim, quia fotiudicatio provenit ex cōtumacia,ut in *Conſt. pœnam*

eorum, *Franch.deciſ.*213.*num.*26.licet proveniat ex ficta confeſsione, dū reus citatur domi, & comparere noluit, &
3 quando delictum conſiſtit in omittendo, vel negligendo, minor ordinariè non punitur, *l.*2.*C.ſi adverſ.delict.*& ſi condemnari contigerit non tamen pœna ordinaria delicti punitur, ultra
4 quod minor, vel mulier pro confeſſo haberi non poteſt ex contumacia, probat *Foller.d.Rubr.* & *ſi confitebuntur n.* 7.& 8.
5 Foriudicatio indici non debet, niſi pro delictis, pro quibus veniret pœna mortis, deportationis, vel abſciſsionis membri, aut perpetui carceris, vel niſi de licentia Principis, ut ait *Muta in Pragmat.Sicilia tom.*1.*tit.*12.*n.*4.*Giurba conſ.*83.*num.*4.& 5.*Gizzarell.deciſ.* 13.*num.*1.

Et licet pro homicidio ſit pœna mortis omni jure impoſita, *Afflict.in conſtit. terminum vita*, *Vulpellius conſ.*126.*nu.* 28. & conſequenter pro ipſo homicidio reus foriudicari, *Gizzarell. deciſ.* 16.*num.*14.non tamen procederet in
6 minore delinquente, *Gram.voto* 14.*n.*1. ſed benè extraordinariè puniri debet, *Muta deciſ.*30.*num.*19.ex eo,quia minor ætas excuſat à delictis, *Iulius Clar. §.fin. q.* 60.etiam in criminibus gravibus, & atrocioribus, latè *Farin. in eius prax.q.*92.*nu.*103. *Menoch. de arbitr.caſu* 329.*num.*15.& ſic neque forjudicari, eo magis, cum in Regno ſit concluſum, quod niſi pro delicto imponēda ſit pœna mortis tantum, forjudicatio non conceditur,& maximè cō-
7 tra minorem,& regula prædicta limitatur in minore proximo pubertati doli capace, ex doctrina *Angel. in l. impuberem.ff.de furtis.*
8 Hodiè tamen qualitas amplius non patitur, ut minoribus in delictis parcēdum ſit, dum ad eam pervenerint ætatem, in qua boni, & mali perfectam cognitionem habent,malitia præſertim ætatē ſupplente inquit *Caball. reſolut,* 134.*in fine*,& *Marſil.ſing.*624.
9 Forjudicatus exiſtens in fortiis Curiæ, poteſt opponere exceptionem minoris ætatis, *Maſtrillus in dicta deciſ.* 161. *in fine*, *de Franch. deciſ.* 688.
10 Etenim ſi benè ætas per librū Baptiſmatis, ac fidē Plebani probari cōſpicitur *Io:Mauritius in tract.de reſtit.in integrum cap.*321. *Maſcard.de probation. concluſ.*672.*num.* 9. *Genua de ſcriptura privata lib.*5.*de libro pleban.q.*1.*Prag.*1 *de Parochis*, nihilominus vera probatio dici non poteſt, ſed præſumptiva, & maximè ad probandam minorem ætatem, ut poſt *Menoch.de præſumpt.lib.* 2.*præſumpt.*51.*num.*56.*Pacian.in tract. de probation. Rebuff. in Conſtit. Galliæ tom.* 2. *in tract. de regiſtro Baptiſmatis*
11 *gloſ.* 2. ſed inſpecta diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ primæ de minoribus, qua remittitur arbitrio Iudicis pœna mortis imponenda minoribus, conſiderata delictorum atrocitate, perſona, qualitate delictorum reiteratione, undè *Vrſill. deciſ.*287.*num.*9. dixit, quod hodie vigore dictæ Pragmaticæ ceſſant omnes diſputationes, quæ cum diſiunctivè ſtat, & ſic communiter ab omnibus intellecta, & ità judicatum in cauſa homicidii Ianuarii Caraccioli, contra unum ex mancipiis juvenem minorem ſuſpenſum fuiſſe refert *Thor.in compēd. deciſ.tom.*3.*p.*2.*ſect.*2.*fol.* 89. *in verb.*
12 *minor*, & *in Conſtit. pœnam eorum* minor non excluditur, maximè quando ſcienter ex dolo vero deliquit, quoniā non evitabit pœnam mortis,ex quo deliquit circa jus naturale, maximè in delictis atrociſſimis, ut tenet *Grammat. in Conſtit.minorum jura num.*7.*Scialoia in praxi foriudicatoria cap.* 3. *num.*11. & 15. ubi ait, quod ſi ſit lata ſententia foriudicationis contra minorem, &
13 tempore prolationis dictæ ſententiæ non ſit appoſitum de minori ætate exiſtente Reo,deindè in vinculis poteſt allegari minor ætas, qua probata,ſentētia forjudicationis non poteſt executioni demandari; *Thor. in compend. deciſ.tom.*1. *verb. foriudicatus*, & *tom.* 2. *verb.ſententia,fol.*632.& *Giurb. conſil.* 83.*num.*3. & *Farin.q.*11.*num.*26. *cum ſeqq.* & idem *Scialoja cap.*25. *num.* 51.

OB-

OBSERVATIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Monetam falſam fabricantes, ultimo ſupplicio ſunt puniendi ſine appellandi remedio.*
2 *Domus, in qua falſa moneta fabricatur, eſt publicanda, ſivè Dominus ſciverit, ſivè ignoraverit, dum tamen proximus loco fuerit.*
Fallit in domibus viduarum, & pupillorum, tutores tamen eorum tenentur num. 3.
4 *Monetam falſam ſcienter expendentes pœna mortis naturalis puniuntur de jure Regni, ubi fuerint convicti, & authorem, ſivè fabricatorem non revelaverint.*

1 MOnetam falſam fabricantes, ultimo ſupplicio puniendi ſunt ſine appellandi remedio, & domus, in qua fabricatur eſt publicanda, ſivè Dominus ſciverit, ſivè ignoraverit, dùm
2 tamen proximus loco fuerit, fallit in domibus viduarum, & pupillorum; tutores tamen eorum tenentur, ad *l. 1. C. de falſa moneta*, & expendentes mo-
3 netã falſam ſcienter, pœna mortis naturalis puniũtur de jure Regni, ubi fuerint convicti, & authorem, ſivè fabricatorem non revelaverunt, de *Franch. in deciſ.* 401. & ità judicatum fuit per S. C. tempore adventus Comitis Mirandæ 4. menſis Decembris 1586.

OBSERVATIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus, & letiferè vulneratus æquiparantur quantum ad effectum, ſecus verò quoad alios effectus.*
2 *Occidens mortiferè vulneratum puniri debet.*
3 *Fictio in ſtatutis locum non habet.*
4 *Occidens decapitandũ, vel ſuſpendendum de proximo, dum portatur ad mortem, non punitur de homicidio.*

1 MOrtuus, & lethiferè vulneratus æquiparantur quantum ad effectũ, ſecùs verò quo ad alios effectus, undè occidens vulneratum mortiferè, debet
2 puniri, ſecundum *Andream in cap. vaſſallus, quibus modis feud. amittitur*, verum ſecundum *Bald.* eodem loco non militat in ſtatuto puniente, & ponente pœnam homicidii, nàm tunc interficiens mortiferè vulneratum non punitur de homicidio, & eſt ratio, quia ut mortiferè vulneratus habetur pro mor-
3 tuo eſt quædam fictio, quæ non habet locum in ſtatutis, *l. 3. §. ſed hæc verba, ff. de negotiis geſtis*, *Bald. in l. fideicommiſſum, §. ſi quis illicitè, ff. de legatis 3.*
4 qui dixit, quod occidens decapitandũ, vel ſuſpendendum de proximo, dum portatur ad mortem, non punitur de homicidio, idem *Bald. in l. addictos, C. de Epiſcop. aud. text. notabilis in l. fin. C. de maleſic. & mathemat.* quod perpetuo eſt menti tenendum, ut per *Iacobut. de Franch. in tract. de feud. q. 16. in tit. quibus mod. feud. amitt. nu. 15. uſque ad 19.*

OBSERVATIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier inhoneſta poteſt expelli à vicinio.*
2 *Scolares, & cæteri habitantes ſine mulieribus in Civitate Neapolis, poſſunt expelli, exceptis ſtudentibus Neapolitanis, & Caſalium.*

1 MVlier inhoneſta poteſt expelli à vicinio, *Ripa in tract. de peſte in tit. de remed. præſervativis, verſ. 18. num. 164.* plenè *Anton. Gomez in tract. de injuriis tom. 3. cap. 6. col. fin. verſ. & ſuperioribus*, & ſimiliter ſcholares, &
2 cæteri habitantes ſine mulieribus in Civitate Neapolis poſſunt expelli ex *cap. Neap. Regis Catholici 59.* verum nõ operatur contra ſtudentes Neapolitanos, & per conſequens neque Caſaliũ per *l. qui ex vico, ff. ad municip. de Frãchis deciſ. 316.*

OBSERVATIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium in Reo circa ſubſtantialia operatur, quod poteſt torqueri, alii tamen ſuſtinent eſſe arbitrarium Iudici.*
2 *Nemo punitur de mendacio ſine dolo.*
3 *Dolus verus ex mendacio arguitur.*

1 MEndacium in Reo circa ſubſtantialia operatur, quod poteſt torqueri, quia facit indicium ad torturam ſecundum communem, & licet etiam in contrarium ſit communis, quod ſolùm mendacium non facit indicium, tamen eſt arbitrariũ Iudici, & ſine dubio, quando concurrit veriſimilitudo, vel aliqua coniectura ſufficit *Iul. Clar. in §. fin. q. 21. num. 39. verb. mendacium.*

2 De mendacio nunquam quis punitur, niſi ſit cum dolo *Iaſ. in l. 1. Cod. de tranſact. num. 15. verſ. quartò moveor*, *Tuſcus concluſ. 188. lit. M. nu. 60.*

3 Ex mendacio arguitur dolus verus, *Cravett. conſ.* 282. *num.* 8. & in dubio mendacium præſumitur ad decipiendũ alium, *Ancaranus conſ. 226. num. 1. & ſeq.*

OBSERVATIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Minor delinquens nõ excuſatur propter minorẽ ætatem, licèt pœna minuatur.*
2 *Reſtitutio in integrũ nõ eſt concedenda, niſi ſit minor, & læſus, & quod ſit intra tempora petendi reſtitutionem in integrum.*
3 *Minor in mutuo non cogitur probare læſionem, quæ præſumitur, niſi probatum ſit verſum eſſe in eius utilitatem.*
4 *Minor induſtrioſus, & diligens, præſumitur in propriam utilitatrm convertiſſe.*
5 *Minor ſi in criminali cauſa confiteatur delictum, de quo aliter non erat probatum, adverſus talem confeſſionem reſtitui debet abſque alia probatione erroris.*
6 *Mutuum factum minori ludenti, ſi perdiderit, repeti non poteſt.*

1 MInor delinquens non excuſatur propter minorem ætatem, licèt pœna minuatur, *l. 1. & l. auxilium, & l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor. l. impunitas, C. de pœnis.*

2 Et minori ut concedatur reſtitutio in integrum duo requirũtur, quod ſit minor, & quod ſit læſus, *l. minoribus la 2. & l. fin. C. de in integrum reſtit. minorum.* Item, quod ſit læſus dolo adverſarii, vel ſui facilitate, *l. verum, §. ſciendum cum §. ſeq. ff. de minor.* & iſtis tribus requiſitis additur quartum, quod minor probet, ſe eſſe intra tempora petendæ reſtitutionis, & de aliis docuit *Myſing. in obſervat. 16. cent. 4. Menoch. conſ. 100. vol. 1. num. 280.*

3 Sed fallit in mutuo, ibi enim non cogitur probare læſionem, ſed præſumitur læſio, niſi probatum fuerit verſum eſſe in eius utilitatem, tunc enim obligaretur in quantum eſſet locupletior factus, *l. 1. §. 2. C. ſi adverſus creditor.* & per *DD. in l. 1. ff. de author. tutor.* quomodo autem probetur eſſe verſum in ejus utilitatem tradit *Bald. in l. 1. C. ſi*
4 *adverſ. creditor*; ſed iſta præſumptio læſionis pro minore tollitur, ſi minor erat induſtrioſus, & diligens, quia præſumitur pecuniam in propriã utilitatẽ convertiſſe *argum. l. fin. Cod. de pignor. Bart. in l. 1. col. 1. C. ſi adverſus quos.*

5 Minor ſi in cauſa criminali confiteatur in judicio delictum, de quo aliter non erat probatum, debet reſtitui in integrum adverſus talem confeſſionem abſque alia probatione erroris, quia ex hoc ſolo apparet eſſe læſum, ità ſingulariter tenet *Angel. in l. certum*, *§. in pupillo*, *ff. de confeſſis*, allegat *text. cum gloſ. 2. in cap. 2. de in integrum reſtit. in 6.* & ſic (dicit) ſit intelligenda, *l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor.* & ſecundum illã hæc notavit *Mattheus de Matteſilan. in ſing. ſuo 58. incip. nota verum caſum, cum annotatione Gabr. Saray*, & concludit iſtud ſingu-
6 lare dicendo ſecũdum *Paridem de Puteo*, quod mutuum factum minori 25. an-

annis ludenti, ſi perdiderit non poſſit repeti per *l.quod ſi minor*, §. *pen. ff.de minor.* in *tex.* & in *gloſa magna*, & in *l.quid ergo, ff.de donat. inter vir, & uxor. l.ſi verò non remunerandi*, §. *adoleſcens, ff.mandati, l.2. ff.quarum rerum actio non datur, l.ſi quis, ff.pro emptore.*

OBSERVATIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Notarius licet ſit condemnatus, qui fecit inſtrumentum ſalſum, cætera inſtrumenta non præſumuntur falſa.*

2 *Notarius condemnatus de ſalſo, poteſt præterita inſtumenta in publicam formam redigere.*

3 *Delictum non committitur ſine dolo, & pœna non irrogatur, ubi maleficiũ non fuit dolotè commiſſum, & in criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo.*

4 *Dolus, & propoſitum diſtinguunt maleficia hominum.*

1 NOtarius licet ſit condemnatus, quia confecit unum inſtrumentum falſum; Cætera inſtrumenta non præſumuntur falſa, *Abb. Imola, Io: Anania*, & ibi latè *Felin. in cap. frater de hæret. Alciat. de præſcript. regul. 2. præ-
2 ſumpt. 7. num.* 4. Imò Notarius condẽnatus de falſo, poteſt præterita inſtrumenta in publicam formam redigere, *Bart. in l. ad teſtamentum*, §. 1. *ff.de teſtamẽt. Felin. in d. cap. Frater in 6. fallentia.*

3 Nullum delictum committitur ſine dolo, & non irrogatur pœna, ubi doloſè non fuit commiſſum maleficium, & in criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo, prima regula probatur per *textum in l. 1. C.de ſicariis*, ubi dicitur, quod pro homicidio ſine dolo cõmiſſo, non irrogatur pœna, ad *text. in l.qui iniuriæ, ff. de furtis, & l. quod Reipublicæ, ff.de iniuriis*, ubi dolus, &
4 propoſitũ diſtinguunt maleficia hominum, & *l.cum autem*, §. *excipitur, ff. de ædilitio ædicto*, ubi dicitur, quod is qui non fuit in dolo, non poteſt incidere in pœnam capitalem, idem tenẽt *Bald. & alii in l. 2. C. de noxalibus actionibus, & Alex. in conſ. 165. 2. vol. Angel. in l. 1.* & ibi etiam *Iaſ. in l. 2. §. quod prætor, ff. ne quis eum, qui in jus vocatus*, Alia regula probatur in *l. in lege, ff. ad legem Cornel. de ſycariis*, & in *l. 1.* §. 1. & ibi *Bart. ff. ſi qui teſt. liber. eſſe juſſus fuerit, Maranta in ſpecul. p. 4. diſt. 1. num. 46. fol. mihi* 19.

OBSERVATIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem veneno pœna mortis plectendus eſt, non minus, ac ſi propriis manibus occidiſſet.*

2 *Homicidium venena patratum dicitur proditoriè commiſſum.*

3 *Affectus effectu non ſequuto in crimine veneni punitur tamquam de homicidio.*

1 OCcidens aliquem veneno pœna mortis naturalis plectendus eſt non minus, ac ſi propriis manibus occidiſſet; imò plus eſt extinguere veneno, quàm gladio occidere, dicitur enim
2 homicidium ſic patratum proditoriè commiſſum, *Farin. in praxi q.* 122. *&
3 eadem quæſt. p.* 2. ait, quod affectus effectu non ſequuto in crimine veneni, punitur, ut in homicidio.

OBSERVATIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Omne delictum, quod principaliter reſpicit offenſam Dei dicitur publicum, & in eo quilibet depopulo poteſt accuſare.*

2 *Omne delictum, quod fit in offenſam Dei, dicitur fieri in omnium injuriã.*

1 OMne delictum, quod principaliter reſpicit offenſam Dei dicitur publicum, & in eo quilibet de populo, poteſt accuſare duplici ratione, primo, quia omne delictum, quod fit in offen-
2 ſam Dei, dicitur fieri in omnium iniuria-

riam. Secūdò quia ſi quilibet de populo non poſſet accuſare, tale delictum remaneret impunitum, ex quo nulla perſona privata eſt offenſa, ad *text. in l. 4. C. de hæreticis, l. quod Senatus Conſultum, ff. de iniuriis*.

OBSERVATIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ſi venit inquirendus per denunciationem contra ipſum non ſufficiunt coniecturæ, neque probationes præſumptivæ, etiam quod ſint violentæ, & delictum eſſet difficilis probationis.*

1 Officialis ſi venit inquirendus per denunciationem, contra ipſum non ſufficiunt coniecturæ, neque probationes præſumptivæ, etiam quod ſint violentæ, & delictū eſſet difficilis probationis, ut crimen falſi, ſed ſunt neceſſariæ probationes liquidæ, & luce clariores, cum agitur contra Officiales, ſecundum communem opinionem, *Marſil. conſ. 132. num. 24. vol. 2.* & ſi cauſa eſſet civilis, ſufficerent præſumptiones iuxtà *l. dolum, C. de dolo*, ratio, quia lex præſumit pro ipſis Iudicibus, *Bald. in l. obſervare, §. proficiſci, q. 11. ff. de officio Proconſ. & legati, Ioſeph. Seſſe reſponſ. ſyndic. poſt tractat. de inhibit.*

OBSERVATIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Officium Iudicis in criminalibus ſuccedit loco accuſatoris, & eodem tempore præſcribitur.*

2 *Officium Iudicis in civilibus durat per annos triginta, ſicut illa actio, vel obligatio perſonalis*

3 *Pœna in delictis antiquis ob temporis diuturnitatem eſt minuenda, & delinquens pœna ordinaria, non eſt puniendus.*

4 *Regula prædicta intelligitur, ſi delictum non eſt reiterabile, ut homicidium, vel non fuit accuſatus,*

1 Officium Iudicis in criminalibus ſuccedit loco accuſatoris, & præſcribitur eodem tempore, ita probat *text. in l. divus 2. ff. de cuſtodia reorum*, & officium Iudicis in civilibus
2 durat per annos triginta, ſicut illa actio, vel obligatio perſonalis, ut eſt *gloſ. ſingularis, & unica iuncto textu in l. ſicut ad rem in verſic. perſecutione, C. de præſcriptionibus triginta, vel quadraginta annorum*, & ſic in delictis, in quibus lege, vel ſtatuto minori tempore accuſatio durat, ut in crimine iniuriarū, vel in caſuali delicto officium Iudicis
3 ulterius non durabit, nec extenditur; & in delictis antiquis ob diuturnitatem temporis pœna delicti eſt minuenda, & delinquens non eſt puniendus pœna ordinaria, *text. eſt ſingularis in l. ſi diutino, ff. de pœnis*, quæ regula intelligitur,
4 ſi delictum non eſt reiterabile, ut homicidium, ſecus verò alias, quia potius augetur pœna, & ſi delinquens pro dicto delicto non fuit accuſatus, nec cōtra eum proceſſum, ſecus verò ſi fuit accuſatus, & proceſſum contra eum, ſed propter abſentiam non potuit imponi ſibi pœna, ita ſingulariter dicit *Bart. in d. l. ſi diutino, ff. de pœnis, argum. text. in l. 2. C. de requir. Reis.*

OBSERVATIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Offenſio in perſonam dicitur fieri, quādo corpus principaliter tangitur, et læditur.*

2 *Corpus dicitur ſentire offenſionem, quādo ex percuſſione patitur livorem, tumorem, vel ſanguinis effuſionem.*

1 Offenſio in perſonam dicitur fieri, quando corpus tangitur principaliter, & læditur *Bart. in l. licitatio, §. quod illicitè num. 5. ff. de publ.* per *text. in l. 1. §. hæc autem verba, ff. de his qui deiecerunt, Farin. p. 3. q. 107. num. 147.* ubi ex Herculano de cautione de non offendendo refert, quod tunc corpus
2 dicatur ſentire offenſionem, quando ex percuſſione patitur dolorem, livorem, tumo-

tumorem, aut ſanguinis effuſionem *Vulpell.conſ.82.num.9. Carzov.in praxi p.1.q.30.num.7.*

OBSERVATIO LXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Pœna ultimi ſupplicii, ſivè mortis naturalis conſtituta eſt; ut homines à crimine homicidii deterreantur, etiam de jure Divino.*

2 *Crimen homicidii aliud eſt doloſum, aliud culpoſum, aliud caſuale, aliud neceſſarium.*

3 *Animus, & voluntas in delictis attenditur, non autem exitus.*

4 *Actus hominum non eventu, ſed conſilio metiendi ſunt.*

5 *Delictum abſque voluntate non committitur, cum prima cauſa peccati ſit in voluntate.*

6 *Voluntas diſtingnit delictum à non delicto, & peccatum à non peccato diſcernit.*

7 *Animus, factum, & delictum ſunt conſideranda in delictis.*

8 *Animus occidendi exterioribus ſignis, & conjecturis probatur.*

9 *Animus occidendi in homicidio ex actu per ſe illicitè geſto ſemper præſumitur, & ex ipſo actu, & facti atrocitate probatur.*

10 *Animum occidendi præſumitur habuiſſe, qui gladium extrinxit.*

11 *Animum occidendi non habuit, qui lapide vulneravit, & ob id pœnam capitalem non patitur.*

12 *Animum occidendi habuiſſe creditur, qui telo, laqueo, ſivè veneno aliquē aggreſſus eſt.*

13 *Tortura eſt inferenda pro homicidio, ſi de animo occidendi certò non conſtat præcedentibus quibuſdam inditiis, & circumſtantiis.*

14 *Tortura eſt inferenda concurrentibus mala fama percutientis, inditiis animi occidentis, & quod pro Reo contraria non adſunt inditia.*

15 *Pœna ordinaria puniri debet, qui aliū gladio percuſſit, volens ipſum occidere, & præter intentionē ſequitur mors.*

16 *Cauſa ſi ordinata ſit, & tendat ad ſubſequutum delictum dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quòd ſequitur præter illius intentionem.*

17 *Dolus in genere ſufficit in delictis puniendis.*

18 *Pœna ultimi ſupplicii afficiendus eſt nō ſolùm ille, qui animo occidendi aliquem interfecit, ſed etiam is, qui dolosè, & pravo animo gladio percuſſit nolens ipſum occidere, ſi mors ſequuta fuerit.*

19 *Pœna æqualis eſſe debet inter nobiles aliosque honeſtiori loco poſitos in crimine homicidii.*

20 *Pœna procurantium abortum quæ ſit.*

21 *Pœna ordinaria tunc eſt infligenda, quando obſtetrices facta inſpectione Cadaveris fætum occiſum maturum, & perfectum fuiſſe deponant.*

22 *Conſocii dicuntur, qui ſimul criminis fuerunt participes, & opem præſtiterunt.*

1 Pœna ultimi ſupplicii, ſivè mortis naturalis conſtituta eſt, ut homines à crimine homicidii deterreantur in homicidas, §. *item lex Cornelia inſtit.de publ.Iud. l.nemo 3. §. patiatur*, *ibi:* homicida, parricidave, quod fecit ſemper ſpectet, *C.de Epiſcop. Aud.l.1.ff.ad l.Pompejam de parricidiis.l.unica in princ,verſ.& merito*, *ff.de raptu virginum,l.3. §.legis Corneliæ*, *ff.ad l.Cornel.de Sicariis*, *l.quoniam multa facinora, C.ad l. Iul. de vi publica*, & in hoc convenit jus civile cum jure Divino, quo æquè homicidæ morte multātur ſecundum præceptum inter primas leges hominibus a Deo datas præcipuum, *quicumque effuderit humanum ſanguinem, effundetur. ſanguis ejus*, *Gen.cap.9.* & in *Levitico cap. 24.* ibi *Qui percuſſerit, & occiderit hominem morte morietur*, & in *Exodi cap. 20. & 21.Deut.cap.5.Matth. cap.26.* ibi: *Omnes, qui gladio ferierint, gladio peribunt.*

2 Notandum eſt enim, quod crimen homicidii, non eſt unius generis; Eſt enim crimen homicidii, aliud doloſum, aliud culpoſum, aliud caſuale, aliud neceſſerium dicitur, proindè pro homi-

cidio ſimplici doloſo, quod in rixa cō-
mittitur ex voluntate, & animo ocidē-
di, pœna ordinaria ultimi ſupplicii eſt
infligenda, *l.1. ff.ad l.Cornel. de ſycar.*
Clar.in §.homicidium nu.7.Gomeſ.to.3.
variar.reſolut.cap.3.& ſicuti in aliis de-
lictis, ità & in homicidio, quando de
pœna mortis agitur, dolus maximope-
re requiritur, & lata culpa, quæ ad pœ-
nam mortis dolo non æquiparatur, *l.in*
lege Cornelia, ubi *gloſ.Bart. & Hyppol.*
de Marſil.ff.ad l.Cornel.de ſicariis, *Fa-*
rin.p.2.praxis crimin.q.86.num.22. ita
autem, qui præter intentionem non
habens animum occidendi aliquem oc-
cidit, culpa magis, quàm dolo occi-
dere videtur, ſi quidem doloſum dici-
tur homicidium, quod committitur ex
animo occidendi, *Iul.Clar.in praxi, §.*
homicidium num.7.Farin.q.126.num.2.
4 Secundò, in delictis attenditur ani-
mus, & voluntas, non autem exitus,
l.Divus Adrianus.ff.ad l.Cornel.de ſica-
riis, Tiraquell.de pœn. tempor. cauſ.51.
num. 7. & 9. generalem ponit conclu-
ſionem, quod actus hominum, non
4 eventu, ſed conſilio metiendi, & ex-
timandi ſunt per *l. verum, §.ſciendum,*
ff.de minor.l.ſed an ultro, §.1.ff.de nego-
tiis geſtis. Neque delictum, abſq; vo-
luntate committitur, cum prima cauſa
5 peccati ſit in voluntate, quæ omnes a-
ctus humanos imperat, nám voluntas
6 diſtinguit delictum á non delicto, &
peccatum à non peccato diſcernit, *cap.*
cum voluntate de ſententia excōm. l.qui
injuriæ, ff.de furtis, Hinc in delictis re-
gulariter tria conſiderantur, animus,
7 factum, & delictum; Animus, ut quis
intendat delinquere, & ſequatur deli-
ctum, & per legem ſit punibile, *Gomeſ.*
var.reſol.tom.3.cap.3.num.4. ex *text.in*
l.3.§.ſed ex Senatusconſulto.ff.ad l.Cor-
nel. de ſicariis habetur his verbis, *ſed*
ex Senatusconſulto relegari juſta eſt ea,
quæ non quidem malo animo, ſed malo
exemplo medicamentum ad conceptionē
dedit, ex qua ea, quæ acceperit deceſſerit,
Vndè ſequitur quod is qui non animo
occidēdi aliquem interfecit præter vo-
luntatem relegatione puniri debeat.
8 Quomodo autem de animo occidendi
conſtare queat, concludunt communi-
ter *DD.* animum occidendi exteriori-
bus ſignis, & conjecturis probandum
eſſe, *Farin.q.126.num.93. Menoch.de*
præſumpt.lib.5. præſ.40. nu.3. Maſcard.
de prob.lib.2.concluſ.864.num.2.& con-
9 *cluſ.1043.num.10.& 11.* Alii verò pu-
tant animum occidendi in homicidio
ex actu per ſe illicitè geſto ſemper præ-
ſumi, atque ſic ex ipſo actu, & facti a-
trocitate probari, *Alberic.in l.1. §.Di-*
vus, ff.ad l.Cornel.de ſicar. Boſſ.in tit.de
homicidio num.44.verſ.ſed ſi non ſumus
in rixa, Gomeſ.in d.tract.de delictis c.3
num.7. Hartm. Piſtor. obſerv. 108. &
Menoch. d.præſumpt.40. inter cæteras
coniecturas ſolet cōſiderari illa prima,
quæ ex genere armorum provenit; qui
10 enim gladium extrinxit, occidendi ani-
mum habuit, non autem clava, vel cu-
cuma in rixa vulneravit, ità *Marſ.in l.*
1.§.Divus ff.ad l.Cornel.de ſicariis, Ità
11 etiam qui lapide vulneravit occidendi
animum non habuit, & ob id pœna ca-
12 pitali non punitur, *l.omne delictum, §.*
ſi quis, ff.de re militari, ſic qui telo, la-
queo, veneno aliquem agreſſus eſt, oc-
cidendi animum habuiſſe creditur, *l.1.*
13 *C.de emend.ſervor.* Quandoque etiam
ſi de animo occidendi, certè non con-
ſtet præcedentibus quibuſdam inditiis,
& circumſtantiis homicidam torqueri
poſſe, an occidendi animo vulnerave-
rit, vel non? tradit *Burſat.in conſ.271.*
nu.35.& 37.Carer.in prax.in 3.tract.
de homicidio, & aſſaſſin. in §.homicidii
autem ſpecies n.70. ſed ut ad torturam
deveniri poſſit tria coniunctim requi-
14 ri v3, Malam famam percutientis, in-
ditia animi occidentis, & quod pro reo
contraria non adſunt inditia: Verum
Anton.Gomeſ.d.tom.3.var.cap.3.nu.17.
& 18. ex *Bald.& Salyceto in l.cum mā-*
dati circa finem, C.mandati ſubſtinet, &
15 defendit contrarium ſcilicet; Quod
prædictis non obſtantibus, qui alium
gladio percutit nolens ipſum occidere
præter intentionem verò ei vulnus le-
tale inflixit, ex quo mors ſequitur pœ-
na ordinaria æquè puniri debeat, ac ſi
habeat animum occidendi, quam opi-
nionem ſequutus eſt *Carzov.p.1.q.1.*
de

Digitized by Google

de pœnis homicidii, & animo occidendi
16 *num.28.cum ſeq.* nàm dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem, & voluntatem, ſi nimirum cauſa ſit ordinata, & tendat ad ſubſequutum delictum, ità quod delicti auctor veriſimiliter, aut cogitavit, vel cogitare potuit, vel ſaltim cogitare debebat de eo quod indè facilè ſucceſſurum erat, *l. quoniam mul-*
17 *ta, C. ad l. Iuliam de vi publica*. In delictis autem puniendis ſufficere dolum in genere tradunt cõmuniter *DD. Bald. in l. ſi quis enim, Cod. de Epiſcop. & Cler. Tiraquell. de pœnis tempor. cauſa 14. nu 3. in fine, Farin. q.87. num.37. p. 3. oper. criminalis*. Vera tamen eſt ſententia, quod pœna ultimi ſupplicii afficiendus ſit, non ſolum ille qui animo occidendi aliquem interfecit, ſed & is qui doloſo, & pravo animo percuſſit gladio, nolens ipſum occidere, ſi mors ſubſequuta fuerit, *Carzov. loco citato num.62.*
19 Et in dicto crimine homicidii pœna æqualis eſſe debet inter nobiles, alioſq; honeſtiori loco, poſitos, per *text. in l. nemo deinceps 3. C. de Epiſcop. aud.* & per jus Divinum, ut ſupra fundatum eſt, & *Elias Propheta 3. Regum cap.31.* Regem Acabam in homicidio in Nabat commiſſo his verbis increpat: *occidiſti, & poſſediſti in hoc loco, in quo linxerunt Canes ſanguinem Nabotti, lambent quoque*
20 *ſanguinem tuum*. Pœna procurantium abortum; alii pro hoc delicto, non pœnam mortis, ſed ſolum fuſtigationis, ſeù relegationis imponendam eſſe exiſtimant, *Anton. Theſaur. dec.12. num.3. Menoch. de arbitrar. q. cent. 4. caſu 357. num. 1. & 9.* Alii verò indiſtinctè pœna capitali plectendos eſſe arbitrantur; alii verò diſtinguunt inter partum animatum, & inanimatum; ità ut qui partũ animatum abigit pœna ordinaria *l. Cornelia de ſicariis*; partum verò non dum animatum abigens pœna extraordinaria arbitrio Iudicis afficiatur, *gloſ. in l. Divus, ff. de extraordinar. crimin. verbo auxilium*; Quæ opinio ſicut veriſſima, tàm jure civili, quàm Divino fundatur, *l. Divus 4. ff. de extraordin. crim. l. ſi mulierem, ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. Cicero 39. ff. de pœnis, Exod. cap.21. & 22.* Eſt enim advertendum reſpectu temporis, ſcilicet in maſculo poſt dies 30. in fœmina 40. ex ſententia *Hyppol. Theſaur. d. deciſ. 12. num. 12. Boer. deciſ. 216. num.4.* Inſuper advertendum eſt, quod pœna prædicta non eſt irroganda contra procurantes abortũ per aſſumptionem medicamenti, niſi conſtet de efficacia medicamenti, quo mulier partum abegiſſe fertur; quod ſi medicamentum non fuiſſet tàm efficax, atque abortus aliundè, caſu fortè fortuitò provenifſet, pœna prædicta nullatenus infligi poterit, ac etiam de corpore
21 delicti, infantem nempè vitalem occiſum fuiſſe certò conſtare debet, & ad pœnam ordinariam tunc demùm pervenire poterit, quando per obſtetrices facta inſpectione cadaveris fœtum occiſum maturum, & perfectum fuiſſe, & ex vulnere tunc alio modo occiſũ fuiſ-
22 ſe, fuerit attentatum, & jura loquentia de conſociis per *l. utrum, ff. ad l. Pōpeiam de parricid. & §. ultra deindè inſtit. de pub. judic.* Intelliguntur de conſociis participibus, ideſt de iis, qui ſimul criminis participes ſunt, adeoque opem præſtiterunt, ut in caſu, in quo ex propoſito, atque doloſè infanticidiũ fuiſſe commiſſum conſtaret.

OBSERVATIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pœna exequendæ ſunt juxtà Pragmaticam primam de pœnis, & conſtitutiones, Capitula, & Pragmaticæ Regni ſunt ſervanda, & ubi in dictis legibus Regni non reperitur ſtatuta pœna, jus commune ſervandum.*

2 *Iudicis arbitrium ſuccedit, ſi de jure Regni, nec de jure communi pœna ſtatuta reperitur.*

1 IN pœnis exequendis per *Pragm. 1. de pœnis* ſtatutum eſt, quod circa pœnas imponendas pro delictis ſervētur conſtitutiones, Capitula, & Pragmaticæ Regni, & ubi in dictis legibus Regni non reperitur ſtatuta pœna, im-

ponenda eſt pœna ſtatuta de jure communi, *Bart. & DD. in l. Conſtitutionibus ff. ad municipal, l. commodisſimè, ff. de liberis, et poſthum. l. ſi extraneus, ff. de cōd. cauſa data* cum aliis congeſtis per *Reg. Rovitum in d. Pragmat, num. 1.* Verùm
2 ſi nec etiam de jure communi reperiatur pœna ſtatuta, tunc ſuccedit arbitrium Iudicis, *l. ſanctio legum, ff. de pœnis, Andr. in cap. ſi verò violator, §. quicumque num. 35. de pace tenenda.*

OBSERVATIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Poligamiæ criminis cognitio in Regno ad Iudicem ſæcularem ſpectat dumodo hoc poligamiæ crimen hæreſis qualitatem non habeat, quia tunc privativè cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticos.*
2 *Pœna criminis poligamiæ de jure civili eſt eadem, quæ datur pro ſtupro.*
3 *Crimen Bigamiæ punitur ut adulteriū, & deciſio M.C. adducitur.*

1 POligamiæ criminis cognitio privativè ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare tutati ſunt *Simanca de Cathol. inſtit. tit. 40. de matrimonio nu. 2. & 3. Guttier. practic. quæſt. lib. 2. q. 8. num. 1.* cum aliis adductis per *Reg. de Marinis reſol. lib. 2. cap. 3. num. 6.* ſed in Regno cognitio dicti criminis ſpectat ad Iudicem ſæcularem, prout *teſt. de Franch. deciſ. 36. n. 4.* & idem *Regens* affirmat multos dicti criminis reos tempore ſuo fuiſſe ad triremes condemnatos, & hoc jure utimur in Regno, dummodò hoc poligamiæ crimen hæreſis qualitatem non habeat, quia hoc caſu cognitio privativè ſpectat ad Eccleſiaſticos. Pœ-
2 na autem dicti criminis de jure civili eſt eadem, quæ datur pro ſtupro, ex *l. cum qui duos 18. C. ad l. Iul. de adulter. in verbo Verum tamen, Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fornicatio num. 30.* pro qua ſententia videtur facere *l. Vxor quæ in militiam 7. C. de repud. in verbo non videtur*, & non deſunt, qui arbitrio Iudicis relinquunt, quam pœnam pro facti, & perſonarum qualitate decernere velit, *Menoch. de arbitr. caſ. 420. Farin. in praxi crimin. p. 5. q 140. num. 9. & ſeq.*
3 alii dicunt, quod in crimine bigamiæ pœna adulterii imponatur, eaq; ducēti duas uxores, vel nubenti duobus viris infligenda ſit, *Iacob. de Belviſio in praxi crimin. lib. 1. cap. 9. num. 53. gloſ. in cap. quoniam frequenter, §. ſi autem extra, ut lite non conteſtata in verbo præſumatur* cum aliis congeſtis per *Carzov. in praxi crimin. p. 2. q. 66. num. 15. cum ſeq. in tit. de bigamia, ejuſque pœna*, & die 10. Aprilis 1676. in Trullo facto in *M. Dec. C. V.* Matthæus Mollius inquiſitus de Poligamia, & per R. Audientiam Luceriæ cōdemnatus ad remigandum per ſeptennium, fuit concordatus ad ſerviendū in Regiis Triremibus per triēnium penès ſollicitatorem fiſcalem Teniſem. *M.C. V.*

OBSERVATIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non eſt infligenda, niſi expreſsè à lege infligatur, & impoſita in ſuo caſu expreſſo tantum.*
2 *Extenſio fit in pœnalibus, ubi militat eadem ratio.*

1 Pœna nō eſt infligenda, niſi expreſsè á lege infligatur, *l. ut ſi quis, §. Divus, ff. de relig. & ſumpt. funer. §. cum igitur auth de non eligendo 2. nub. gloſ. in cap. fin. de jure patronat.* & impoſita in ſuo caſu expreſſo tantum, *l. ex facto §. Iulius longinus, ff. de vulgar. & pupill.*
2 *ibi*: ſatis punitur in eo, in quo fecit cōtra legem; Verum ubi eſt eadem ratio, fit in pœnalibus extenſio, *l. cum mulier*, ubi *Alex. ff. ſoluto matrimonio, Gemin. in cap. ſi Civitas, §. 1. in primo de ſententia excommun. in 6. Salycet. in l. ſi ſervis col. 7. C. de noxalib. Natta conſ. 346. num. 4. Rimin. jun. conſ. 656. num. 6.*

OBSERVATIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Perjurus, neque in civili, neque in criminali teſtis eſſe poteſt.*

2 *Perjurium in criminalibus per torturã non purgatur.*

3 *Teſtis perjurus repellitur in quolibet juramento violato, niſi à Papa fuerit abſolutus, vel mandet in teſtem admitti.*

4 *In crimine periurii, poteſt criminaliter agi, ſi de periurio conſtat per confeſſionem partis, vel ex actis.*

5 *Periurus dicitur, & pœnas incurrit, qui falſum iurat in juramento ſibi delato in ſupplementum ſemiplenæ probationis.*

6 *Reus excuſatur, ſi examinatus negat ſecundum opinionem* Farinacii, *licet adſit opinio aliorum* DD. *in contrarium.*

1 PErjurus teſtis eſſe non poteſt, neq;
in civili, neque in criminali, cap. ſi
quis convictus can. parvuli 22. q. 5. can.
quicumque 6. q. 1. cap. ex parte, ubi gloſ.
num. de periurio, & DD. de teſtibus cap.
ſicut nobis cum gloſ. fin. de teſtibus, gloſ.
in cap. per tuas, verb. adulterii de ſimonia
cum aliis longè adductis per Farin.
de oppoſ. contra teſtes q. 56. art. 5. nu.
186. ſeq. Clar. in §. perjurium n. 7. etiam
2 cum tortura, Cùm per torturam in
criminalibus perjurium non purgetur,
prout ſcripſerunt Ruin. conſ. 146. num. 2.
4. lib. 5. Decius conſ. 189. ſub num. 13.
Aym. conſ. 6. num. 16. & 48. Practica
Leotardi tit. de teſtibus in verb. periurus
num. 33. in fine, Roland. conſ. 16. num. 9.
& 10. & conſ. 134. nu. 1. lib. 2. cum aliis
adductis per Farinac. in d. q. 16. art. 5.
num. 194. & in conſ. 99. num. 66. cum
3 ſeq. & teſtis perjurus repellitur in quolibet
juramento violato, ſivè aſſertorio,
ſivè promiſſorio, ſivè de præſenti,
ſivè de præterito, ſivè de futuro, ſivè
quis juravit id, quod erat falſum, ſivè
non ſervaverit promiſſa, ut per Abb. nu.
7. et Felin. in cap. teſtimonium de teſtibus,
& alios apud Farin. cit. q. 16. num. 197.
niſi à Papa fuerit abſolutus ad notata
in cap. Venerabilem de elect. vel Papa
mandet perjurum in teſtem admitti ad
not. per Io: Andr. Anton. de Butrio Imol.
& alios in cap. teſtimonium de teſtibus,
quos recenſet Felin. ibidem nu. 22. Specul.
de teſte, §. 1. num. 30. & Farin. ibidem
num. 201. Maſcard. qui alios allegat
de probat. concluſ. 116. in fine; in
crimine periurii, poteſt criminaliter agi,
4 voluit, Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 11.
num. 10. l. ſi deferente, & l. ſeq. ff. de dolo,
Decián. loco citato cap. 13. nu. 27. &
28. quod procedit, ſi de perjurio conſtat
evidenter, ut putà per confeſſionẽ
5 partis, vel ex actis. Et perjurus etiam
dicitur, & pœnas incurrit, qui falſum
jurat in juramento ſibi delato in ſupplementum
ſemiplenæ probationis Decian.
d. tract. lib. 6. cap. 10. num. 17. Farin.
in q. 160. §. pœnam nu. 59. idem Farin.
in praxi crimin. de falſit. & ſimul. q.
6 160. §. reus, firmat regulam, quod reus
excuſatur, ſi examinatus negat Pariſ.
de Puteo in tract. ſyndicat. in verb. tortura,
§. de indiciis indubitatis num. 9. Io:
de Amicis conſ. 109. num. 27. Quamvis
contrarium voluiſſe videatur Guid. Pap.
conſ. 29. in fine, verſ. Item etiam, Oſaſc.
deciſ. 66. num. 9. & Simon de Petris conſ.
105. cent. 2. n. 20.

OBSERVATIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Illuſtris perſona non citatur ſine licentia Proregis, & refertur obſervantia Magnæ Curiæ Vicariæ cum Titulatis ex ſpeciali privilegio perſonarum.*

1 PErſona Illuſtris non citatur ſine licentia Proregis, prout obſervatur in Magna Curia Vicariæ cum Titulatis, ut Freccia de ſubfeudis lib. 2. tit. quis dicatur Marchio num. 9. teſtatur, quod dum eſſet Iudex cauſarum criminaliũ, & Conſiliarius Regis deputatus ſæpè ſervavit, ut audita relatione Dominus Prorex jubet informationem capi de crimine, hoc eſſe ſpeciale privilegium perſo-

perſonarum affirmat *d.Freccia*, cùm cis ſit defetendum propter regalem dignitatem, quam habent, cùm ipſi ſint Cōſiliarii Regis, & pars corporis; idemq; fuit obſervarum in M.C. in auno 1679 dùm uti Iudex reſidebam in criminalibus in cauſa Ill. Ducis Sancti Pauli, cujus crat Commiſſarius D. Franciſeus Cirinus noſter Collega Nobilis Meſſanēſis fideliſſimus Suæ Catholicæ Majeſtatis, à qua fuit Iudex dictæ Magnę Curiæ creatus tempore revolutionis dictæ Civitatis Meſſanæ, & ſic etiam in aliis cauſis perſonarum Illuſtrium fuit obſcrvatum, & in dies in praxi obſervatur.

OBSERVATIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus inquiſitionis sūmariè eſt expediendus, ne delicta remaneant impunita.*

Reus non punitur de perjurio, ideſt pœna ordinaria, ſed alia mitiori, ideſt extraordinaria.

1 PRoceſſus inquiſitionis, abſque lō-
go litis ſufflamine, & ſummariè
expediendus eſt, nè delicta impunita
remaneant, *l. ità vulneratus, §. extimatio autem, ff. ad l. Aquiliam, l. locatio 9.*
§. quod illicitè, ubi *gloſ. in verb. alterum,*
ff. de publican. & vectig. Oſaſc. in deciſ.
Pedemont. 66. num. 9. & 10. ait, quod
2 reus non punitur de periurio, ſcilicet
ordinaria pœna periurii, quæ variè im-
ponirur, ut *l. de periurio, quæ eſt lex fi-*
nalis, ff. de crimine ſtellion. & per *Bald.*
Angel. & Salycet. in l. 1. C. de rebus credi-
tis, & gloſ. in cap. illud de exceſſ. Prælat. Lucas de Penna in l. ſi vacantia col.
4. C. de bonis vacant. lib. 10. ſed alia mi-
tiori, & ſic extraordinaria, ut per *gloſ.*
fin. in d. l. de periurio.

OBSERVATIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Raptus crimen atrociſſimum eſt, peſſimum, & deteſtabile, gravius ſtupro, & adulterio.*

2 *Raptores mortis pœna afficiuntur.*

3 *Rapiens monialem pœna mortis tenetur.*

4 *Raptus fœminarum Deo dicatarum gravius eſt, quàm aliarum.*

5 *Raptus etiam committitur per rapientē monialem ex cauſa contrahendi matrimonium, & ultra pœnam mortis bona monaſterio applicautur.*

6 *Rapiens monialem, ſeù fœminam Deo dicatam, etiam quod conſenſerit ſe rapi pœna raptus omninò puniatur, etiam quod monialis non ſit velata.*

7 *Pœna amiſſionis capitis imponitur pro raptu mulieris honeſtæ, et deprehenſus in fraganti, poteſt à perſonis coniunctis mulieris comprehendi, et debet ad mortem damnari.*

8 *Pœna impoſita rapienti mulierem honeſtam extenditur ad auxilium præſtantes, et favorem in ipſo raptu.*

1 RAptus crimen atrociſſimum eſt, peſſimum, & deteſtabile, gravius ſtupro, & adulterio, cum ex eo plura ſcandala, & quandoque etiam homicidia oriantur, *l. 1. Cod. de raptu virgin. in princip. ibi*: peſſima criminum peccantes, ut in fine principii ibi: & merito mortis damnantur ſupplicio, nec ab homicidii crimine hujuſmodi raptus ſint vacui, & in *§. ſin autem, ibi*: poſt commiſſum, tám deteſtabile crimen, ad idem eſt *text. in l. raptores 42 C. de Epiſcop. & Cler. in verb. peſſima, & Cyn. in d. l. num. 1.* ait, quod rapere virginem eſt inhumanitatem committere, facit *text. in cap. Raptores 36. q. 2. ibi*: ob immanitatem tāti criminis deteſtamur; & iterum infra, ibi: pro tam nefandiſſimi criminis atrocitate, *Boſſ. in tit. de raptu mulier. Corrad. in rubr. de raptoribus nu. 1. & 5.* ubi, quod eſt peſſimum, deteſtabile, enormiſſimum, exceptum,

ma-

Digitized by Google

maius adulterio, & publicum: Reſpe-
ctu verò, pœnæ regula eſt, quod rap-
2 tores mortis pœna afficiuntur, prout
eſt *text.in l. 1. in princ. in verbo capitis*
ſupplicio, & paulò infra, ibi: & meri-
tò mortis damnarur ſupplicio, & in
§.ſin autem in fine: ibi: Duriſſimis pœ-
nis afficiant, & mortis condemnent
ſupplicio, *Cod.de raptu virgin.* & adeſt
text.in l.raptores, C.de Epiſcop. & Cle-
ric. item *text.in l.ſi quis non dicam ra-*
pere, C.eodem, qui licer loquarur in ra-
piente virginem ſacrariſſimam, cōmu-
niter tamen intelligirur à *DD.* etiam
in raptu virginis non ſacraræ, qui qui-
dē *textus eſt canonizatus in can.ſi quis*
non dicam rapere 36.q.2. & tex.in §.ſin
autem inſtit.de publicis judiciis, Farin.
q. 145. §.raptus, & idem *Farinacius in*
§ moniales affert regulam, quod rapiēs
3 monialem pœna mortis tenetur, gra-
vior eſt tamen multò raptus fœminarū
4 Deo dicararum, quàm aliarum, primo
enim caſu iniuria non hominibus ſolū,
ſed Deo omnipotenti irreverentia com-
mitrirur, cum corrupta caſtitas reſtitui
non poteſt, meritò huiuſmodi rapto-
res pœna mortis ſunt puiendi, *l. 1. verſ.*
& maximè, C.de raptu virginū, & text.
in l.raptores, C.de Epiſcop. & Cler. am-
5 pliatur regula prædicta, etiam in rapiē-
te monialem ex cauſa contrahendi ma-
trimonium cum ea, ut in *§.raptus*, idem
Farin.d.q.145.in 5.ampliat. Ampliatur
etiam quod ulrra pœnam mortis, rap-
toris Bona Monaſterio applicantur *d.*
§.raptus in prima ampliat.

6 Ampliatur eriam, ur rapiens monia-
lem, ſcii fœminam Deo dicaram pœ-
na raptus omninò puniatur, eriā quod
conſenſerit ſe rapi, quia dicitur ſub po-
teſtate Abbatiſſæ, & ſic non habet vo-
lunrarem, ſecundum *Iacob. Butrig. in*
l. 1. verſ. vel dic Cod. de raptu virgin. &
text. expreſſus in l.raptores in fine, ibi:
ſivè nolenribus, ſivè volenribus ſanti-
monialibus, *C. de Epiſcop. & Clericis*,
quod procedit etiam ſi monialis non
ſit velata, ſecundum *Butrig. in l.ſi quis*
non dicam rapere, col. 1. in princ. ex text.
ſi quis non dicam, C. de Epiſcop. & Cler.
7 Raptus mulieris honeſtæ, punitur pœ-
na amiſſionis capitis, & deprēhenſus in
fraganti crimine, ideſt in inſtanti, po-
teſt á coniunctis perſonis, & turoribus
& curatoribus mulieris impunè fugiēs,
ibique comprehendi poteſt, & debet
ad morrem damnari, *l.unica, C.de rap-*
8 *tu virginum*, & eadem pœna imponi-
tur rapienri, quam præſtantibus eidem
auxilium, vel favorem in ipſo rapru, &
rapta non poreſt nubere raptoribus, &
conſenſus mulieris nihil prodeſt, per
text. in d.l.unica, §.nec ſit facultas, C.de
raptu virginum, & D.Auditor Silvius
Maranta in ſuo opuſculo de impunibili
aſſaſſinorum nece, verſ. ſed multa, fol.
11. dicit, non ſolum occiſorem á pœna
eſſe immunem, verùm etiam præmio
eſſe afficiendum.

OBSERVATIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Receptans Bannitum Clericum, vel con-*
ſanguineum, an puniri debeat pœna
contenta in Regiis Pragmaticis, &
2 *pro negativa adducitur deciſio S. C.*
num. 2.
3 *Receptans Bannitum conſanguineum*
non excuſatur totaliter à pœna, ſed
ratione conſanguinitatis minuitur.
4 *Nihil eſt, quod eſt mitius, & quādo nō*
eſt expreſſum in quantum mitius, re-
mittitur arbitrio Iudicis.
5 *Pœna ordinaria impoſita contrà recep-*
tantes Bannitum, non procedit in
fratre, aliiſque ſanguine coniunctis,
& affinibus, qui pœna arbitraria pu-
niuntur.

1 RECeptans Bannirum Clericum, &
conſanguineum, an puniarur pœ-
na conrenta in Regiis Pragmaticis per
S.C. fuit deciſum pœnam eſſe mode-
2 randam, & habito reſcripro fuit ſuper-
ſeſſum in exactione pœnæ, & amplius
non eſſe moleſtandum refert *Gramm.*
deciſ. 29. Foller. in conſtit. de perſonis in
fine, Thorus in compendio deciſ. in ver-
bo receptans lib. 1. nàm licet quis non
3 poſſit totalirer á pœnæ quantitate ex-
cuſari, tamen conſanguinitas operatur,
ut

Digitized by Google

ut ſaltim minuatur pœna, ut in *l.fin.de recept.ut in ſpecie Zanch.Vgol. de hæreticis cap.4.num.3.* ubi ait, quod ratione ſanguinis quædam tolerantur, quæ alias non tolerarentur, ut in *d.l.ſiſc. de recept.& l.ſi tutor 9.ff.de ſuſpect. tutor. Tiber.Decian.in tract.crimin. lib.5. in tit.de credentibus Hæreticis num.* 68. & pro excuſatione conſanguineorum receptantium Bannitos, affertur doctrina *Andreæ in* §. *receptatoribus, verſ. illa verò de pace juram.firmanda*, qui dicit mitius puniri per *d.l.2. d. tit.de recept.* ſed in quo erit iſtud mitius? Dicunt quidam, quod nec punitur, nec abſol-
4 vitur, quaſi vix ſit, quod in nullo punitur, ſic nihil eſt, quod eſt mitius, *l.illud,§.primo.ff.de tribut.actione,& Liparul.in d.verb.mitius*, explicat, ideſt minus per *d.l.illud ſup. citatam*, & quando non eſt expreſſum in quantum mitius accipiemus quantum bono Iudici videbitur, *argum.l.hodie, ff. de pœnis, & l.2.§.1.de effractor.l.1.§.pœnis, C. de*
5 *raptu virginum*. Et pœna ordinaria impoſita contra receptantes Bannitos non procedit in fratre, & aliis ſanguine coniunctis, & affinibus, cùm hi ſolùm pœna arbitraria puniātur, itá probatur *d. l.2.ff.de recept.*& ibi *Alex.*poſt *Bart.cum aliis adductis* per *Menoch. de arbitr.Iudicum lib.2.cent.4. caſu 348.n. 12.cum ſeqq.*

OBSERVATIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus habet locū, obtinetur, & regulatur, prout appellatio quantū ad tempus exercitii, & eius terminationis.*
2 *Recurſus in Iudicibus inferioribus regulatur ſecundum tempus appellationis in Præfecto Prætorio ſecundum tempus reclamationis.*

1 Recurſus habet locum, obtinetur, & regulatur, ſecundum quod regulatur appellatio quantum ad tempus exercitii, & terminationis ejus, itá ſingulariter dixit *Bald.in l.etiam, C.de jure dotium*, & infra quod tempus poteſt gravatus habere recurſum ad ſuperiorem, videndus eſt *Io: Baptiſta Caccialupus in ſua repet. l. omnes populi col. 92.in fine.ff.de juſtitia, & iure, Pariſ. de Puteo in ſuo tract.ſing. in 18. cart. in 2.col.Hyppolit.de Marſil.in ſingul.88.& 289.* Qui *Caccialupus loco citato* diſtinguit, quod excipiendo ſemper ſit tutus, *l.purè,ff.de doli except.* ſed agendo uſq; ad annum tantum per *l. qui gravatus, C.de cenſibus lib.11. Reg.Rovit.in deciſ.*
2 *14.num.7.* & regulatur ſcilicet in Iudicibus inferioribus ſecundum tempus appellationis; in Præfecto prætorio ſecundum tempus reclamationis, ut deciſum teſtatur *D.Rovit.in d.dec.& in deciſ.16.num.5.*

OBSERVATIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum in criminalibus non datur, quod intelligitur reſpectu partis querelantis, & Fiſci in ſententia criminali, in qua ſuccurritur condēnato per aliā reſtitutionem in integrum ex gratia Principis.*
2 *Minor, vel Eccleſia non reſtituitur ad crimen in modum exceptionis proponendæ, nàm in exequutionibus pœnarum non eſt paratum reſtitutionis auxilium.*
3 *Reſtitutio in integrum æquitatem comitem habere debet.*
4 *Reſtitutio in integrum in odioſis non datur, neque pòſt lapſum tempus ad accuſandum, vel inquirendum.*
5 *Reſtitutio in integrum in exequutionibus pœnarum, nec etiam datur maioribus ex clauſula generali, ſicut non patrocinatur minoribus.*
6 *Reſtitutiò in integrum non datur, nec etiam minori, ubi ceſſat æquitas, vel eſt odiū, vel ubi quis capit lucrum cum damno alterius.*
7 *Reſtitutio in integrum ad proponendum crimen poſt lapſum peremptorium minori non datur, cui in exceptionibus pœnarum non eſt paratum auxilium.*
8 *Reſtitutio in integrum, an detur Fiſco jure minorum?*

9 *Fi-*

9 *Fiſcus non reperitur ità privilegiatus in materia reſtitutionis in integrum, ſicut minor, & Eccleſia.*

10 *Fiſco licèt jure minorum reſtitutio in integrum non ſit concedenda, tamen ex clauſula generali detecta enormitate criminis conceditur.*

1 RESTITUTIO in integrum in criminalibus non datur per *text. in l. auxilium, ff. de minor.* prout ità ſingulariter dixit *Bald. in addit. ad Specul. in tit. de accuſat. verſic. ſed quid ſi ipſum in fine 2. col. Franc. Cremenſ. in ſingul. 23. & Io: Arnon. in Epitome 37. Anton. Gabriel comm. concl. lib. 7. de criminal. concluſ. 13. num. 4. & 5.* & idem *Specul. lib. 2. partic. 1. de except. & replicat §. dicto num. 8. de reſtit. in integrum, §. ſi quis autem, verſ. ſed pone num. 8.* quod intelligendum eſt reſpectu partis querelantis in ſententia criminali, in qua tamẽ ſuccurritur condemnato per aliam reſtitutionem in integrum, quæ procedit ex gratia Principis *text. eſt in l. divi fratrese. ff. de pœnis, Boſſ. in tit. ſi adverſus rem judic. reſtit. poſtul. num. 7. cum ſeq.*

2 Nec minor, vel Eccleſia reſtituitur ad crimina in modum exceptionis proponendæ, nàm in exequutionibus pœnarum non eſt paratum auxilium reſtitutionis, ut in *d. l. auxilium, ff. de minoribus, ibi*: Auxilium reſtitutionis exceptionibus pœnarum paratum non eſt.

3 Imò reſtitutio in integrum æquitatem comitem habere debet *argum. text. in cap. fin. de tranſact.* & in terminis *Cravetta in conſ. 271. col. 2. verſ. 3. reſpondeo,* facit *text. in l. ſciendum,* & in *l. item ait Prætor in princ. ff. ex quibus cauſis*
4 *maior,* & in odioſis reſtitutio in integrũ non datur, *Angel. in l. fin. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſ. fuer.* ubi, quod poſt lapſum tempus ad accuſandum, vel inquirendum, non datur reſtitutio in integrum, quia iſtud eſt odioſum, & pœnale, *Soccin. in conſ. 108. col. 3. circa mediũ lib. 4. Cravetta d. conſ. 271. num. 6. lib. 1.*

5 Et reſtitutio in integrum, nec etiam datur ex clauſula generali majoribus in exequutionibus pœnarum, ſicut non patrocinatur minoribus, ut in *d. l. auxilium, §. in delictis, ff. de minoribus,* & tenet *Angel. in dicta l. fin. ff. ſi teſt. lib. eſſe juſſ. fuer. num. 1. in fin. per d. l. ſciendum, ff. ex quibus cauſ. maior. Sforza Odd. in d. tract. de reſtit. in integr. p. 1. q. 14. art. 1. num. 11.*

6 Et ubi ceſſat æquitas, ubi eſt odium, ubi quis capit lucrum cum damno alterius, non datur reſtitutio in integrũ, nec etiam minori *Cravetta d. conſ. 271. num. 7. Imola conſ. 169. num. 2. Rolãd. conſ. 59. in fine, Simon de Petris conſ. 74. n. 16. & 26. Soccin. conſ. 46. lib. 4. nu. 49.*

7 Quæ concluſio ampliatur, ut minori nõ detur reſtitutio ad proponendum crimina poſt lapſum peremptorium, quia in exceptionibus pœnarum non eſt paratum auxilium, *Lapus allegat. 53. in fine nu. 8. verſ. item alia ratione,* ubi allegat *Specul.* qui dicit ſe ſic obtinuiſſe in *tit. de reſtit. in integrum d. §. quis autẽ verſic. ſed pone num. 7. in fine, & num. 8.* Et circa exequutionem ſententiæ petitam, quod non retardatur per reſtitutionem in integrum; videndi ſunt *Frãc. de Caſtillo Siculus in deciſ. 199. num. 6. & 7. vol. 2. Buerius in deciſ. 65. num. 7. cum ſeq. & Fontanella in deciſ. 122. nu. 12.* ubi ait, quod nunquam viſum eſt, aut auditum, quod ſi petatur reſtitutio ad impediẽdam executionem, in totum vel in partẽ tractatum ſit de augenda condemnatione, cum in hoc functus jã eſſet ſuo officio Iudex.

8 An Fiſco detur reſtitutio jure minorum, videndus eſt *Sforza Odd. in tract. de reſtitut. in integrum q. 3. art. 13. n. 80* qui affirmativè reſpondit, quando Fiſcus læſus fuerit in ſententia per *text. in l. 1. C. de ſent. adverſus Fiſcum,* ſed in contrarium videtur magis communis opinio, quam tenent in ſpecie *Bald. in addit. ad Specul. in tit. de accuſatore, verſ. quid ſi Iudex Boſſ. in tit. ſi adverſus rem jud. n. 13. Cremenſis in d. ſingul. 23. Arnon. d. epit. 37. Anton. Gabr. lib. 7. de criminal. in concluſ. 13.* dicit hoc eſſe verius, & æquius, licet generaliter videatur dicere, hoc etiam in aliis cauſis contra fiſcum, pro qua ſententia adducitur *text. in d. l. auxilium, ff. de*

minor.Villalob.lib.commun.opin.in verbo
reſtitutio; ſubiungens dictus Oddus in d.tract.de reſtit.in integrum in d.q.3.n.
87.*verſ.ego teneo*, *ibi*: Ego teneo hanc
poſteriorem ſententiam magis commu-
nem indiſtinctè ex eo tantum, quia ſu-
mus in perſecutionibus pœnarum ex
cauſa criminali, non civili, quo caſu
denegatur reſtitutio minoribus indi-
9 ſtinctè, ergò multò magis Fiſco, qui
non reperitur ità privilegiatus in mate-
ria reſtitutionis, ſicut minor, & Eccle-
ſia, ut dicit *Alciat.conſ.*513. *num.*4. *&*
*Fontanella in d.deciſ.*132.*num.*3. *cum*
*ſeq.*ait quod *fiſcus*, nec etiam appella-
tioni alterius adherere poteſt, & ea ſe
juvare cũ adhæſio ſpecies videatur eſſe
appellationis ad latè tradita per *Anto-*
*nin.de Amato reſol.*9.*per totã*, & ſic per
indirectum concederetur ei, quod di-
recto non poſſet, ut viſum fuit *Domi-*
*no de Franch. in deciſ.*467. *num.*6. Ve-
rum concluſio prædicta intelligenda
10 eſt quò ad reſtitutionem jure minorũ,
nàm ex clauſula generali detecta enor-
mitate delicti daretur reſtitutio, ut per
Boſſ.tit.ſi adverſus rem judic. num. 15.
mediante reſcripto Principis ex ſua ab-
ſoluta poteſtate, & hoc propter atro-
citatem delicti in aliorum exemplum.

OBSERVATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Reus convictus de reiteratione delicti, & conſuetudine delinquendi punitur pœna capitali, ubi alias pro eo pecuniaria pœna eſſet puniendus.*
2 *Delictum ſecundum agravat primum.*
3 *Delicti reiteratio, et cõtinuatio agravat pœnam, & crimen aliàs non capitaliter puniendum propter reiteratione͂ fit capitale.*

1 REus convictus de reiteratione de-
licti, & conſuetudine delinquen-
di, punitur pœna capitali, ubi aliàs
ſaltim pro eo pœna pecuniaria eſſet
puniendus *Hyppol.de Marſil. in repet. l.*
frater tuus, *C.ad l.Cornel.de ſicariis* ex
iſtis oritur quæſtio ſtatuto cavetur,
quod homicidæ puniuntur in centum;
alio ſtatuto cavetur, quod qui commi-
ſerat, duo homicidia capite puniatur,
utrum ſi quis commiſerit homicidium
& ſolvit centum, an ſi committat aliud
debeat decapitari? diſputatur pro, &
contra, ſed deciditur quod ſic. Quia
2 ſecundum delictum aggravat primum
Anton. Corſett. in ſingul. ſuis in verb.
ſtatutum 23. idem tenet *Io: de Arno-*
ne in ſingul. ſuo 64. *incip. Tu habes*,
Hyppol.de Marſ. in ſingul. 378. *incip.*
Geminatio, ubi latiſſimè hoc fundat, &
quod ex multiplicatione, & reiteratio-
ne percuſſionum percipiatur, quod
percutiens habuit animum occidendi
docuit idem *Hyppol. de Marſil. in d. l.*
*frater tuus á num.*38. *uſque ad* 49. *ad l.*
Cornel.de ſicariis, ſicut Geminũ plus li-
gat, quam ſimplex, ità triplex magis,
quam *Geminum*, ut notatur in *cap.* 1. &
& ibi *gloſ.de tregua*, *& pace*.
3 Nàm reiteratio, ac continuatio de-
licti agravat pœnam, & crimen aliás nõ
capitaliter puniendum, propter reite-
rationem fit capitale, *Lucas de Penna*
*in l.*1.*C.de ſuperexact. lib.* 10. *Pariſ. de*
*Puteo in tract.ſyndic.in verbo pœna c.*8.
*num.*13. *Carzov. p.*1. *q.*42. *num.* 57. &
reiteratio non parum aggravat pœnã
l.capitalium, *§.ſolent*, *&* *§. Graſſato-*
res, *ff.de pœnis l.*3. *C.de Epiſcop. audie͂-*
tia, *l.ſervos*, *C.ad l.Iul.de vi pul lic.l.*1.*ff.*
de iure patronatus, *Anton.Gomez in tit.*
*de delictis cap.*3.*num.*60. *in fine*, *& in*
tit.de furtis num. 5. *Farin. in praxi cri-*
*minali lib.*1.*tit.*3.*q.*22.*num.*12.*Carzov.*
*p.*2.*q.*57.*num.*53.*& p.*2. *q.*91. *num.*49.
& 55.

OBSERVATIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Salvus conductus unicuique conceſſus, ſivè Hoſti, ſivè Bannito ſervandus eſt.*
2 *Fractores ſalviconductus, & offendentes aſſecuratos, ſi offenſus ex offenſione moriatur, offendens pœna mortis punitur, & incidit in crimen læſæ Maieſtatis.*

3 *Of-*

3 *Offendens aſſecuratum, ſi offenſa mortem non intulit, punitur arbitrio Iudicis pro qualitate offenſæ.*

1 SAlvus conductus cuique conceſſus, ſivè Hoſti, ſivè Bannito, aut privatæ perſonæ ſervandus eſt, & iſta fuit opinio *Cyni in l.præſenti,C.de his qui ad Eccleſ.confug.*& licet nonnulli tenuerũt contrarium, tamen opinio *Cyni* eſt æquior, rationabilior, & humanior, & eſt communis, ex *Cyn. in l. ea eſt natura num.19.ff.de regulis juris.*

2 Fractores ſalviconductus, & offendentes aſſecuratos, ſi offenſus ex offenſione moriatur, offendens punitur pœna mortis,& incidit in crimen læſæ Maieſtatis *Bart.in l.3.§.transfugas,ff.de ſycariis cum alleg per Boer. in dec.179.n.*

3 2. Si verò offenſa facta habenti ſalvum conductum mortem non intulit, Iudicis arbitrio pro qualitate offenſæ punitur, *Boer.d.deciſ.*179. & iſta concluſio eſt magis recepta, ut ait *Menoch. de arbitr.Iudicum caſu 336.& ſeq.* ubi facit de hoc regulam, eamque ampliat duobus modis, & ſeptẽ modis limitat.

OBSERVATIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Salvaguardia multitudini perſonarũ, non eſt concedenda, ſed tantum aliquibus certis perſonis.*

1 SAlvaguardia non datur multitudini perſonarum, ſed tantùm aliquibus certis perſonis, ad *text.in l.unica, C. de officio Comitis Sacri Palatii, Cancer. variar. reſolut.lib.2.cap.2.num.165.in fine lib.3. cap.13.num.160.Anton.Fab. in Cod.lib.3.tit.18.quando liceat unicuique diffin.2.Maſtrill.in deciſ. 263. per totam lib.2.*

OBSERVATIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Seditioſorum pœna, quæ ſit?*

2 *Seditio omnis noxia eſt, & periculoſa, & crimẽ gravi pœna dignum, ex qua pax, & tranquillitas publica turbatur, & conculcatur.*

3 *Seductionis Author non modo vim publicam, ſed & crimen læſæ Maieſtatis committit.*

4 *Spontanea præſentatio, ſeù conſtitutio eſt maximum innocentiæ indicium.*

1 SEditioſorum pœna, tàm per conſtitutiones Canonicas, quàm civiles conſtituta eſt: de jure Canonico adeſt Conſtitutio in *Canon.coniurationum 11 q.1.* ubi pœna infamiæ, & privationis gradus,& alia imponitur, tàm contra ſeditioſos, quam contra conſentientes.

De jure civili in *l.2. Cod.de ſeditioſis Imp.Leo* cõfirmat contra ſeditioſos pœnas impoſitas, quas vetuſtiſſima decreta ſanxerunt; Eſt autem ſeditioſorum pœna veterum decretis, & conſtitutionibus introducta eadem,quæ eſt per legem Corneliam in ſycarios,Veneficos, & alios homicidas cõſtituta in *l.3. §.alio,ff.ad l.Corneliam de ſycariis*, ſed, & de vi publica teneatur, qui turbæ, ſeditioniſque faciendæ conſilium inierint ſervoſve, aut liberos homines in armis habuerint ad *l.in eadem 3.ff.ad legem Iuliam de vi publica.* Atque hæc ſanè pœna ſeditioſorum generalis eſt, ſed quæ, vel remiſſius, vel durius pro diverſis criminis circumſtantiis irrogatur *d.l.in eadem,l.qui cætu,ff.de vi publ.* nã

2 ſi omnis ſeditio noxia ſit, & periculoſa, & ob id gravi etiam pœna dignum crimen ſit, ex qua pax,& tranquillitas publica, omniſque adeò juſtitia turbatur, atque conculcatur ſecundum jura, & leges, quibus Reſpublicæ gubernantur,vel negliguntur,vel prorſus ſubvertuntur,ut ſupra demonſtratum eſt, tamen ut in cæteris delictis,ità etiam in ſeditionibus accidit,ut propter circumſtantias diverſas,alia levior ſit,alia gravior, *l.aut facta in princ. ff.de pœnis, Bald.in l.non ideò minus,Cod.de accuſat.* idem *Bald.in Auth.ſed novo jure, C.de*

3 *Epiſc.et Cler.*Seditionis Author nõ modò vim publicam, ſed & crimen læſæ Majeſtatis committit, (cuius pœna eſt ultimum ſupplicium) *l.1. §.1. ff.ad l. Iul.*

Iul. Maieſtatis, Bajard. ad Clarum in practica, §. crim. læſæ Majeſtatis, verſ. ſi quis convocet 6. et verſ. committitur 10. Minſing. reſponſo num. 2. verſ. vel dolo malo, Egid. Boſſ. in tit. de crimine læſæ Maieſtatis, n. 17. verſ. ſed potens Hier. Gigaz de crim. læſæ Maieſtatis lib. 1. rubr. qualiter, et à quibus crim. læſæ Maieſtatis committitur q. 44. num. 1. cum aliis adductis per Carzov. in praxi crim. p. 1. q. 44. num. 43. Damaud. in praxi crimin. cap. 62. num. 2. et cap. 63. num. 10. Foller. in practica in verbo item quod commiſit crimen læſæ Majeſtatis num. 11.

4 Spontanea præſentatio, ſeù conſtitutio eſt maximum innocentiæ inditiū ad tradita per *Marſil. in praxi, §. diligēter num. 204. et ſeq. Foller. in practica crim. in verb. et ſi compareant ante contumaciam num. 5. Farin. in conſ. 49. nu. 73. in fine.*

OBSERVATIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Vulnera diligentis meliora ſunt, quam oſcula blandientis.*

2 *Qui diligit, corripit, & caſtigat.*

3 *Miſericordia non eſt, uni parcere, & omnes in diſcrimina adducere.*

4 *Populus polluitur ex uno peccatore, ſicuti ex una ove morbida univerſus Grex inficitur.*

5 *Iuſtitia conſtat ex præmio, & pœna, quarum altera deficiente, totum corruit ædificium.*

6 *Metus, ut contineatur, audacia, & præmia ſunt neceſſaria, quia iis aluntur artes, omneſque accenduntur ad ſtudia.*

7 *Homines proni ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua.*

8 *Prælatus tantò diligentius debet aſſurgere, quantò damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas.*

9 *Pietatis enim opus eſt cobercere criminis infantiam, ut non juveneſcat augumentis.*

10 *Exempla majorum referuntur, à quibus remedium ſeveritate quæſitum fuit.*

11 *Severitas non animo ſæviendi, ſed medendi exercenda eſt, & cum benignitate eſt temperanda.*

12 *Severitas contumacibus extendenda, & humilibus, & pœnitentibus venia eſt concedenda.*

13 *Melius eſt cum ſeveritate diligere, quā cum benignitate decipere.*

14 *Prælatus partes ſuas ad componendum interponere debet, et interdum aliquid ſeveritati detrahere.*

15 *Lenitas cum ſeveritate eſt miſcenda, & ex utraque temperamentum faciendum.*

1 Severitate in puniendis exceſſibus adhibita per Iudicem nonnullis indignantibus fuit reſponſum: meliora enim ſunt vulnera diligentis, quàm o-
2 ſcula blandientis: qui diligit corripit, & caſtigat, pater oſculatur ſemper filium *can. non omnis, & can. non oſculatur 5. q. 5.* Helì Sūmus Sacerdos, qui licet in ſe bonus exiſteret eo quod filiorum exceſſus efficaciter non corripuit ipſe de ſella corruens fractis cervicibus expiravit *cap. licet Helì de ſimonia*, & Dominus dolet per Prophetam, quod adverſata eſſet iniquitas populi ſui dicentis: Pax, Pax, ubi non erat pax, & curatio præceſſiſſet cum ignominia, quod cum ſeveritate miniſtretur miſericordia *can. diſciplina 45. diſt. per tot.*
3 & *can. ſed illud eadem diſt. ibi:* Quæ eſt iſta bonitas, quæ eſt iſta miſericordia, uni parcere, & omnes in diſcrimen ad-
4 ducere; polluitur enim ex uno peccatore populus, ſicut ex una ove morbida, univerſus Grex inficitur, & divi-
5 nus *Plato in lib. de Republica:* Conſtat inquit juſtitia ex præmio, & pœna, quaſi ex duabus columnis, quarum altera deficiente, totum corruit ædificiū,
6 & Cicero pro ſexto Roſcio Amerino: neceſſe eſt inquit, ut metu contineatur audacia, & improbare premia neceſſaria, quia iis aluntur artes, omneſque inccnduntur ad ſtudia gloria, ſeveritate, licet quoque quandoque arctare licitum, ut fugiatur illicitum. Cum ho-
7 mines proni ſint ad malum ab adoleſcentia ſua; Ad corrigendos igitur ſubditorum exceſſus inquit Innocentius

Ter-

Tertius ad Priorem Sancti Vittoris, alioſque Prælatos. Tantò diligentius debet Prælatus aſſurgere, quantò dam-
9 nabilius eorum offenſas deſereret incorrectas, *d.cap.licet Heli de ſimonia*, & *Caſſiodor.var.lib.5.epiſtol.29.* ait: *Pereant itaque ſoli nocentes in correctione multorum, quando, et hoc pietatis genus eſt coercere criminis inſantiam, nè*
10 *juveneſcat augumentis*, & Fabius Vopiſcus in vita Picennii Nigri refert, decem milites occidi mandaſſe ob unius Pulli furtum; ſic inſignis ille Corbulus media ſeveritate exercitum inſtauravit, ut refert *Tacit.lib.13.annal. Remedium inquit ſeveritate quæſitum eſt, nec enim, ut in aliis exercitibus primum, alterumque delictum venia proſequebatur, ſed qui ſigna reliquerat, ſtatim capite pœnam luebat, idque uſu ſalubre, & miſericordia melius apparuit, quippè pauciores illa Caſtra deſervere, quam in quibus ignoſcebatur*, relatus per *Dom. Reg.Viloſ.in tract. de fugitivis cap. 20. num.68.* & idem *Caſſiodor. var. lib.12. cap.3.* advertit, quod *feroces diſtrictione premendi ſunt, manſueti civiliter admonendi, doloſi cautè, ſimplices ſub la-*
11 *nitate tractandi ſunt.* Sed ſciendum, eſt, quod ſeveritas non animo ſæviendi, ſed medendi exercenda eſt 86.*diſt. cap.odio*, quæ etiam cum benignitate eſt temperanda 45. *diſt. diſciplina, et*
12 *cap.ſunt namque, et cap. ſeq.* & ſicut contumacibus ſeveritas eſt extendenda ſic humilibus, & pænitentibus locus veniæ negari non debet 2.*q.5.cap.quā*
13 *to in fine*. Præterea melius eſt cum ſeveritate diligere, quàm cum lenitate decipere 5.*q.5.can.non omnis.*

Sed ſeveritati quandoque aliquid detrahendum eſt, ut majoribus malis ſanandis charitas ſincera ſubveniat ex verbis *D. Auguſtini ad Bonifacium in can.ut conſtitueretur in Eccleſia ne quiſquam 25.in finalibus verbis diſt.50.* decrevitque Honorius Tertius ſcribens in
14 *cap.ex parte ſua, verſ. ſivè final. extra de tranſact.dicens: Poteris ad componendum interponere partes tuas, et interdū aliquid ſeveritati detrahere, prout (ſtatu, et excedentium multitudine provida deliberatione penſatis) videris expedire.*

15 Miſcenda eſt ergo lenitas cum ſeveritate, faciendumq; quoddā ex utraq; temperamentum, ut neque multa auſteritate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſolvantur.

OBSERVATIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Si tres Indices in diverſa Rota differentes pœnas intulerint in benigniorē ſententiam eſt inclinandum.*

2 *In criminalibus humanior interpretatio accipi debet.*

1 SI tres Iudices in diverſa Rota tres differentes pœnas intulerint, quid judicandum ſit? per *Maſtrill. in deciſ. 183.* reperitur deciſum, quod in benigniorem ſententiam eſt inclinandum. Nàm majori pœnæ, ſivè ſummæ minor ineſt, *l.inter pares, ff.de re judicata*, & ibi *Iaſ.ex text.in cap. 1. de arbitris*, *Surd.conſ.452. num.73.* nàm favore rei judicandum eſt *d.l.inter pares, et Alciat.*
2 *in l.9.et Parergon.cap.14.* dicens in criminalibus humaniorem interpetrationem accipiendam, licet ipſe mediam opinionem accipi debere arbitratur *Theſaur.deciſ.1.num.10.13.et ſeq.*

OBSERVATIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Stuprans virginem immaturam, qua pœna ſit puniendus.*

2 *Stuprum factum cum violentia punitur pœna mortis ſi ſine violentia intrat pœna arbitraria.*

3 *Stuprum commiſſum in virginem maturam cum violentia punitur pœna mortis, multo magis eadem pœna eſt puniendus in ſtuprum in virginem immaturam.*

4 *Corpus delicti in ſtupro probatur per Obſtetrices, qua non tantum inſpicere, ſed etiam tangere debent, quia eorum oculus ſepè fallax eſt.*

5 Stu-

5 *Stuprum etiam probatur per vociferationem, & clamorem mulieris ſtupratæ, ex qua vociferatione magnum oritur inditium.*

6 *Stuprator tenetur ſtupratam in uxorē ducere, vel condecenter dotare.*

7 *Stuprans ſi pauper ſit, & non poteſt dotare, nec ob aliquod impedimentum in uxorem ducere arbitrio Iudicis eſt puniendus, & adducitur deciſio Magnæ Curiæ Vicariæ.*

1 STuprans virginem immaturam qua
pœna ſit puniendus; Adeſt ſentē-
tia illorum, qui dixerunt ſimpliciter
pro hujuſmodi ſtupro pœnam mortis
naturalis imponi, prout ſervari teſta-
tur *Io:Faber in §.Item lex Iulia num.6.*
in fine Inſtit.de public.Iudic.Afflict. in
Conſtit.ſi quis rapere rubr.19.de raptu,
& violent.monial.nu.14.Clar. in §.ſtu-
prum num.9.verſ.fin. ubi ità alias fuiſſe
in illo Senatu ſervatum teſtatur, & li-
cet quandoque etiam pariter teſtetur
hujuſmodi ſtupratores fuiſſe ad trire-
mes damnatos, ipſe tamē ſubdit, quod
quando puellæ pudenda ſunt fracta
nullo modo debent evadere pœnam
ultimi ſupplicii, *Ioſeph Ludovic.deciſ.*
Lucenſi 17 num.15.& 16. ubi refert, &
ſequitur *Clarus loco citato, Caball.reſol.*
crim.caſ.20.n.22. & ſeq. Alia fuit opi-
nio, quæ placet *Farin.* & dicit ſervatā
2 fuiſſe, diſtinguens inter huiuſmodi ſtu-
prū factū cū violentia, vel ſine, ſi enim
factum fuit ſine violentia, & tunc non
ſit pœna mortis, ſed arbitraria, ut ſu-
pra, ſi verò cum violentia, & tunc in-
tret pœna mortis naturalis ſecundum
addentes ad *Guidon. Papam deciſ.555.*
lit.A.in verbo non dum, et in lit. D. in
verb.raperetur, Bern.de public. concub.
rubr.de ſtupro num.40. ubi ampliat etiā
in vi interpetrativa precibus, & promiſ-
ſionibus illata, *Boſſius de coitu damn.*
3 *et punib.num.67.* ſi enim pro ſtupro cō-
miſſo in virginem maturam violento
imponitur pœna mortis ſecundum opi-
nionem eorum, multo magis eadem
pœna locum habebit in virginem im-
maturam; ſtuprum autem in virginem
immaturam erit commiſſum per vim,
quando puella non eſt doli capax, ideſt
minòr ſeptennio; ſi verò fuerit doli ca-
pax, & tunc etiam præſumitur com-
miſſum per vim, niſi jure probetur con-
trarium, ex *allegat.per Caball. reſol.cri-*
min.caſu 20.num.9.et 16. in fine, Farin.
in tit.de delict.carnis q.147.à num. 42.
et ſeq. & nunquid puella ſit virgo, vel
non, & ſic nunquid fuerit ſtuprata, vel
non ſtandum judicio obſtetricum, earū-
que relationi, prout poſt *Alberic.et Ab-*
bat. ſcripſit Foller. in praxi crimin. in
verbo capiat informationem num. 20.
Clar.in practica, §.fin.q.4. num.3. verſ.
4 *quando vero,* ubi quod in ſtupro pueri,
vel puellæ inſpiciuntur per obſtetrices,
& Chirurgos, vel alias perſonas pudē-
da, ad effectum, ut poſtea medio jura-
mento referant ſe credere ſtuprum illa-
tum, et puellam fuiſſe corruptam, ad
hoc ut conſtito de corpore delicti, poſ-
ſit procedi contra delinquentem, *Ma-*
ſcard.de probationib. lib.3. concl. 1313.
n.5. ubi pariter loquitur in probatione
ſtupri commiſſi in puerū, ad quam ma-
teriā vidēdus eſt *Pacianus de prob.lib.2.*
cap.2.nu.17. & ſeq. & Obſtetrices non
ſolum debent inſpicere, ſed etiam tan-
gere, quia eorum oculus ſepè fallax
eſt, ex *Menoch.de præſumpt. lib.6. præ-*
ſumpt.89.num.11. & ſeq. ſubdit, quod
quandoq; etiam manus obſtetricis fal-
5 lax eſt. Stuprum etiam probatur per
vociferationem, & clamorem mulieris
ſtupratæ, ex hac enim vociferatione
magnum ſtupri inditium oritur, *Ma-*
ſcardus de probation.lib.3.concluſ.1409.
num.26.& 27. Bayard. ad Clarum in §.
ſtuprum num.8.Farinac.de delictis car-
nis q.145. num. 7. concludit plurium
6 *DD.* authoritatibus, quod ſtuprator
teneatur ſtupratam in uxorem ducere,
vel condecenter dotare, *Clar. in d.§ ſtu-*
prum nu. 3. verſ.ſed quæro quæ ſit pœna
ſtupri, Farin.q.145. §. doli num.7. Mu-
ſcatellus in praxi, tit.delictorum crimin.
privil.& pœnis num.32.& 42. ſed quid
7 dicendum ſi ſtuprator ſit pauper, ità
quod non poſſit ſtupratam dotare, vel
in uxorem ducere ob aliquod impedi-
mentum, hoc enim caſu Iudicis arbi-
trio punitur, & ità obſervatum in M.

C.V.

Dec. M.C. V. C. V. per quam datis defenſionibus N.N. fuit ad triremes condemnatus ob ſtuprum commiſſum in puellam minorem ſeptennio.

OBSERVATIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus qui erat in caſu liberationis per viam privilegiatam ſi ſub fidejuſſoribus à carcere relaxatus fuerit, an per hujuſmodi præſtationem fidejuſſorum capturam approbare, ejuſque nullitati renuntiare cenſetur?*

1 SI is qui erat in caſu liberationis per viam privilegiatam ſub fidejuſſoribus à carcere relaxatus fuerit per hujuſmodi præſtationem fidejuſſorum, an capturam approbare, & nullitati capturæ renunciare cenſeatur? & poſteà per viam privilegiatam liberari nō debebit? Pro negativa docet *Bart. in q. 6. in ſolut. 9. ante num. 1. verſ. 2. cave Hyppol. de Marſil. ſingul.* 227. *in fine*, Verū contrariam opinionem, quod capturā approbare non cenſeatur, & liberari debeat, tenet *Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto q. penultima num. 5. & Riminald. ſenior conſ. 61. num. 27. & 28. vol. 1. Cerdaſ. in ſuo libro viſita de la Carcel. q. 11. n. 4. & 5.* qui citat *Iaſon. in l. de pupillo, §. ſi quid ipſi num. 2. ff. de novi oper. nunciat.* & hæc eſt vera, & communis opinio, *Hieronym. Portulus in ſcol. ad Molin. §. undecimo in fine, Cancer. variar. cap. 2. num. 151. p. 2. & cap. 4. num. 93.* latiſſimè *Farinacius quæſt. 27. num. 15.*

OBSERVATIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes, tàm in civilibus, quàm in criminalibus ſe vidiſſe Titium de nocte, & cognoviſſe non lucente Luna, vel aliquo lumine artificiali accenſo nihil probant.*

2 *Lumen aliud non datur, niſi Solis, & Lunæ, & lumen artificiale.*

1 TEſtes deponentes, tàm in civilibus, quā in criminalibus ſe vidiſſe Titiū, de nocte, & cognoviſſe nō lucēte luna, vel aliquo lumine artificiali accenſo, nihil probant, *gloſ. in l. ſi cum exceptione, §. in hoc verſ. ignorantiæ.* Ibi juſtè ignorare poſſum quis mihi vim fecerit, cum talia fiant de nocte, *ff. de iis qui met. cauſ. Bald. in cap. 1. §. porrò, quæ ſit prima cauſa benef. amittendi, Cōſ. Prat. diſcept. forenſ. cap. 20. num. 19. cum ſeq. lib. 3.* ibidemque fundat non dari
2 aliud lumen, niſi ſolis, & lunæ, vel lumen artificiale, ex *diſpoſ. Sacræ Geneſis cap. 1.*

OBSERVATIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes domeſtici plenè probant in criminalibus de innocentia pro reo.*

2 *Frater pro fratre admittitur in teſtem ad probandam innocentiam.*

3 *Teſtes de credulitate pro defenſione formanda in cauſa criminali plenè probant.*

1 TEſtes domeſtici plenè probant in criminalibus de innocentia pro Reo, notavit, *Io: de Arnone in ſingul. ſuo 25. incip. etiam præcedentibus allegat. Specul. in tit. de inquiſit. §. 1. verſ.*
2 *ſed nunquid*, item frater pro fratre, iſto caſu quod admittatur in teſtem docuit idem *Io: de Arnone in ſingulari ſuo 40. allegando dictum Baldi ſuper hoc tamquam ſolemne in l. parentes, C. de teſtibus, et cap. litteras extra de præſumptionibus*, & quod in cauſa criminali pro
3 defenſione formanda plenè probant teſtes de credulitate deponentes, voluit idem *Io: de Arnone in ſingulari ſuo 24. incipiente fuit inquiſitus*, & gloriatur ſe in actu practico obtinuiſſe.

OBSERVATIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſemel examinatus non debet iterum examinari, imò deponens bis cō-tra*

trà aliqutm in ultima atteſtatione præſumitur inimicus ejus, contra quē depoſuit.

2 *Teſtes de auditu faciunt inditium ad torturam contra aſſasſinum quotieſcumque conſtat de qualitate aſſaſſinii.*

3 *Teſti deponenti fuiſſe participem in delicto non eſt credendum quo ad alios, quia confitenti in ſe non creditur in alium.*

4 *Socii criminis duo, vel duo mandatarii non ſufficiunt ad convincendum, ſed vix ad torquendum, etiam in crimine atrociſſimo.*

4 *Teſtis de credulitate non probat; verū ſi tale dictum iunctum ſit ratione, vel præſumptione inferente ità credi debere, tunc probat.*

1 TEſtis ſemel examinatus, non debet iterum examinari, imò deponens bis contra aliquem, præſumitur in ultima atteſtatione inimicus ejus contra quem depoſuit, ut teſtatur *Franc. Caſon in quaſt.crimin.cap.4.num.3.* eumq; ſequitur *Marcus Anton.Blanc.de indiciis, & tortura num.159. & Maſcard. concl.137.num.4.& 5.* loquendo de delicto aſſaſſinii, quod tenet eadem privilegia delicti criminis læſæ Majeſtatis dicens, quod teſtes de auditu faciunt
2 inditium contra aſſaſſinum ad torturam, & quod habet alias ſpecialitates ſingulares, ſubjungit. Intellige hanc ampliationem, ut ità demum procedat, quotieſcumque conſtet de hujuſmodi qualitate aſſaſſinii, ſecus autem, ſi dubitaretur, an quis commiſiſſet hoc crimen, ur per *Grammat.vot.11.num.4. & 5. Farin. tom. 4. q.123.Vulpel. conſ.143. num. 2. Tiber. Decian.in tract.crim.tom.2.lib.9.cap.30. num.25.*

3 Teſti deponenti fuiſſe participem in delicto non eſt credēdum quò ad alios, ut *Bald.in conſ.383.nu.4.vol.5.*ibi: *itē, nec Iacobi non debet eredi, quia confitēti in ſe non creditur in alium cap.1. de confeſſ. l.fin. ff.de accuſat.* & ſic non facit indicium ad torruram, quia eſt teſtis eliſus, *Hier.Gabriel.conſ.120.n.23.* ibi: Tamen quoad ea, quæ delictum non probant, non poteſt contra eum pronunciari,niſi id veris, & plenis probationibus appareat *Caſſianus Puteus lib.3.q.50.num.18.Carol.Bardilon.conſ.*
4 *24.num.3.* ubi ſubjungit: & ideò duo ſocii criminis, vel etiam duo mandatarii non ſufficiunt de jure ad convincendum, ſed vix ad torquendum,utcumq; etiam ageretur de crimine excepto, & atrociſſimo, & idem concludunt in eiſdem terminis, *Burſat.conſ.192.num.4. 5.& 6.vol.2.Thom. Treviſan.deciſ.51. p.2.num.57.& 58.Anania conſ.59.n.2. & 3.*

5 Teſtis de credulitate non probat,ſed advertendum eſt, quod licet dictum teſtis deponentis de credulitate non probet, attamen ſi rale dictum junctum ſit ratione, vel præſumptione inferente, ità credi debere, dictū talis teſtis probat, ità not.dixit *Iacob.de Aretino, & Cyn.in l.teſtium,C.de teſtibus,& Bald.in l.ſolam in 2. col.verſ.ex hoc nota,C.de teſtibus, Alexand.conſ.187.incip. in hac cauſa num.15. & 16.in 2.vol. Marſil.in ſingul. 183. num.1.*

OBSERVATIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ordo eſt ſervandus in tortura inferenda, & ſi plures ſint incriminati de aliquo delicto debet incipi tortura à magis ſuſpecto,& ſi ōnes æqualiter ſuſpecti ſint, tunc ſi eſt maſculus,& fœmina, debet incipi à fœmina, quæ timidior cenſetur.*

2 *Pater, & filius ſi fuerint incriminati pro eodem delicto tortura prius eſt inferenda filio, & deindè patri,qui magis cruciatur in filio, quàm in ſeipſo.*

1 TOrtura irroganda eſt ſervato ordine, nàm quando plures ſunt criminati de aliquo delicto, debet incipi tortura à magis ſuſpecto,ſed ſi omnes æqualiter ſuſpecti ſunt, tunc ſi eſt maſculus, & fœmina, debet incipi à fœmina, quæ cenſetur timidior, & citius

tius dicet veritatem, ſecundum *Bart. in l. 1. ff. de quæſt. Gaudin. in tract. maleficiorum in tit. de quæſtion. & tortura col. 2.* ſed ſi omnes ſunt maſculi, debet incipi tortura á minori, vel timidiori; vel à debiliori, *tex. eſt in l. unius, ff. de quæſt.* ubi *gloſ.*

2 Verùm quando eſſent incriminati pater, & filius pro eodem delicto tortura prius eſt inferenda filio, & deindè patri, nàm pater magis cruciatur de tortura filii, quàm de propria, ad *text. notabilem in l. iſti quidem in fine*, ubi *gloſ. in verbo magis, ff. de eo quod metus cauſa*, & ſuper hoc narrat pulcrum exẽplum *Andr. de Iſernia in cap. 1. §. publici latrones de pace tenenda*; quod cum pater, & filius eſſent incriminati de uno delicto, Rex Carolus juſſit ambos duci ad furcam, & cum pater videret filium propè furcam, ſtatim confeſſus fuit quod ipſe pater commiſerat delictum, & non filius, & ſic pater fuit laqueo ſuſpenſus, & filius liberatus.

OBSERVATIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non datis defenſionibus inferri non poteſt.*
2 *Teſtis allegans aliquem in conteſtem in actu, in quo conteſtis negat interfuiſſe non probat.*
3 *Teſtis unus contradicens alteri, neutri credendum eſt.*

1 TOrtura non datis defenſionibus inferri non poteſt, per *text. in l. unius §. cogniturum, ff. de quæſtion.* & in *l. defenſionis facultas, C. de jure Fiſci, & in cap. cum inteſt. de except. & in Clement. paſtoralis de re judicata, Farin. in conſ. 99. num. 24.*

2 Teſtis allegans aliquem in conteſtẽ in actu, in quo conteſtis negat interfuiſſe non probat, *Bald. in cap. cum cauſam 5. col. de teſtibus* per *text. in l. 1. §. ſi quis, ff. quemadmodum teſtam.* aperiantur; ideoque propter contrarietatem, quæ ex prædictis apparet, quod unus

3 teſtis contradicit alteri, nemini ex ipſis credendum eſt, ex quo quando unus teſtis contradicit alteri neutri eredi debet, ut *not. Io: Andr. et DD. in cap. in noſtra de teſtibus, Gram. conſ. 26. n. 20. et 21. et in conſ. 31. num. 8.*

OBSERVATIO C.

SVMMARIVM.

1 *Vniverſitates an tenentur præſtare homines ad perſecutionem banditorum?*
2 *Tenentur reficere damna delictorum commiſſorum in eorum territorio, vigore conſtitutionis Regni, et quomodo ad præſens obſervatur? n. 3.*
4 *Populi tenentur ad refectionem viarũ, et pontium.*
5 *Tenentur etiam Clerici, et Eccleſia ad refectionẽ viarum, ſed compellendi ſunt per Iudices Eccleſiaſticos.*
6 *Vniverſitates non repreſentantur per Sindicos, & Electos, ſed per concilium, et publicum parlamentum.*
6 *Baro non poteſt cum ſuis animalibus depaſcere paſcua prohibita per Vniverſitates.*

1 VNiverſitates an teneantur præſtare homines ad perſecutionem delinquentium? notat *Freccia in tract. de ſubfeudis in tit. auth. Baronum*, & circa materiam Bannitorũ Regni ad quid Vniverſitates, & ad quid Rex? latè tradit *Afflict. in §. illicitas de pace juramento firmanda*, & ſequitur *de Ponte de poteſt. Proregis, ſub tit. de regalibus*

2 *impoſitionibus, §. 1. num. 58. et ſeq.* & per *conſtit. Regni incip. ſuper incificionibus proviſum eſt*, quod Vniverſitates teneãtur reficere damna commiſſorum delictorũ in eorum territorio; attamen per im-

3 poſitionem trium granorum pro quolibet fumante, ſeù foculari pro ſtipendiis Barricelli, ſeù Capitanei de Campanea non tenentur amplius pro damnis clandeſtinis, ut per *eund. de Ponte loco citato num. 59. et ſeq. ſed num. 64.* vide an de jure communi, vel conſuetudinario, ſed *Marant. lib. 3. reſolut. 74.* ait, quod de jure communi tenentur

 Vni-

Vniverſitates cuſtodire territoria.

4 Et quod populi tenẽtur ad refectionem viarum, & pontium eſt *text.in l.fin. C.de immun. nemin. concedenda lib. 16. And.de Iſernia in conſtit. ſi damna clãdeſtina junta regula text. in l. ad inſtructionem, C.de Sacroſanct. Eccleſ.* & in refectione murorum, eſt *tex. in l.fin. Cod. quibus muner.* ad quam etiam Clerici, & Eccleſiæ tenentur, ſed compellendi ſunt per Iudices Eccleſiaſticos ad *Guid. Papa deciſ.* 78. & latè *de Nigris in Clem. unica de vita, et honeſtate Clericorum num.* 215.

6 Vniverſitates non repreſentãtur per Electos, & Sindicos, ſed per Concilium, & publicum Parlamentum, tradit *D.de Franch.in dec.*270.*et ſeq. Reg.Sãfelic.in praxi ſect.*15.*num.*6.*et* 7.

7 Eſt inſuper notandum, quod prohibitis per Vniverſitatem paſcuis, Baro non poteſt ea cum ſuis animalibus depaſcere, per *Novar. in tract. de gravam.vaſſall.gravam.*144.

Et hæc ſcripſiſſe quoad noſtræ ſe extendunt vires, ſufficiat, ad laudem Sanctiſſimæ, & individuæ Triadis, & immaculatæ ſemper Virginis Mariæ, omniumq; Sanctorum. Tu tamen Lector hos noſtros labores benevolo ſuſcipe animo.

FINIS

IN-

INDEX

RERVM VERBORVM, ET SENTENTIARVM,

Quæ in hoc Opere continentur

Abbas.

JVra Epiſcopalia, & proprium Territorium habens, habet cognitionem cauſarum criminalium, & matrimonialium. Centuria 1. Obſer. 3. num. 1. fol. 5.

Abbates habentes juriſdictionem, vel quaſi, & uſum mitræ, ſolum ſuis ſubditis regularibus poſſunt conferre ordines, & dimiſſorias, ibid. num. 2.

Solum in eorum Eccleſiis poſſunt exercere privilegium ſolemniter benedicendi populum, & ſi extrà Monaſterium id fecerint, poſſunt ab Epiſcopo puniri, ibidem num. 3.

Abbates, & Præpoſiti Eccleſiarum efficiuntur cives, ubi nanciſcuntur dignitates, cẽturia 1. obſ. 76. num. 6. f. 37.

Abolitio.

Quæ ſit, & quotuplex, cent. 5. obſ. 1. nu. 1. fol. 217.

Eſt à Principe, vel à competenti Iudice cõcedenda partibus præſentibus cauſa cognita, ibid. nu 2. f. 218.

Ante ſententiam conceſſa in primam conditionem reſtituit, ſi verò poſt ſententiam pœnæ gratiam facit, infamiam verò ex ſententia illatam non adimit, niſi Princeps in integrum reſtituerit, ibid. n. 4.

Criminis læſæ Majeſtatis eſt de reſervatis Principi, ſicut & illius cognitio, ibidem num. 5.

In generali ſermone non extenditur ad ea, quæ ſpecialem mentionem requirunt, ibidem num. 6.

Non poteſt fieri parte accuſatoris contradicente, ibid. n. 7.

Obtenta per deceptionem, vel corruptionem, Iudex (ea non obſtante) ex officio procedere poteſt, ibid. n. 8.

Abolitione impetrata, is, qui deſiſtit, amplius accuſare non poteſt, niſi ex indulgentia Principis, ibid. nu. 9.

Abſolutio.

A juramento, quando denegari debeat, cent. 1. obſerv. 2. num. 2. f. 4.

A juramento requirit cauſa cognitionem, ibid. num. 3.

A juramento obtinenda eſt ab illo, qui vult venire adverſus tranſactionem ab ipſo factam, ibid. num. 4.

Petita ad finem agendi, ſtante enormiſſima læſione, quæ adeſt in contractu celebrato, etiam parte citata obtinenda eſt, vel ſaltem ſummatim cognitio de læſione, ibid. num. 5.

Specialis requiritur à juramento facto de non petendo abſolutionem à juramento ad hoc, ut quis poſſit habilitari, ut agat, ibid. num. 7. & 9.

Abortus.

Pœna procurantium abortum, quæ ſit, cent. 5. obſ. 76. num. 20. f. 259.

Et pœna ordinaria tunc eſt infligenda, quãdo obſtretrices facta inſpectione cadaveris fœtum occiſum maturum, & perfectũ fuiſſe deponant, ibid. n. 21.

Abuſus.

Inter cauſas amiſſionis privilegiorum primum ſibi vindicat locum, cent. 4. obſ. 81. num. 9. f. 205.

Acta.

Facta cum præſumpto procuratore, de quibus habuit notitiam principalis per proceſſum ad ulteriora cenſentur ratificata, cent. 1. obſ. 6. n. 1. f. 6.

Actorum correſpectivitas facit, quod in eis abſque ulla diverſitate unicum ſit iudicium, cent. 1. obſ. 95. n. 2. f. 46.

Actio.

Perſonalis contrà ſingularem ſucceſſorem non datur, cent. 1. obſ. 8. num. 1. f. 7.

Perſonalis in factum, quæ oritur ex aliquo actu geſto tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ibid. num. 3.

l. Aquilia oritur in damno dato, & ut locum ha-

habeatque requirantur,cent.2.obſ.1.nu.8.f.49.
Ex pacto nudo non oritur, ſecus ſi ſit geminatum.cent.2.obſ.65.num.3.f.78.
Interlocutoria geminata revocari non poteſt ibid.n.4.
Actiones paſſivæ in realibus ſemper contra poſſidentem inſolidum inſtituuntur perſonales verò pro hæreditariis portionibus activè,& paſſivè,cent.4.obſ.52. num.2.f.179.
Familiæ erciſcundæ, eſt magis univerſalis, quam petitio hæreditatis, cent.4. obſ.74. num.2.f.198.
Familiæ erciſcundæ eſt univerſalis natura, neceſſitate, & effectu,ibid.n.3.

Actor.

Deficiens in probationibus non juvatur bonā cauſam habere,cent.1.obſer.11.num.4.fol.8.
Actori ius ſuperveniens pendente iudicio,ex cauſa de præterito convalidat iudicium cent.4.obſ.53.num.16.f.181.

Actus.

Omnes,omneſque diſpoſitiones, & alia verba ſemper ſunt interpetrāda ſecundū conditiones perſonarum ad quas referuntur cent.1.obſ.7.num.1.f.6.
Geſtus per iracundiam non valet; quid ſi fuerit geminatus,ibid. n.2.
Qui duo expoſcit ad eius ſolemnitatem, omiſſio unius reddit actum inhabilem, cent.1. obſ.42.num.2.f.21.
Continuativus præſumitur potiùs quam novus ad excuſandum ab attentatis, & ad excludendum delictum,cent.1.obſ.45.n.25.f.24.
Actuum correſpectivorum, unus cenſetur factus contemplatione alterius, & unus in alio ineſſe cenſetur, & quando dicta correſpectivitas præſumatur,cent.1. obſ.95.num.1.f.46.
Actus duo ſi fuerint correſpectivi, ſublato uno, corruit alter.ibid. n.3.
Vbi diverſo modo intelligi poteſt, recurritur ad eius auctorem,ut cognoſcatur,quo reſpectu fuerit inductus, cent.3. obſ.13. num.3.f.99.
Si interpetrari non poſſit eſt attendenda declaratio ſcribentis abſque alia interpetratione,ibid.num.4.
A principio nullus an,& quandò cauſativè conſenſu,vel ratihabitione convalidetur, cent.4.obſ.57.num.6.f.185.
Nullus confirmari non poteſt, niſi ut ex nūc ibid.num.9.
Cenſetur celebratus nomine illius, ad quem negotium pertinet,ibid.num.17. f.186.
Hominum non eventu, ſed conſilio metiendi ſunt,cent.5. obſ.76.num.4.f.258.

Accuſator.

Vel actor probationes debet habere paratas, cent.1.obſ.11,num.3.f.8.
Pecunia corruptus veniens ad poſtulandam abolitionem non admittitur, ſed adverſus nocentem Reum proſequitur, cent.5. obſ.1.num.3.f.218.
Multum differens accuſationem ſuam facit ſe de calumnia ſuſpectum,cent.5. obſ. 2. num.1.f.218.
Propter caſum fortuitum ſupervenientem excuſatur à mora,eiuſque pœna, ſi non fuit in culpa,vel mora nimis ſe arctando,ibid.n.2.
Accuſatori, vel actori duplex monitio, ſeù terminus eſt aſſignādus,ad hoc,ut poſt ter minum elapſum non audiatur in criminalibus, vel civilibus, cent. 5. num.1. fol.220.

Accuſatio.

Cuiuslibet delicti regulariter durat per 20. annos,modò ſit publicum,vel privatum, niſi lege reperiatur contrarium, cent. 5. obſ.3.num.1.f.219.
De adulterio,ſtupro,& lenocinio quinquennio tollitur,niſi inceſtui ſit commiſſum, ibid.num.6.& 7.

Accuſatus

De aliquo crimine ad novos honores promoveri non debet antè cauſam finitam, cent.5.obſ.4.nu.1.f.220.
De crimine commiſſo extrà officium, retinet interim officium, & adminiſtrationem ibid.num.2.
De crimine commiſſo in officio, tunc lite pendente interdicitur tantum adminiſtratio ibid.n.3.

Adimplementum.

Adimplementi non ſecuti exceptio habet locum quoties in totum non fuit adimpletum,cent.1.obſ.95. num.10.f.46.
Fuiſſe ſecutum eſt probādum ab illo,qui adimplere tenetur,ibid.n.13.

Adiudicatio

Eſt facienda creditori pro iuſto pretio in defectum emptoris, cent.4.ob. 15.num.4. fol.158.

Adoha

Exigitur pro ſervitio non convento, cent. 1. obſ. 14.num.1.fol.9.

Quomodo hodie exigitur per Barones à vaſallis, ibid.nu.2.

Quomodò exigitur per Regem, à Baronibus, & ad quam quantitatem, ibidem num.3.

Adiutorium

Si vè ſubventio pro nova terra emenda an debeatur filio, vel debeat excludi ex perſona Patris, cui fuit præſtitum, & deciſiones S.R.C. adducuntur, cent.1.obſ.13. nu.1.& 2.f.8.

Advocatus.

Actoris in proponendo, & allegando præfertur Advocato Rei, cent.1. obſ.1.nu.6. fol.1.

Iuvenis prius Iudicem informare debet, quam Advocatus ſenex.ibid.n.15.

Advocati vices gerens, ſi habeat aliquam dignitatem, ubi ſedere debeat, ibidem num.25.

Advocati abſentia eſt juſta cauſa dilationis expeditionis cauſæ, & quid ſi dicta abſentia non fuerit brevis, & quomodò probetur, cent.1.obſ.4.num.1.f.5.

Advocati militibus æquiparantur, quia per eos tamquam per milites, vita, & patrimonium hominum defenduntur, cent. 1.obſ.9.num.1.f.7.

Advocati quomodò ſe gerere debent in allegando, & excipiendo pro eorum clientulis, ibid.num.2.

Advocato debitum ſalarium an tranſmittatur ad hæredes, ibid.nu.4.

Advocato quo tempore debeatur ſalarium, ibid.n.3.

Cui fuerunt revelata ſecreta cauſæ per cliētem, ſed tamen cauſam non defendit an poſſit uti Iudex recuſari, cent.1.obſ.10. n.1.f.7

Ex facti narratione cum ſuo clientulo deliberare debet, cent.1.obſ.11.n.1.f.8.

In bonis defenſis habet tacitam hypothecam, etiam cum prælatione habentium hypothecam anteriorem, cent.1.obſ.12.num.1. fol.8.

Non tenetur cavere de reſtituendo creditoribus prioribus, & potioribus, cum aliis præferatur, ibidem n.2.

Advocato debetur ſalarium, etiamſi nullā cauſam egerit, dumodò per ipſum non ſteterit, cent.2.obſ.93.num.2.f.89.

In inimicitiam partis adverſæ incurrit, cōtra quam patrocinium præſtat, cent. 3. obſ.12.num.20.f.95.

Vel Procurator poteſt reſpondere poſitionibus pro clietulo ſimplici, qui propter ſimplicitatem reſpondere non valet, cent.4. obſ.56.n.3.f.184.

Adulter Adultera

Poſt quinquennium accuſari non poteſt, cētur.5.obſ.7.nu.1.f.220.

Si non accuſatur intrà tempus certum, poteſt ſe præſcriptione tueri, ibid.n.2.

Æmulatio

Eſt evitanda, & quilibet debet eſſe intentus, ut aliis proſit, & non noceat, cent. 2.obſ.29.n.1.f.61.

Alienatio: Alienare:

Seù donatio quomodò, & quando præſumitur fraudoloſa, cent.1.obſ. 19. num. 1. f.13.

Re litigioſa alienata in perſonam Eccleſiaſticam, proſequitur judicium cum laico, & exequitur ſententia ſuper re per Iudicem laicum, cent.1.obſeru. 20. num.1. fol.14.

Alienatione prohibita, prohibetur omne illud, per quod pervenitur ad eam, cent.1. obſ.21.nu.1.f.14.

Alienare intelligitur, qui alienam rem vēdidit, ibid.n.2.

Alienatum non cenſetur, quod nondum cæpit debitori obeſſe, & creditori adeſſe, ibid.n.3.

Alienans non poteſt revocare quando obligaſſet feudum pro dote, cent.1.obſ.22.nu. 1.f.14.

Alienatio utilis dicitur illa, quæ communi hominum extimatione, & opinione, utilis cenſetur, cent. 1. obſeru. 23. num. 1. fol.15.

Conventus alienans rem lite pendēte alienatio corruit ex vitio litigioſi, cent.1.obſ. 93.num.1.f.43.

Pæna contrà alienantem rem litigioſam quæ ſit, ibid.n.2.

Alienatio rei litigioſæ, an ſit ipſo jure nulla, ibid.n.3.

Sem-

Semper ſubſtinetur, quotiès non eſt voluntaria, ſed neceſſitas alienandi ex cauſa teſtatoris pendet, cent.4. obſ. 77. nu.3.fol. 200.

Voluntaria prohibetur, non quæ vetuſtiorem cauſam, & originem iuris habet neceſſariam, ibid. n.4.

Rerum Vniverſitatis, vel Caſtri, quæ requiſita expoſcat, cent.4.obſ.97.n.1.fol.214.

Alimenta.

Quæ ſecundogenito præſtantur ſunt loco legitimæ, quæ tranſmittuntur, cent.1.obſ.16. n.1.fol.11.

Poſſunt ex iuſta cauſa denegari, ideſt pinguiora, non autem neceſſaria ad ſubſtentationem vitæ, ibid.n.2.

Inſpicienda ſunt ex fructibus non ex proprietate, ibid. n.3.

Alimentis legatis, cibaria, veſtes, & habitatio debentur, quia ſine his corpus ali non poteſt, ibid. n.4.

Debentur in initio anni, & ſufficit ultimum annum eſſe captum, ut legatum annuum pro illo anno tranſmittatur, ibid.n.5.

Alimentorum cauſa æquiparatur cauſæ dotis, & favorabilior videtur, cent.1.obſ.17 n.1.fol.12.

Alimentorum excluſio odioſa videtur, ibid. nu. 5.

Denegans dicitur necare, & tenetur lege Cornelia de Sicariis, non ſic qui denegat dotem, ibid. n.6.

Præſtantur facilius, quàm dos, ibid.n.7.

Sunt exhibenda viduæ aliundè non habenti ab hæredibus mariti intrà annum, cent.1. obſ.18.n.1.fol.12.

Debentur viduæ, ne propter mendicitatem anima viri contriſtetur, ibid.n.3.

Debentur mulieri indotatæ, durante viduitate, ne mendicare cogatur, ibid. n.4.

An debeantur feudatario ex fructibus feudi facta executione ad inſtantiam creditoris ſuper commoditatè ipſius feudi, cent. 1. obſ.48.n.2.fol.28.

Alimentorum appellatione, quæ veniunt? cent. 3. obſ. 52. nu.2. 3. 4. 5.6.& 7.fol. 120.

De Alimentis præteritis ſine prætore tranſigitur, non futuris, cent.4.obſ.78. nu.1.& 2.fol.200.

Amaſia.

Non ſortitur forum amaſii, cent.4.obſ.80.n.6 fol.202.

Amicitia.

Non repellit teſtem à ferẽdo teſtimonio, præſertim ad evitandam pœnam, & ad defenſam, ubi leviores probationes admittuntur, cent.1.obſ.25.n.1.fol.15.

Intima, & maxima repellit Iudicem à munere iudicandi, tamquam ſuſpectum, cent. 3.obſ.7.n.1.fol.93.

Anima, animus.

Teſtatoris virtualiter, & aſſiduè inſtat pro executione ſuæ piæ diſpoſitionis, cent. 1. obſ.26.n.1. fol.15.

Animus declaratur ex facto ſecuto, cent. 1. obſ.27.n.1.fol.16.

Animi ſententia magis declaratur re, & facto, quàm verbis, cent.4. obſ.6. nu.5. fol. 154.

Animus etiam declaratur per receptionem pretii, ibid. n.6.

Animus occidendi exterioribus ſignis, & cõiecturis probatur, cent.5. obſ.78.nu.8.fol. 258.

Animum occidendi præſumitur habuiſſe, qui gladium extrinxit, ibid.n.10.

Animum occidendi non habuit, qui vulneravit lapide, & ideò pœnam capitalem non patitur, ibid.n.11.

Animum occidendi habuiſſe creditur, qui telo, laqueo, ſivè veneno aliquem aggreſſus eſt. ibid.n.12.

Qui animo occidendi aliquem interfecit, & etiam is, qui dolosè, & pravo animo gladio percuſſit nolens ipſum occidere, ſi mors ſecuta fuerit pœna ultimi ſupplicii afficiendus eſt, ibid.n.18.fol.259.

Appellatio.

Cauſa appellationis ſicut devolvit totam cauſam ad Iudicem ſuperiorem, ità poterit primam ſententiam reformare, etiam ex nova cauſa, cent.1.obſ.28.fol.16.

Appellatione pendente non exequitur ſententia, cent.1.obſ.94.n.10.fol.45.

Non datur à ſententia, vel laudo facto ab illo, cui fuit commiſſum, ut iudicaret ſecundùm ſuam conſciẽtiam, & talitèr laudum fecerit, & ratio, ibid.n.11.

Non datur à decreto M. C. quod expediatur citatio ſuper tenore inſtrumenti, cent. 2. obſ.7.n.1.fol.51.

Appellationis tempus dierum quinquaginta poteſt per Iudicem abbreviari, cent.2.obſ. 81.n.2.fol.85.

Apo-

INDEX

Apoca.

Bancaria ſi fuerit acceptata per giratarium contrà primum ſcribentem, non competit ampliùs actio contrà girantem, & adducitur deciſio, cent.1.obſer.29.n.1.fol.16.

Apprenium.

Appretia ſi fuerint tria facta ejuſdem rei, ſed diverſæ quantitatis, quid ſit faciendum ad ſciendum verum valorem rei appretiatæ, cent.1.obſ.30.n.1.fol.17.

Arbiter.

Vti ſuſpectus recuſari poteſt ex cauſis poſt compromiſſum exortis, & hoc etiam in arbitratore procedit, cent.3.obſ.21.nu.2.fol.102.

Advocatū ſi noluit audire, eſt juſta cauſa recuſationis, ibid.n.3.

Si votum propalavit antè laudum, vel nimis animosè proceſſerit, eſt cauſa recuſationis, ibid.n.5.

